



CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVRIS COMMVNIS ET REGNI NEAPOLITANI

Cum definitionibus Supremorum Tribunalium

CENTVRIA PRIMA.

AVTHORE

DON FRANCISCO MERLINO PIGNATELLO

Magnæ Curiæ Vicariæ primùm rei pecuniariæ,

Deinde

MALEFICIORVM IVDICE, & REGII TRIBVNALIS CAMPANIÆ contra Exules, & Grassatores Generali Præfecto.

Adiecto triplici Indice, Argumentorum scilicet omnium Controuersiarum, Rerum Notabilium, necnon Legum, & Doctorum authoritatum nouiter explicatarum.





NEAPOLI, Ex Regia Typographia Aegidij Longi M. DC. XXXIV.

SVPERIORVM PERMISSV, & PRIVILEGIO REGIO.



EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

DON EMANVELI

DE FONSECA, ET ZVNICA

COMITI MONTISREGII, & FONTIVM, CATHOLICÆ MAIESTATIS CVBICVLARIO, STATVS, BELLIQVE CONSILIARIO, SVPREMI ITALIÆ SENATVS PRÆSIDI, ET IN REGNO NEAPOLITANO PROREGI, ET CAPITANEO GENERALI, DOMINO SVO.

D. FRANCISCVS MERLINVS PIGNATELLVS S. D.



VLLA mihi opus fuit consultatione (Princeps Excellentissime) in deliberando cui potissimum primitias libarem ingenij. neque enim occurrere alius præter te potuit, neque non occurrere singularis humanitas Tua, quæ alacritatem animo, fœcunditatem tribuit pectori, vt ne de referenda quidem tibi gratia cogitem, sine nouo merito tuo, qui tuorum in me magnitudine beneficiorum mea omnia, meque ipsum tam certo tibi iure vindicas, vt omni me liberes cura, & labore deliberandi. Vt enim ad caput, fontemq; suum præcipiti lapsu recurrunt

flumina, sic ad obsequium nominis,& amplitudinis tuę studia, animi mei cogitationesq; recurrunt mentis. Etenim cū in ipso Pro regalis regiminis tui limine, tuis me mandatis, imperioq; totum addixerim, nihil mihi reliqui feci, nisi quantum ex quotidianis occupationibus, forensibusq; curis exprimere otij, ac temporis potui. Idque ipsum exiguum spatium subtractum imposito à te muneri, vt tibi quoque impenderem, ad scribendum, & commentandum contuli; eo consilio vt extaret aliquod perpetuum, ac mansurum meæ in te obseruantiæ, & grati animi testimonium. Id quo faciliùs, feliciùsq; procederet, eam mihi virtutem excolendam suscepi, quæ inter alia animi tui ornamenta, nec pauca, nec vulgaria, præcipuo quodam lucis radio spectandam se omnibus admirandamq; præbuit. Experti loquimur, Princeps Excellentissime, idq; omnium fertur sermonibus in insigni hoc regimine tuo excelluisse iustitiam, quæ vna excellere in Principe debet, [a] quæ omniū virtutum est præclarissima: [b] qua vna benè, & præclarè Respublica geritur, sine qua, vt ille ait, [c] ne Iuppiter quidem Principem agere potest, eamque in te aliarum chorum duxisse virtutum, quę Principem decent: nam quanta humanitate summis, imis, medijs ius dicis, quanta solicitudine supplices libellos summo mane, aut multa nocte scrutaris, quanta animi cura, ac solertia perfecisti vt in omnibus totius Regni Tribunalibus Iudicumque subsellijs vna dominetur æquitas: quibus ego cęterisq; laudibus tuis supersedeo, ne epistolæ modum excedam. Verum enimuero meas hasce CONTROVERSI IVRIS disputationes, pręfatione nominis tui cohonestaui, tùm vt honoratiores prodirent in publicum, tùm vt auspicijs tuis iuris natura, & veritas indagetur, tùm postremò vt maneat ad posteros certum perpetuumq; benignitatis in me tuæ, meæ in te seruitutis monumentum. Vale.

a Aristo. Ethic. 5.
b Aug. 2. de Ciuit Dei.
c Ludou. Viues in Aug.

MAR-

MARCELLI THEOPHILATI
IVRECONSVLTI
In Regio Neapolitano Gymnasio Eloquentiæ Professoris
AD LECTOREM.

INTER Prædones, (Lector) Caccos, Tacfarinates, & Spartacos, barbarasq; hasce acies natus liber est, armatus, cruentus; interque reorum quæstiones Controuersiarum nomen adeptus est; quorum tamen plures Author confecit gladio, quàm controuersias calamo. Nouum Astreæ decus. Culta ab Authoris ingenio iustitia est inter Grassatores, dumque belli imperium indicta causa exercebat in sontes, togatus interea ius dicebat in libros: interq; rapinas, & cędes populabundas, stylus egregius totius legitimæ eloquentiæ flores est populatus. Mirante hoste tantum otij huic ad scriptionem sufficere, quem tantum temporis deficiebat ad proscriptionem, & necem. Et quod magis miraberis satellite stipatus malo, & inerti, nec sueto pugnæ, iniuriaq; temporum, aut incuria præteritorum Magistratuum à maiorum institutis degeneri; cui nec tractare arma decus, nec terga dare pudor, nullusque laudis amor, & pradę etiam per inhonesta libido, grauior quandoque Vrbibus quam hostis. Hinc crudeles acies securæ militum passim populari Campaniam, ingentes prędas conuectare, homines in seruitutem abducere, grandi mercede redemptos dimittere, rursus pro libidine pecuniam imperare, hostiliter omnia igni, ferroq; miscere. Vrbanę rusticęque Tribus territæ imperata facere, in seruitium ruere, & prẹsertim quos infames opulẽtia fecerat, quas vlcisci non poterant iniurias, obsequijs redimebãt. Tum PRINCIPIS iudicio fœliciter omnia suo nutu regentis lectus cum summa fasciũ potestate ad purgãdas Prouincias VIR manu ingenioque acerrimus, suę dignitatis anxius, de aliena incolumitate solicitus militem non emit, sed legit, iusta stipendia numerat, veterem disciplinam instaurat, spe animos firmat, laqueo noxam territat, impiger, infractus, insomnis locorum naturam contemplatus, solitudines auias, rupes inaccessas, penitissimosque recessus, antraque cæca scrutatus, eò rem deduxit, vt intra triennium septingentos fermè Prędones laqueo, aut remo deleuerit: numerum enimuerò si Romanum morem spectes, sin minùs Triumpho, Ouationi certè parem. Interea somni cibiq; parcus litteraria gloria appetens, militaris patiens, dum nullus in aula, dum miles in campo inter centuriatas acies Centuriam hanc Controuersiarum elucubrauit. Efflagitas fortassè ad numerum Exanimatorum latronum, examinatas Quæstiones? Desunt sex ipsę centuriæ. Quęris vbi sint, Prædones Campanię nobis illas eripuerunt, dum Scriptoris animum studia in contraria distraxerunt. Sęuierunt in corpora.

rursus ne integrum latronibus nomen deesset, seuitum est in ingenia. Namque dum Authoris mentem famæ sollicitam vagis insidijs, incertisque excursionibus fluctuantem huc diuidunt, atque huc, ingenij vim, & scribendi afflatum dissipauerunt. Aethereus, sydereusue ille animi in meditando vigor, ingenijque pulsus, & impetus, seu si placet magis furor, & insania, scis vt certis horis incalescat & gliscat, stataque periodo rursus difffletur, & euanescat, neque nisi in serenam animam, motibusque ab externis vacuam, cessantemque descendat, quem si dato tempore amittas, incassum postea arte repetas. Ecquis sodes ad scribendum animum appelleret, dum Monstrum illud horrendum Militiæ, Religionisque desertor Paulus ob pernicitatem inultus per Campaniam grassaretur: solitudinum gnarus, fallax, noctiuagus, leues vagasque miscere pugnas doctus. Et latij subfugio tutus. Et quod creditum à plerisque est Magicis artibus, aut Gygis anulo comminus pugnantium militum oculos ludificatus. Miraris, Lector, quo pacto hæc præstare Author potuerit in tanta rerum, animique iactatione, tot curis & laboribus pressus, & nouis praeterea à Principe in tanto belli apparatu militię muneribus superimpositis. Mittet illicò te stupor, cum audieris apud lares in Penetralibus Illustriss. Marchionis CAROLI de TAPIA in supremo Italiæ Senatu Regentis Iuuenē laboribus duratū, vigilijs innutritū. Nosti quantus honos in veneranda illa canitie, quantum oris decus, & quantum beata illa, & aurea fandi copia cum ingenti rerum per Orbem quæsita prudentia eruditioneque valeat ad formandos veteri disciplina virorum animos, moresque figendos. Praeterea apud sapientissimum Senem perpetua librorum reuolutio, magnorum seuerissima negotiorum tractatio excoluere adolescentis animum. Pernoctationesque illæ vsque ad Auroram illustres in quantam spem optimam indolem euexere, & quantum ad exactissimi exemplaris imitamentum excitauere. Cuius tamen summa cum laude doctrinam veneratus, & ęmulatus, & pracox ad scribendum studium, vitæ innocentiam, morumq; integritatem, & diuiniores illas Pietatem & Religionem est assequutus. Stylus quidem satis cultus, & elegans, qui neque superbia lasciuientis orationis fastidit, neque forensis eloquij incondita barbarie delicatiores aures offendit, elegantior quoque futurus nisi perspectum esset eloquentiam in Iureconsulto à nostris hominibus desiderari magis, quam tolerari. Bonarum enim litterarum cognitione apprimè eruditus, & optimarum artium scientia instructus ad clamitosum forum, & quæstuosæ linguæ opes, Apollinis perduellis, & trāsfuga Musarum confugit. Seu temporum mores sequutus, seu Musarum ingenium, nihil in hoc sæculo ad promouendam famam audentium, despicatus. non sine ingrati animi vitio, Musas per quas profecerat, & Parnassum per quem clarus euaserat, auersatus, Iurisprudentiæ ingenij primitijs vindicatis, nisi iustæ veniæ spes inde paretur, quod fori memor, & Togæ magistratui prius satisfecit, mox benigniori sydere Musis sacrificaturus, & gratijs. Vale.

Excellentissimo, ac Illustrissimo D.

D. EMMANVELI ZVNICO

MONTISREGII COMITI;

& in Neapolitano Regno Proregi optimo.

EPIGRAMMA.

D. Io. Petri Massarij I. V. D. Oratineñ, & Ciuis Neap.

Dent tibi dona alij, mittat quas India, gemmas,
Quæque parit diues fulua metalla Tagus.
Iudicij Libros ZVNICO nunc mittere gestit
MERLINVS doctus, consilioq; grauis;
His populis des iura tuo pro REGE subactis,
His aderit cunctis gentibus alma salus,
His lege, & iusta populum ratione gubernes,
Rectaq; pauperibus cernere, & æqua velis.
Afflictos, tenuesq; bonus clementer habebis
EMMANVEL, Zunicæ splendida Stella domus.
Maiora haud potuit Tibi mittere munera certe
Hisce, forent cordi quæ mage grata tuo.
Ergo hilari accipias, Princeps amplissime, vultu
MERLINI munus, puraq; corda pij.
Sunt ea nonnullis vnquam interitura diebus;
Sydera dum cœlum, dum mare torquet aquas.
Sic longè in patulo celebris celebraberis Orbe,
Ac etiam viuus, cum morieris, eris.



IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Ioannes Vincentius Iuuenis Canonicus Deputatus.

Andreas Letteresius Canonicus Deputatus.

ILLVSTRISSIME, & EXCELLENTISSIME DOMINE.

VIdi iussu Excellentiæ Vestræ Librum CONTROVERSIARVM FORENSIVM doctissimi Iurisconsulti Don Francisci Merlini Iudicis M.C.V. & Tribunalis contra Latrones, & Grassatores Præfecti, & in eo nihil inueni censorijs imprimendorum librorum legibus aduersum. centumq; Controuersiæ, quas continet, methodo non vulgari, frugali quadam affluentia, & elegantia foro apta acutè, solidè, & dilucidè disputantur, & deciduntur. & ideo posse, & quamprimùm imprimi debere censeo ad publicam vtilitatem, nisi aliud Excellentiæ Vestræ videbitur, quam Deus cum perenni incolumitate ad celsiora sublimet. Neapoli die 2. Maij 1634.

Excellentiæ Vestræ

Addictissimus Seruus

Octauius Formosus.

IMPRIMATVR.

Tapia Regens. Rouitus Regens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 6. Maij 1634. Anastasius.

ARGVMENTORVM
TABVLA.

b Contra-

CAP. VII.

Contractum minus sollemnem posse per ratihabitionem sollemnem reddi.

CAP. VIII.

Exornatur text. S. C. Trid. sess. 25. cap. 16.

CAP. IX.

Matrem nullum ius acquirere tempore pupillaris ætatis ad successionem filij per substitutionem compendiosam à Pagano factam verbis communibus, præsertim cōtinentem exemplarem.

CAP. X.

Regulā text. in l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. nō habere locum, vbi testamentū est nullū vitio preteritionis in prōptu pbato.

CAP. XI.

Nepotes ex filia, quæ paternæ renunciauit hæreditati, posse ad auita bona venire ex proprijs personis.

CAP. XII.

Clausulam codicillarem nō opitulari ei, qui perijt hæreditatem ex testamento.

CAP. XIII.

Possessorem quemcumq; teneri ostēdere titulum possessionis rei, in qua Fiscus habet pro se iuris præsumptionem, ad ornatū l. cogi C. de petit. hæred. & Constitutionis Regni Ab Officialibus.

CAP. XIV.

Ad militarem Iudicem non pertinere cognitionem an reus sit miles, vel nè, nisi eum in fortijs habeat, ad intellectum text. in l. qui cum vno §. reus, de re milit.

CAP. XV.

Commissa per Principem causa appellatione remota, intelligi quoque remotam appellationem ab incidentibus, & emergentibus, & quid in interlocutoria lata super Iudicis cōpetentia, vel quod sententia banni contra reum exequutioni demandetur.

CAP. XVI.

Negligentes ad vindicandam defuncti necē ad hoc vt vxor admittatur ad querelandum, tūc dici proximiores ad quos spectat, cum labi permiserūt

tempus

tempus infra quod querelam proponere potuerunt absque vlla interpellatione.

CAP. XVII.

Pragmaticã Inuictissimi Imperatoris Caroli V. editam in anno 1536. quæ est vltima sub tit. vbi de delict. quis conuen. deb. tribuentẽ ius dicẽdi potestatẽ contra disrobatores stratarum Iudici, qui præuenerit in captura, habere locũ etiam si non constet nisi de vnico furto, & disrobatione.

CAP. XVIII.

Pœnam perpetui exilij ab hoc Regno impositam per Regiã Pragmaticam contra impendentes, seù vendentes monetam adulterinam, habere locum etiam contra emẽtes.

CAP. XIX.

Maleficiorum Iudicẽ super interesse partis in iudicio maleficij incidẽte, nõ nisi vbi pœna ordinaria criminis venit irrogãda pronunciare posse.

CAP. XX.

Lata diffinitiua sententia non licere Iudici super interesse, & expensis pronunciare.

CAP. XXI.

Nullitatem cõtractus gesti cum Ecclesia, minore, & pupillo non posse ab alio, nisi ab ipsismet allegari; & nonnulla de clausula decreti irritantis.

CAP. XXII.

Emphyteotã teneri ad canonis solutionem pendente iudicio super contractus nullitate.

CAP. XXIII.

Assensũ super feudi successione ad preces feudatarij præstitũ in beneficium extraneorum posse ipsis primo loco nominatis inauditis reuocari, seù immutari eodem feudatario instante.

CAP. XXIV.

Fructus prædij obligati quandoque venire in generali obligatione, & posse lite pendẽte sequestrari aduersus tertium possessorem.

CAP. XXV.

De Iudicum adiunctorũ natura quando censeantur delegati, vel ordinarij, possitque vnus sine alio procedere.

CAP. XXVI.

Nouellã Iustiniani Constitutionem in §.his consequẽs, auth. de equalit.dot. habere locum indistinctè contra creditorẽ cuius pecunia res empta, vel refecta est tàm pro sorte, quã pro vsuris: & nõnulla de reg. tex. in l. 1.& 2. ff.de solut.

CAP. XXVII.

Primeua creditoris iura numquã cẽseri extincta nisi res tradita eius fiat irreuocabiliter; ideoque posse exerceri etia contra tertium titulo possidentem.

CAP. XXVIII.

De vsuris, seù interesse dotium, quod censeatur à marito remissum per receptionẽ sortis principalis absque protestatione.

CAP. XXIX.

Vsusfructus aduentitiorum an post filij mortem remaneat penès patrẽ vbi mutuo pacto coniuges in capitulis matrimonialibus filiorum successioni renunciarunt, & per transactionẽ postea secutam super dotis quãtitate censeatur à prædicto pacto recesũ.

CAP. XXX.

De tertio veniente ad causam, quãdo admittatur ad sui iuris prosecutionem absq; lesione status, in quo ipsa reperitur.

CAP. XXXI.

Dilatione concessa debitori ad soluendum debitum, nõ esse improbatum de vsuris, siuè interesse pacisci, sed creditorem, qui post diẽ præfixũ eas receperit, cẽseri à pacto resolutionis contractus recessisse.

CAP. XXXII.

Filiã, quæ accepta dote patri stipulati pro se, & filijs, siue hæredibus, maternis bonis renũciauit; deficientibus fratribus vtrinq; coiunctis nõ esse prohibitã in eis succedere ꝑpter consãguineorum existentiã.

CAP. XXXIII.

Barones Regni non posse impunitatem, siue indultum promittere reuelanti crimen etiã præuia partis offesæ remissione, sed id esse supremo Principi reseruatum.

CAP. XXXIV.

Sententiã proferri posse in Regno

CAP. XLIV.

Annuos census triginta, vel quadraginta annorum spatio pręscribi, & de intellectu text. in l. cum notissimi §. in ijs C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum.

CAP. XLV.

Pretiũ rei venundatæ, siuè partem ipsius non semper licere emptori retinere propter hypothecam in re inuentam, & de reg. text. in l. ex his prędijs C. de euict.

CAP. XLVI.

Propter seruitutẽ in re vendita repertã non licere emptori à cõtractu recedere, pręsertim attenta fide hastæ iudicialis; sed actione quanto minoris arbitrio expertorum æstimãda consulendum ei.

CAP. XLVII.

Pœnã à statuto auctã delinquenti propter aliquam qualitatẽ, non posse irrogari cõtra auxilium, & opem pręstantem delicto, in quo non verificatur qualitas: ad exornationẽ reg. Pragmaticæ editæ per Excellentiss. Comitem de Lemos sub die 31. Martij 1612.

CAP. XLVIII.

Tertium comparentem pro suo interesse in iudicio capitali ad excusandũ reum citatũ ad foriudicandum posse Iudicẽ suspectum recusare.

CAP. XLIX.

Tempus cõmissi criminis attendendum fore ad cognoscendum de Iudicis competentia, sed reum citatum non posse eam allegare nisi personaliter cõpareat, ad ornatum tex. in l. si quis ex aliena de iudic.

CAP. L.

Electionem factã à minori parte Capituli, siuè Vniuersitatis sustineri, vbi maior indignũ, seù incapacẽ scienter elegerit, multaq; de regula text. in l. Boues §. hoc sermone, de verbor. signific.

CAP. LI.

Torturã semel illatã Ciui Neapolitano ex processu informatiuo præuia dispensatione supremi Collateralis Cõsilij nõ posse iterari sine noua dispensatione.

Vxori

CAP. LII.

Vxori eius, qui perpetuo carceri damnatus est, actionem pro omnimoda, & plenaria dotiũ consecutione non cõpetere, nisi tantũmodo remedium l. si constante ff. sol. matr.

CAP. LIII.

Fidem Regiam indistinctè esse obseruandam bãnito assecurato per Iudicem etiam non habentem assecurandi potestatem, & contra legis præscriptum.

CAP. LIV.

Rescriptum gratię Principis per subreptionem vitiari nõ esse generaliter verũ, nec in securitate obtenta à Iudice idem statuendum.

CAP. LV.

Mulierem iuuari beneficio S.C. Velleiani etiam principalitèr cum alio obligatam, & de annui census cõstitutione absq; certi corporis hypotheca pro sortis securitate.

CAP. LVI.

Imperialẽ decisionẽ tex. in l. fin. C. ad Velleian. non habere locum vbi vxor intercedit pro marito ad dotẽ extraneæ mulieri constituendam, & de rei dotalis donatione, quod valida sit, si cõferatur in tempus dissoluti coniugij.

CAP. LVII.

Diuisionis contractũ nõ ex quali bet lęsione posse rescindi, sed ex ea tantũmodo, quę fit vltra dimidiam iusti pretij, ad ornatũ l. maioribus 3. C. com. vtriusq; Iudic.

CAP. LVIII.

Adulterij accusationem competere etiam mulieri per vim compressæ contra adulterũ.

CAP. LIX.

Vtilem actionẽ secundo donatario quæsitam benigna illa diuorum Principũ interpretatione, de qua in l. quoties C. de donat. quæ sub mod. irreuocabilẽ esse contra Bart. noua dilucidatione ostenditur.

CAP. LX.

Vtilem actionẽ tributam secundo donatario ex tex. in l. quoties C. de donat. quę sub mod. esse realem, non autem personalem.

CAP. LXI.

Dispositionẽ text. l. Gaius ff. sol. matr. habere locũ etiã fauore alimentorũ, sed pro eis nunquam dari hypothecã tacitã, nisi cum præstanda sunt ex certis designatis bonis.

CAP. LXII.

Sententiã, & calculũ pro crediti liquidatione factum inter litigãtes nocere tertio bonorũ possessori in iudicio non citato, quando verum sit?

CAP. LXIII.

Pœnã foriudicationis, & bannitionis remittendã foriudicato alium foriudicatum occidẽti, ex Constit. pœnam eorũ, esse pœnam contumaciæ, nõ autem delicti.

CAP. LXIV.

Publicum, & famosum latronẽ ecclesiastica immunitate nõ esse tutandũ, vbi per inditia ad torturam de furtis cõstet, & quis in hac specie dicatur publicus latro.

CAP. LXV.

Hospitalia gaudere ecclesiastica immunitate; si tamen constet esse Episcopi authoritate cõsacrata: idq; data tẽporis diuturnitate signis, & cõiecturis probari posse.

CAP. LXVI.

Crimen calore iracundiæ ad vlciscendam grauem iniuriam commissum in Palatio Principis, Prętorio, vel carcere, nõ esse pœna ordinaria puniẽdũ.

CAP. LXVII.

Qualitas delicti vbi ad pœnã irrogandam augetur ex loco, in quo fuit consumatũ, & perfectum, tunc non initiũ attendendũ esse, sed finem, & consumationem ipsius.

CAP. LXVIII.

Remissionẽ legitimo tẽpore nomine absentis factã non posse ratã haberi extra tẽpus præfinitũ ad obtinendũ regale generalis abolitionis beneficiũ.

CAP. LXIX.

Barones Regni, qui vasalli sunt alterius Baronis, non esse exẽptos ab eius iurisdictione, sed posse ab eo cognosci, & puniri. examinatur decisio relata per Ioannem Baptistam de Thoro in eius compendio.

Duplex

CAP. LXX.

Duplex ſalariũ pro dietis deberi Iudici delegato, ſeù Commiſſario, qui duobus negotijs diſtinctis,& inter ſe compatibilibus eodem tempore vacat.

CAP. LXXI.

Principem diſpenſando tenori alicuius legis, non ſemper teneri de lege ipſa diſpenſata ſpecificè mentionem facere in reſcripto, nec vti clauſula non obſtante,&c.

CAP. LXXII.

Rationem conſeruationis bonorum in familia nõ adeò reddere fideicommiſſum perpetuum,& reale, vbi prohibitio alienationis ſit certis nominatis perſonis.

CAP. LXXIII.

Quod nam dicatur ſpeciale mãdatum in terminis Pragmaticæ 7. de liquidatione inſtrumentorum.

CAP. LXXIV.

Appellationem interpoſitam à decreto M. C. V. quod expediatur citatio ſup. tenore inſtrumẽti nõ eſſe admittendã.

CAP. LXXV.

Intereſſe quãtiplurimi regulariter nõ deberi ex lucro extrinſeco proueniente ex negotiatione in venditione ſpecierũ citra vſuræ vitium.

CAP. LXXVI.

Exceptionẽ vſurariæ prauitatis non friuolam,& calumnioſã, ſed quæ in promptu iuſtificetur, impedire inſtrumẽti executionem,& aliud quodpiam iudicium exequutiuum.

CAP. LXXVII.

Solutionẽ debiti in dubio præſumendam eſſe factam in cauſã debitori vtiliorem.

CAP. LXXVIII.

Quomodo verum ſit mandatum coniecturis,& præſumptionibus probari poſſe.

CAP. LXXIX.

Ratificationem induci ex facto, qui ad aliud referri nõ poſſit: & cõtractũ ſemel improbatũ nõ poſſe amplius ratũ haberi altero contrahente inuito.

CAP. LXXX.

Iudicem territorij in quo deli-

ctum

ctum inchoatum fuit, esse cõpetentem etiam contra Iudicem territorij in quo fuit cõsumatum, & perfectum, præsertim si præuenerit in reali captura.

CAP. LXXXI.

Viduam posse forum declinare ex priuilegio viduitatis eidẽ obuento post litem contestatam.

CAP. LXXXII.

Depositũ quantitatis pro qua instrumentum liquidatur, posse etiam per extraneam personam fieri in terminis pragm. 4. de liquidat. instrum.

CAP. LXXXIII.

Barones Regni nõ posse suos originarios vasallos adstringere, & reuocare ad inhabitandũ in propria patria, ad ornatum Constitut. Regni, Quisquis Burgensibus.

CAP. LXXXIV.

Testamẽti executores posse certum quid, & determinatum, siue per eos inchoatum, vel pium suis hæredibus perficiẽdum committere.

CAP. LXXXV.

Ad debitum declaratum in testamento etiam pro exoneratione conscientiæ, & fauore piæ causæ agi non posse nisi mortuo testatore.

CAP. LXXXVI.

Electionem fori factam per miserabilem personãm omisso iureiurando perhorrescentię inanem esse in Regno, nullaq; generali clausula censeri derogatum priuilegio l. vnic. C. quomodo, & quando Imperator.

CAP. LXXXVII.

De intellectu text. in l. Procula. 26. de probationibus.

CAP. LXXXVIII.

Processus, & sollemnia liquidationis instrumenti, etiam si de his non appareat, pręsumuntur interuenisse ex lõgi temporis cursu, & de vi, & effectu clausulæ constituti.

CAP. LXXXIX

Retentionem competere vxori in bonis viri prædefuncti, sed hæreditatẽ pręsumi aditã per proximiores à lege vocatos

ex solo

ex ſolo longi temporis curſu non eſſe perpetuò verum.

CAP. XC.

De remedio text. in l. ſi quis conductionis C. locati.

CAP. XCI.

Exceptionem euictionis, ſiue rei non liberè traditæ, poſſe opponi aduerſus liquidationem inſtrumenti, ſed quæ obſtat deleganti, non etiam obſtare delegatario.

CAP. XCII.

Pretium non ſemper ſuccedere loco rei, illudque vulgatum dicterium, dos eſt quid vniuerſale cum temperamento accipiendum.

CAP. XCIII.

Ius offerendi cõpetere debitori minori, ſeù pupillo, etiã ſi dominiũ rei per apprętiũ ſit creditori irreuocabiliter quęſitũ.

CAP. XCIV.

De regula text. in l. cum quædã puella, de iuriſd. omn. iudic. & in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. quod locum habeat etiam vbi mulier conuenitur pro adminiſtratione tutelæ.

CAP. XCV.

Remiſſionem delinquentis de vno Regno ad aliud confugientis eſſe faciendam, ſaltim de vrbanitate vbi Principes ſunt cõfederati, pręuia tamen requiſitoria, & ſummaria criminis informatione.

CAP. XCVI.

De exceptionibus, quæ poſſunt ad merita reſeruari, & pręſertim de exceptione vſurariæ prauitatis, & de pacto, quod venditor teneatur vltra redditum taxatum per Bullam, & Pragmaticam de cenſibus, ſoluere etiam collectas, quod non conſtituat contractum fęneratitium.

CAP. XCVII.

Non quamlibet iracundiam, & & dolorem excuſare à pœna na ordinaria delicti, eamque non poſſe inflingi in crimine blaſphemiæ, niſi contra ſolitum blaſphemari.

CAP. XCVIII.

Teſtem carceratum eſſe idoneũ ad probandum blaſphemiæ crimen intus carceres commiſſum, niſi & ipſe ſit pro

maiori

maiori detentus, vel capitalis rei inimicus.

CAP. XCIX.

Priuilegio fori cõcesso Ciuitati, & ciuibus Neapolitanis gaudere etiam ciues Casalium, sed vendito, & separato Casale aliquo à iurisdictione ipsius Ciuitatis, censeri derogatum priuilegio respectu Baronis ementis tantum, non autem aliorum.

CAP. C.

Vendito Castro, seù Casale alicuius Ciuitatis, quod territorium non habet, vtrum iurisdictio censeatur concessa in personas, ita vt Baro possit cognoscere de vasallis quocumque delinquerint.

F I N I S.



CON

CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVRIS COMMVNIS, ET REGNI NEAPOLITANI CVM DEFINITIONIBVS

Supremorum eiusdem Tribunalium

CENTVRIA PRIMA.

AVTHORE

D. FRANCISCO MERLINO PIGNATELLO

Magnæ Curiæ Vicariæ vtriusque Aulæ Iudice, & Commissario Generali contra delinquentes.



SVMMARIVM.

1 *Legitimationis materia ardua, & difficilis.*

2 *Legitimationes per Principis rescriptum fauore publico introducta.*

3 *..connumeranda inter actus pios.*

4 *..remedium inductum in defectum legitimæ prolis.*

5 *Filij dicuntur quasi Domini in vita patris.*

6 *Princeps potestate ordinaria potest naturalem legitimare.*

7 *Bona sua vnusquisque dilapidare potest.*

8 Tex.in l.fin.de nat.liber. *expenditur.*

9 *Verbum*, debet, *quid importet.*

10 *Ius, quod filij habent in bonis patris, eo viuente, nullius momenti est.*

11 *Dictio*, quodammodo, *importat improprietatem.*

12 *Filius, viuente patre, nec etiam in legitima spem habet considerabilem.*

13 *Ius successionis non dicitur radicatum irreuocabiliter ante delatam successionem.*

14 *..conditionale, vel futurum in iudicio non deducitur.*

A 15 Prin-

Principis rescripto legitimos reddi filios naturales etiam in præiudicium legitimæ prolis, esse iustitiæ consentaneum, Patre dumtaxat instante.

CAPVT PRIMVM.

1 EGREGIA legitimationis materia, quam multùm profundam, & prolixam appellauit *Matthæus de Afflict. decis. 386. nu. 8.* innumeras complectitur quæstiones: sed quæ inter cæteras cùm difficultate, tùm etiam vtilitate, tantum caput extollit, quantum lenta solent inter viburna cupressi, illa est, de qua actū fuit in Supremo Italiæ Senatu super precibus potentissimo Regi nostro oblatis ex parte Iulij Cæsaris Pontecorbo petentis legitimationem Michaelis eius filij habiti ex soluta, dum & ipse talis erat, ad bonorum nouiter quæsitorum successionem. Obstare videbatur filiarum legitimarum existentia ex nobilissima posthabita Cōiuge, & in earum præiudicium non posse concedi.

Ad cuius resolutionem antequam Supremus Senatus deueniret, pro suo more totam ferè materiam delibauit.

2 Et quidem licet illud præsuppositum verum videretur, legitimationes per Principis rescriptum esse fauore publico introductas, & eam ob causam ampliandas, & adiuuandas, prout in specie respondit *Ias. cons. 184. num. 1. lib. 2. Cacheran. decis. 119. num. 1.* nouissimè

uissimè post alios *Marzar. consil.9. vol.4. vers. sed priusquàm*, imò *Paulus de Castro in l. nemo Apostolorum, C. de sacros. Eccles.* dicit, huiusmodi le-
3 gitimationes esse connumerandas inter actus pios, sicut manumissiones, quæ in Ecclesijs expediuntur, cùm intuitu pietatis fieri dicantur, ad tradita per *Romanum cons.* 194. *num.* 5. Dicebatur tamen locum habere, quando alijs non præiudicat, præsertim filijs legitimis, quibus extantibus potius debet dici odiosa;
4 tùm quia legitimatio naturalium in supradictis iuribus, dicitur remediũ inductum in defectum legitimæ prolis, *text. est apertus in §. si quis sanè non habens filios legitimos, auth. quib. mod. nat. efficiant. legit. & §. liceat igitur Patri, si legitimam non habeat sobolem, eiusd. auth. & §. si quis ergò filios legitimos non habens, quib. mod. nat. effic. sui, & tenet Bart. in auth. Item fine C. de natur. liber. & q. 11. incip. habeo filiam naturalem num. 5. & post alios Ant. Gabr. com. concl. tit. de legitim. conclus. 6. nu. 1. Ioannes Baptista Lup. de illegit. comm. 3. §. 4. num. 24. qui num. 5. refert Fulg. cons. 62. num.* 4. dicentem, prohibitum esse supplicare Principi pro legitimando filio naturali, extante legitima sobole; cùm etiam quia legitimatio fieri non debet nisi ex causa, quæ considerari non potest, extante legitima sobole, quæ valeat patri succedere, *Dec. consil.* 306. *num.* 10. *Gozadin. cons. 6. num.* 25. & alij, quos referunt *Anton. Gabr. & Lupus locis allegatis*; Et denique quia Princeps, legitimando naturalem, tolleret filijs legitimis spem probatissimam, quam ipsi habent in bonis patris, imò illud quasi dominium, quod adhuc eo viuente,
5 dicuntur habere, de quo *Cons. in l. in suis 11. de liber. & posthum.* quomodo in specie ratiocinatur *Feudorum Euangelista Andr. de Isernia in cap. 1. §. naturales num. 3. & 4. si de feu. fuer. controur. vers. alij dicunt*, cui post alios nouissimè adheret *Paul. Staiban. cons.* 14. hanc negatiuam neruosè tutando.

Sed horum facilis erit resolutio, si prius patefiat veritas illius conclusionis,
6 posse scilicet Principem potestate sua ordinaria, & legi subdita, naturalem legitimare ad patris petitionem, etiam filiis legitimis existentibus, eisque non citatis. Quæ quidem nititur auctoritate *Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum num.* 14. *de liber. & posthum.* vbi magistraliter hanc partem probat, quem sequuntur communiter *DD.* præcipuè *Iason ibi in 2. limitat. Marian. Soccin. num.* 139. *vers. prima est*, sic ait: *Princeps, vel Comes possunt naturalem legitimare etiam in praeiudicium legitimorum; cùm ad instantiam patris illud faciat*, & num. 144. *aut verò legitimatio fit patre viuente, & tùnc communis conclusio est, quod citatio aliquorum non requiritur, &c. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. 1. vers. item scias tit. de succes. ab intest.* quem refert *Ant. de Butr. cons. 2. visis literis in princip. Bal. in l. nam ita Diuus, in princip. de adopt. & in authen. praeterea, C. de natur. liber. Ang. in §. si quis igitur el primero, auth. quib. mod. nat. effic. sui, cum alijs per Matth. Brun. cons. 70. num. 60.* vbi latè *Emanuel à Costa in d. §. & quid si tantum par. 2. num. 95. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 9. num. 70. Lucas de Penna in l. eos, qui num. 32. C. de his, qui spon. pub. mun. sub lib. 10. & Greg. Lopez ad l. fin. tit. 15. par. 4. glos. 2. & in l. 4. eiusdem tit. verb. E si caben*, hanc opinionem communem appellat, sequitur *Azeued. ad l. 10. tit. 8. lib. 5. noua recop. num. 29. & 30. Ant. Gabr. lib. 6. comm. conclus. tit. de legitim. conclus. 6. num. 5. Ant. de Rosel. tract.*

de legit. lib. 2. tit. de cauf. form. legit. num. 3. Bened. de Barzis de filijs non legit. nat. num. 47. Ludou. de Sard. de nat. lib. verf. quaeritur num. 70. Bellug. in spec. Princ. rub. 22. §. & quia quotidiana num. 7. Ant. Gomez ad l. 9. Tauri num. 67. Peregr. de fideicom. artic. 23. num. 58. verf. quamobrem, latè Ioannes Baptista Lup. tract. de illegit. com. 3. §. 5. num. 17. infinitos referens, prçter quos idem firmat Rosenth. de feu. cap. 7. conclus. 19. num. 25. Ludouic. Molina de Hispan. primog. lib. 3. cap. 3. num. 10. & nouissimè Pater Molina de iustitia, & iure, tom. 2. disput. 174. nu. 7. sic inquit, Tertia conclusio etiam si descendentes legitimi existant, valida esset illegitimorum legitimatio facta de consensu Patris, esto inde sequatur minui legitimorum descendentium portiones legitimas, neque vt valida sit, necessaria est citatio legitimorum, Sarmien. lib. 1. select. cap. 8. nu. 3. & ita decisum refert Card. Puteus decis. 89. lib. 2. & Boer. decis. 122. in principio, ex Regnicolis hanc opinionem tenuerunt Freccia de subfeud. lib. 2. §. superest, vt aliqua, fol. 172. num. 6. D. Anel. Amat. conf. 4. num. 5. etiamque Proregibus concessum esse testatur D. Regens de Ponte de potest. Proregis tit. 10. de diuers. prouis. fieri solit. cap. de legitimat. Et ex vlterioris Siciliae Doctoribus Cumias ad cap. si aliquem, verb. maior natu, num. 7. & seq. Intrigl. de feu. cent. 2. art. 1. num. 271. & 277. cum alijs.

Cuius rationem totam pendere ait Bart. loc. cit. ex libera, & ampla facultate concessa patri circa suorum bonorum dispositionem, etiam in eis
7 dilapidandis, & proijciendis in mare, vt glos. ait in l. 1. C. de inoffic. donat. quod per prius Consultus notauit in l. Maeuius 54. de condit. & demonst. Quid enim interest, si quis velit suum in mare proijcere? quod ad hoc extollit Baldus in prooem. Cod. vers. si dicas, post multos, quos allegat, & sequitur Lupus de illeg. comm. 3. §. 5. num. 17. & Boer. decis. 122. in principio, Peregrinus d. art. 23. num. 52. Rosell. d. tit. de caus. form. legit. num. 4. Ludouic. de Sardis de nat. lib. vers. quaeritur, nu. 7. Vndè non temerariò dici posset, Principem patre supplicante, & petente, teneri quadam necessitate morali naturalem filium legitimare; hocque ad mentem fuisse Consulto
8 in specie textus in l. fi. de natal. restit. in illis verbis, Patrono consentiente debet libertus ab Imperatore natalibus restitui; propter dictionis, debet, na-
9 turam, siue illius sit denotare necessitatem, & coactionem, vt in l. Prator in principio, de eden. & in l. 1. §. Magistratus, quod quisque iur. siue praeceptum, per quod contrafaciens incurrat peccatum, Cardin. Tusch. pract. conclus. tomo 2. littera D. conclus. 32. num. 1. siue tandem decentiam, & vrbanitatem importet, vt in l. non solùm, §. 1. de non. oper. nunc. glos. in l. 3. verb. debent, C. de pignor. Burg. de Paz conf. 46. cum alijs per Barb. de dict. dict. 62. D. Reg. Rouitum ad pragmaticam primam de conferuat. num. 3. D. Auditor Gaito de credito cap. 4. quaest. 7. num. 839.

Nec admittendus obex de praeiudicio
10 legitimorum, quibus ius aufertur; ius enim, quod filij dicuntur habere in bonis patris, eo viuente, nullius est momenti, nec firmum, nec considerabile, vt latè defendit Marian. Soccin. in d. §. & quid si tantum num. 139 & optimè ad rem pônderauit Fortun. Garf. in d. §. & quid si tantum numer. 219. quem sequitur Cum. loc. cit. num. 90. & seqq. & Intrigl. de feud. centur. 2. art. 1. num. 283. & quod ait Consultus in l. in suis 11. de liber. &
11 posth. accipiendum est impropriè, & & fictè, propter dictionis, quodammo-

do, naturam præferẽtis improprietatem, & fictionem. *Vnde Bartol. auriga turis in l. 1. §. si impuberi, nu. 1. de collat. bonor.* & alibi, *vt per Dec. conf. 19. col. pen. verf. quia ad hoc breuiter, & conf. 438. nu. 9. Curt. iun. conf. 196.*
12 *num. 45. lib. 3.* audacter affirmant filios, viuente patre, nec etiam in legitima spem habere considerabilem.

Sed dato quod habeant aliquod ius, non inde sequitur, Patrem hoc eis auferre non posse per actum ciuilem, & permissum media Principis authoritate, neque de suis bonis disponere: nàm distinguit *Bald. in l. 1. num. 3. C. de seru. Reipub. man.* quod aut ius commune, cuius vigore filij admittuntur, est necessarium, & immutabile, & tunc non potest contra tale ius dispensari, nec derogari; aut est voluntarium, & derogabile, seu merè positiuum, & tunc potest derogari, *l. 2. de vsufruct. ear. rer.* at ius successionis non dicitur necessarium, & radicatum Irreuocabiliter ante delatum successionem, cum spes succedendi variabilis sit, *l. 1. §. si impuberi, de collat. bonor. l. pretia rerum cum simil. ad l. falcid. Bald. in l. quamquam C. de fideicomm.* ideòque hanc spem appellare solebat Plato somnium vigilantium, *Molina de primog. lib. 1. cap. 13. num. 32. & 33. & lib. 3. cap. 14. nu. 10.* vbi resoluit ius conditionale, vel fu-
14 turum in iudicium deduci nõ posse, *l. litigatores §. fin. de arbitr. l. Prætori, & l. non quemadmodum, de iudic.*

Vnde notabiliter *idem Baldus in proœm. rub. C. de Iustin. C. cõfirm. n. 32.* sic inquit, *aut ista legitimatio fit ad postulationem Patris, & tunc valet, quia neminem ledit, & est voluntariæ iurisdictionis, & redditur inter principales personas consentientes, arg. l. 1. in fin. de emanc. lib. Et si dicas præiudicatur venientibus ab intestato, hoc nego, quia nõ habebant aliquod ius tempore legitimationis, nam cum pater possit bona sua proiicere in mare, multò magis per actũ ciuilem, & permissum.*

15 Vlterius Princeps potest vnicuiq; ius succedendi non dùm quæsitum, sed in spe, etiam sine causa tollere, vt colligitur, ex doctrina *Bart. in d. §. & quid si tantum, & ex Bald. in l. nam ita Dinus, de adopt. Alex. conf. 2. num. 14. cum seqq. lib. 1. Greg. Lopez ad l. 3. tit. 13. par. 6. in glos. verb. mugeres, & aliјs relatis à Molina de primog. lib. 1. c. 8. num. 28.* qui hoc indistinctè procedere ait in bonis liberis, de quibus agimus. Si ergo Princeps hoc facit, qui non est dominus, nisi quòad protectionem, vt *in l. fi. C. de quadr. præscr.* ergo multò magis pater, qui est dominus, vt de potestate Principis ad potestatem patris arguit *Andr. in d. c. 1. §. naturales num. 4. dicens,* Principis, & patris potestatem æquiparari, *per tex. in l. fin. C. de consul. lib. 12.* præcipuè in hac legitimationis materia, in qua sicut pater non potest filium absque Principis venia legitimare, ita nec Princeps absque consensu patris, *vt in §. si verò, & §. generaliter, authen. quib. mod. nat. effic. sui, vbi Iacob. de Beluis. & Bald. in d. l. Gallus §. nunc de lege Velleia. & conf. 19. vol. 2. Ioannes Baptista Lupus de illegit. d. commun. 3. § 5. num. 13.* & aliјs relatis comprobat *Dominus Auunculus, & præceptor meus Reg. Carolus de Tapia Marchio Belmontis summi Collateralis ordinis Decanus in ea celebri repetitione quam inter alias quam plures doctissimas elucubrationes, vt Reipublicæ ex omni latere prodesset, typis mandauit ad rub. de Constit. Princ. cap. 3. num. 46.*

Accedat his *P. Lodouic. Molin.* auctoritas loc. proximè citato, vbi post firmatam eam assertionem, subdit, *Ratio autem ea est, quod quamuis solis legitimis descendentibus sit debita portio legitimæ, eo maior, quo pauciores fuerint,*

rint, ac proinde viuentibus parentibus, ipsi soli ius habeant ad quantitatem bonorum inter ipsos ex legum praescripto per parentum mortem necessariò distribuendam: ius tamen illud est dependenter ab eisdem legibus positiuis, quae Principum potestati subiacent, atque ex eo, quod eis parente id postulante à Principe non derogetur: quare postulante id parēte, poterit Princeps, descendentibus minimè auditis ex rationabili causa derogare legibus illis, legitimando filium illegitimum, aut cum eo dispensando, vt perinde parenti succedat, ac si esset legitimus, & rursus *num. 9.* idem confirmat.

17 Et ad difficilè obiectum, *ex doctrina Andr. in d. cap. 1. §. naturales nu. 4.* quo loci, talem legitimationem etiā ad patris instātiam factam, filijs legitimis, tanquam ius habentibus in bonis, praeiudicium inferre docet; respōsum fuit, procedere in casu suo, idest, cum agitur de succedendo patri in feudo ex pacto, & prouidētia, in quo
18 certum est, patrem non posse filijs praeiudicare, praesertim primogenitis, nec in eorum praeiudicium ad fauorem secūdogeniti de feudo disponere, ex insigni theorica eiusdem *Andr. in cap. 1. §. omnes filij col. 1. si de feu. fuer. controuers. cum alijs relatis per Dominum meum Reg. Tapia in famigerata illa decis. 2. Supremi Italiae Senatus num. 152.* in qua ferè tota feudalis materia enucleatur. Ratio est, quia in feudo ex pacto non succeditur vltimo decedenti, sed ei, qui primo loco adquisiuit feudum, ex reg. *tex. in cap. 1. de nat. success. feud. Afflict. in c. 1. in princ. de eo, qui sib. & hered.* vnde tale feudum, mortuo vltimo feudatario, non deuoluitur iure successionis, sed potius ex vi contractus, & forma concessionis feudi, ita eleganter *Guglielm. de Perno cons. 3. hic aduertè, Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 2. q. 8. num. 9.* at in feudo haereditario potest testator disponere, extraneum haeredem instituere, & illud alienare cum consensu domini, etiam in praeiudicium agnati, vt per eūdem *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque num. 7. de success. feud. & in cap. 1. an agn. Capyc. decis. 64. num. 2. & in inuestit. verb. feuda haereditaria, vers. conclusio quarta, Petr. de Greg. de conc. feud. par. 6. q. 2. vers. ex ista conclusione, Cannet. in cap. si aliquem §. & incipiendo sub nu. 10. Card. Paris. cons. 2. num. 41. lib. 1. quem refert, & sequitur Cumias ad c. si aliquem, verb. maior natu nu. 70. in fine.*

Colligitur quidem satis apertè, quod Andreas loquitur in feudo ex pacto; tum ex his, quae idem tradit *in d. cap. 1. §. si Titius nu. 1. si de feud. fuer. controuers.* vbi postquam dixit, quod filius restituendo pretium, potest feudum alienatum reuocare; simile omninò subdit rationem. *Posset (inquit) esse ratio, quia positum est feudum esse ex pacto, & prouidentia, non haereditariū, sed auitum, & priorum antecessorum, quia filius viuo patre erat quasi dominus, ff. de liber. & posthum. in suis, & est eadem quasi persona cum patre, C. de impuber. & alijs substit. l. fin. ex quo pater abdicauerat se ab hoc feudo alienando, filius statim admittitur.* Cùm etiam quia, vt acutè aduertit *Aluar. in d. cap. 1. §. naturales*, Andreas loquitur in casu, quo legitimatio tēdat in praeiudicium legitimae portio-
19 nis debitae legitimis in bonis patris. At feudum ex pacto, cuius natura est, vt in eo succedat primogenitus; dicitur legitima primogeniti; *c. licet de voto, Ioannes Andr. de Georg. alleg. 20. num. 21. Rosent. de feud. c. 7. concl. 13. num. 4. Abb. cons. 3. col. 2. vers. venio ad secundum, vbi latè. Vinc. de Franch. decis. 387. num. 2. Minad. ad Consti. In aliquibus in princ. num. 27.*

Reg.

Regens de Ponte de potestat. Proreg. tit. de assens. §. 3. *num.* 11. *Dominus meus loc. proximè cit. nu.* 154.

Nec adhuc si Andreas loqueretur in feudo hæreditario, eius dicta haberent locum in legitimatione, quæ fit ad patris petitionem; hoc enim casu
20 optimè conceditur legitimatio, & legitimatus succedit tanquam legitimus, & admittitur vnà cum legitimis ad successionem feudi: ita singulariter in nostris terminis respõdet *Sigismund. Loffred. cons.* 1. *num.* 204. his verbis, *& sic si velis intelligere, quod Andreas loquatur ibi in feudo hæreditario, & dicat quod in præiudiciũ filii nõ possit Princeps habilem facere legitimatum ad succedendum in feudo, loquatur quãdo in eo non concurrit voluntas Patris cuius erat feudum, & in cuius inuiti, seu ignorantis præiudicium id Princeps facere non poterat. Idque videtur Andreas sentire dum arguit de potestate Principis ad potestatem patris in feudo: & quidem non sine ratione, nàm si superstite adhuc patre, & filius illegitimus legitimetur, tũc solummodò admittur ad successionem patris, quando nullus filiorum legitimorum existit, secus verò quãdo facto patris legitimatus est.* hactenus ipse, consentitque *Schrad. de feud. par.* 7. *cap.* 5. *num.* 23. & post multos *Rosental. cap.* 7. *conclus.* 19. *num.* 42.

Quid ergò mirum si dicamus Principem hoc casu citra legitimorum iniuriam, naturales posse legitimare: dum enim hoc facit ad instantiã patris, nil aliud facere videtur quàm obstaculum, siue impedimentum illegitimitatis remouere: quo amoto remanet legitimatus habilis ad succe-
21 dendum, & succedit, non virtute legitimationis, sed virtute legis, quæ legitimos, & legitimatos ex parentũ voluntate ad successionem admittit, quasi ad primam naturam suam redeant, *arg. tex. in l. filio quem pater de liber. & posthum.* ibi, *non translatus, sed reditus videretur, l. voluntate in fine, quib. mod. pign. vel hypotech. l. si vnus,* §. *pactus ne peteret, de pact. & ibi glos. verb. redditur, & Ias. num.* 4. plura notabilia colligit, quando per ea reducitur ad ius commune. Et conferunt in non dissimili specie elegantia verba *Petri de Anchar. in cap. cum in aliquibus col.* 2. *de rescript. in* 6. quæ sic se habent: *Item si quis habeat potestatem super actu ligatam, & impeditã aliquo impedimento, licet tertius amoueat istud obstaculum, actus qui geritur sumit effectum, ac deriuationem à prima causa, non ab illo qui obstaculum amouit: ponit exemplum Ioannes Andr. in ligato pedibus, & manibus, qui soluitur, & posteà scribit, & ambulat, licet enim hoc faciat ministerio soluentis ipse tamen facit non dissoluens: ita hic, licet remotio impedimenti sit Papæ, non tamen receptio, &c.* Et faciunt quoque tradita per eũdem *Anchar. in cap quamuis eod. tit. in* 6. Sic ergò licet ministerio Principis filius reddatur legitimus, tamen hoc principaliter dependet à patre, qui alijs etiam modis, nullo adhibito Principis ministerio, posset filijs legitimis præiudicare, dando eis cohæredem prorsus extraneum, vel etiam ipsum naturalem arrogando, vt in puncto considerauit *Sarmien. lib.* 1. *select. c.* 8. *num.* 4.

Sed cum iura, & DD. præfati præcedere volunt aliquam iustam, & lau-
22 dabilem causam ad legitimandum, vt *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* ibi, *quod diuersis causis inspectis, &c. & ibi Anton. de Butrio*, & alios dicentes esse communem opinionem refert *Brun. d. cons.* 70. *num.* 11. *Menoch. cons.* 20. *num.* 9. restabat videndum, an extante legitima sobole, hæc causa considerari possit.

Et

Et quidem causa legitimationis obtinendæ in triplici differentia est: aut enim prouenit ex necessitate; aut ex vtilitate: aut ex prærogatiua personæ legitimandæ, vt aduertit *Card. Alex. in d.cap. per venerabilem §.1. in 3. not. & post alios Ioannes Baptista Lup. de illegit. d.comm.3.§.5.num.6.* & desumitur eleganter ex *tex. in cap. requiritis, § nisi rigor 1.q.7.* ibi, *multorum enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen Ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siuè vtilitatis, &c.* totidem in præsenti concurrere compertum fuit.

Necessitatis causa legitimationem
23 petere dicitur pater, qui caret legitima sobole qua valeat familiam, & agnationem suam conseruare, vt per DD quos secutus refert *Lup.* vbi pxime; at si filiæ, quas L. Cæsar habet in vniuersam ipsius substantiam, succederēt, in maximum familiæ damnum resultaret: bona enim per agnatos conseruantur in familia, & licet fœmisit agnata, *l. pronunciatio §. familiæ 2. de V.S. cum concord. & per DD. in l. vo-*
24 *luntas C. de fideicom.* tamen est finis agnationis, & principium cognationis, *d.l. pronunciatio §. fin. l. Iurisconsultus in princ. de gradib.* sic & eius filij non dicuntur agnati, sed cognati, *l. sunt autem de legit. tutor. d.l. Iurisconsultus de gradib. affinit.* quia fœmina nupta in aliena familia transit in familiam mariti, & amittit nomē agnationis, *l. familiæ §.1. de V.S. l. fœminę de Senat. Bal. in l. maximum vitium num.21. aliàs 31. vers. quarto quia C. de liber. præter. Ozasch. decis. Pedem. 127. num.1.* vbi plurimos refert, & decisum testatur.

25 Hinc, & vbi agnati vocantur, fœmina etiam agnata non succedit, vt probat plures referens *Molina de primogen. lib.1. cap.6. num.4. & lib.3. cap. 5. num.70. Peregr. de fideicom. art.26. num.23. cum seq. & latissimè Vinius d. decis.10. num.9. Thesaur. decis.37.*

Huic necessitati satis abundè ex hac legitimatione subuenitur: nam
26 per legitimatum rescripto Principis bona cōseruantur in familia, & agnatione, vt eleganter consuluit *Angel. cons.17. num.6. vers. ad prædicta vol 1.* vbi communem esse testatur. *Ruin. cons.145. num.3. volum.1. & post alios Intrigl. decis.3. nu.21. lib.1. qui nu. 26.* notabiliter subdit, solere testatores nobilium familiarum præferre masculos illegitimos proprijs filiabus etiam in dignitatibus, *ex Hiero. Gabr. Rimin. iun. & alijs*, rationemque tradit *Tiraquell. de nobil. cap.37. num.23. ex tex. in l. pater §. Iulius Agrippa, de leg.3.*

Sic itaque legitimatus videtur agnasci virtute legitimationis, vt probatur *in §. dubitatum Auth. de incest. nupt.* siquidem legitimare est in totū abolere vitiū, & maculam illegitimitatis, & omninò legitimos efficere *Ias. post Castrens. in l. sed si hac §. patronum num.6. de in ius vocand. & post alios Lup. d.com. 3. in præfat. n.45. facit tex. in l. Imperialis §. præsenti C. de nupt.* ibi, *omni macula penitus direpta, neque vocabulum inhonestum eis inhærere volumus,* scribit *Peregr. cons.8. nu. 41. volu.2.* Vnde legitimatus, atque ita natalibus antiquis restitutus in nihilo differt à legitimis, *§. illud tamē vers. sicut, & §. sit igitur, Authen. quib. mod. natur. effic. sui,* & dicitur legitimus verè, & non fictè *Bart. in l. is qui pro emptore, q.3. vers. Item quæritur, de vsucap. & in l. nuper. C. de nat. liber. & facit tex. in l. qui in Prouincia 57. §. in libro de rit. nupt.* vbi legitimati perinde habentur, ac si legitimi nati essent, & ita tenet, *Paul. de Castr. cōs. 27. vers. dicendum est,* quem refert, & sequitur *Matth. Brun. d. cons.70. n.70.*

Cabedo

Cabedo decis.69.num.2. par.2. & post multos Intrigl.d.decis.3.num.6. Aluar. in d. cap.1 n. naturales si de feud. fuer. controuer. allegans *tex.in l.1.C.de iur. anul. aur.* & iudicatum refert *Card. Puteus decis.* 111.*num.5.lib.2.* & ex pluribus probat *Ceuallos pract. quaest. lib.1.q.2.nu.19.* Habet quoque omnia iura legitimorum, suitatem, ius dicendi nullum, ius quærelandi, & cōtra tabulas, & quærelam in officiosi, vt post multos docet *Dominus meus Marchio, & Reg. Tapia in d. rub. de Consiit. Princip. cap.3.num.43. Peregr. de fideicomm. art.23. num.27. Couar. de sponsal.part.2.cap.8 §.10.num.3.* & multos ponit *Azeued. ad l.10. nu.10. & seq.tit.8.lib.5.nou.recopilat. Cabed. d.decis.69. vers. & ita Zeuall. loco proximè citat. num.51. Intrigl. d.decis.3. num.126. & 128.* & legitimatus per rescriptum continetur in dispositione de filijs legitimis, & naturalibus, vt post alios tenet *Peregr.loc.cit.n.29. qui nu.4.* dicit hanc esse communem opinionem, & sequitur *Math. Brun. loco citato.* Ratio est, nàm paria sunt,
29 habere qualitatem per rescriptum, ac per naturā, *vt Bald. ait in l.cum ex ratione* per illum *tex. de excusat. tutor. & in l. si filius, si cert. pet. Zeuall. loco proximè citato num.19.*

Ex quibus liquet legitimationem hanc necessariam fore petenti, pro conseruanda sua agnatione, & bonis in familia, quæ cū verè dicatur causa priuatæ necessitatis, *d.§. si quis igitur, auth. quib. mod. natur. effic.sui,* nulla alia requiritur, sed sola sufficit etiam in inferioribus à Principe, & dicitur iusta, *ita Ias.cons.40. num.18. lib.3.& aliis per Lup.d.cōm.3.§.5.n.8.* Lex enim semper custodiuit conseruationem agnationis, *glos.* communiter recepta, *in l. 2. §. denuntiare in*
30 *verb. familiarumque, de. ventr. inspic.* Ergo idem debet facere Princeps, vel Rex, qui est lex animata in terris, *vt Philon.* ait relatus *a Domino meo in Scholijs ad Constitutionem nihil veterū sub tit. de legib.lib.1. recopilat. Iur. Regni Neapol.verb. dignitas nu.5. Arist. lib.3.polit.cap.9. relatus a Patre Ioanne de Salas tract.de legib.q.96. disput.14. sect.2. num. 26. litera D.* & expresse dicitur *in Authen. de consul. §. fin. & ibi Glos.* Imò hoc casu Princeps succedit loco legis, *Sarmien. d. cap. 8. num.4.*

Hisque non obstat, quod sentire videtur *D. Amatus d.cons.4. num.15.* causam scilicet agnationis conseruādæ nō esse sufficientem ad legitimationem obtinendam: nam eo in casu agebatur de legitimatione spurij nati ex soluto, & coniugata, & quod magis est, in domo viri retenta: quo casu filius præsumitur natus ex matrimonio, *ex tex. in l.miles 11.§. defuncto, ad l.Iul. de adult.* vbi si mulier virum habens pariat, talis partus præsumitur ex matrimonio natus: quæ præsumptio pluribus modis ampliatur, *vt ex Bald. Dec. & alijs deducit idem Amat. num.21.* asserens esse præsumptionem iuris, & de iure, & quæ non admittit probationem in contrarium, nisi per partis de cuius interesse agitur confessionem, & allegat *Boer. decis. 299.* post alios; quamuis *Rota Romana in vna relata per Farinac.inter 372. decisiones criminum, & testium per eum collectas, quæ est 171.* tenet esse præsumptionem iuris tantùm, quæ admittit probationem in contrarium per vrgentiores coniecturas, & præsūptiones. Si ergò non certè constat de eius filiatione, quo iure poterit per rescriptum Principis ad successio-
31 nem patris habilitari: vbicunque enim deficit substantia, inueniri non potest qualitas, vt respondit *Bald. cōs. 81. quidam Simoninus lib. 1. & alij relati per Lup. d.comm.3. §. 5. nu. 11.*

B hacte-

hactenus de prima causa.

Nec minus concurrit secunda, quæ cum dicatur vtilitatis causa, in alio non consideratur, præterquam
33 in patris voluntate, ita docuit *Iaf.d. conf.40.col.pen.verf.fecundo nota vol. 3.& conf.127. num.20.ad fin. lib.4. Soccin.iun.conf.93.num.60.lib.3. Roland.d.conf.89.nu.53.lib.1.Alex.conf. 188.col. penult. verf. non obftat argumentū vol.5.Card.Puteus d.decif.111. num.6.lib.2.Lupus de illegit. d.comm. 3.§.5.num.9. Menoch.conf.19.nu.22. volum.1.& Decian.quos allegat fæpius citatus D.Anell.Amat.d.conf.4.nu.19.*

Tertia insuper causa concurrit, nempè prærogatiua personæ legitimandæ, cum persona filij sit multum benemerita, ob idque tam à Serenissimis Regibus, quam ab eorum Proregibus pluribus honoribus decorata, quod requirunt DD. *vt per Menoch.conf.108.num.44.ad fin. volu.2.* sitque bonæ famæ, vel conditionis, vel bonorum morum, & non dissipator, in quo statur patris assertioni *ex Corn.conf.1.num.17. volu.3. Lup. loco cit.nu.10. & Puteo d. decif.111. nu.4. lib.2.Molin.Theol.de iuft.& iur.tract. 2.difput.174.num.1.in fine.*

Ex quibus liquet, hic concurrere primam, secundam, & tertiam causā, quarū quælibet de per se sufficeret, multo ergò fortius omnes insimul collectæ debent operari, præsertim in fauorabilibus, *l.fin. C.de adopt.Authen.itaquè C.comm.de fucceff.cap.1.de tregu.& pace.*

Nec tandem ignoro, quod vt aliquid causa cognita factum dicatur, eorum qui lædi possunt citatio requiritur, *l.in caufa,§.caufa cognita,de minor. l.de vno quoque, & ibi moderni Rep.de re iudic.* Verùm cùm satis probatum sit, patrem posse naturalem legitimare etiam contradicentibus legitimis, succedit regula quod qui potest inuitis, potest etiam ignoran-
34 tibus, & absentibus *l.qui poteft, de regul. iur.* in quibus terminis non requiritur citatio, vt post alios docet *Barz.decif.15.num.25.& 26.*

Iure ergo peti dicebam legitimationem hanc ab Inuictissimo Rege nostro, cuius proprium est naturæ excessibus mederi, vt eleganter ait *D. meus in d. rub. de Conftit. Princip. cap.3. num.41.* & si nasci ex damnato coitu non est vitium eius qui gignitur, sed gignentis, *cap.nafci 56. diftin. notat Andr.in d.cap.1.§. naturales,fi de feud.fuer.controuer.nu.4.* quid rectiùs, quàm suos delicta non egredi auctores? *l. Sancimus C.de pœnis*, quiduè iniquiùs quàm innoxios tanquam peccantes puniri? *Authen. de inceft. nupt.in princ.* idque considerant DD. ferè omnes in materia.

Supremum Cōsilium hęc pro veris habendo, legitimationem concessit; sed tamen restrictam, & limitatam quòad successionem iuxta legis pręscriptum propter filium legitimum Iulio Cęsari ortum dum de his ageretur.

SVMMARIVM.

Dominus Regens Carolus Tapia rationes, & Statum omnium Regni Vniuerfitatum compofuit.

1 *Tributorum loco fuccefferunt in Regno munera, quæ foluuntur ratione focylariorum.*

2 *Collectæ hodiè fapiunt naturam tributorum.*

3 *Munera omnia quædam funt ordinaria, quædam extraordinaria.*

4 *Impofitiones omnes in vnum cogi poffunt ex caufa neceffaria.*

5 *quæ exiguntur in Regno originem habent à iure communi, vel municipali.*

6 Cle-

Fiscum habere tacitam hypothecam potiorem caeteris creditoribus pro quibusuis tributis, collectis, alijsq; functionibus: ad ornatum Reg. Prag. 5. §. 14. sub rubr. de admin. Vniu.

CAPVT II.

ET si in Regno superuacanea, & inutilis admodum sit quaestio illa, quae Consultorum ingenia mirè admodùm torsit, an Fiscus pro tributis, collectis, ceterisque fiscalibus functionibus praeferatur creditoribus habentibus anteriorem hypotecam super bonis Vniuersitatum;

quandoquidem siue quæramus de ordinarijs, siue de extraordinarijs, iam Fiscus obtinuit ex sancitis per Illust. Ducem de Alcalà seniorem in Pragm. quæ collocata est sub tit. de administr. vniuers. 5. loc. 5. 14. cuius hæc sunt verba. *Item statuimo, ordinamo, & comandamo, che dalli frutti dell'intrate dell'Vniuersità, e denari, che perueneranno dalle gabelle, e collette si paghino prima li pagamenti ordinarij, & extraordinarij alla Regia Corte, ò à quelli particolari, che l'hanno comprati dalla Regia Corte: appresso se ne paghino li pagamenti, che si deueno alli Creditori delle Vniuersità, &c.*

Cuius dispositionis vigore pro labente iam Regno in malorum colluuiem propter inopiam Vniuersitatũ immenso ære alieno oppressarum, motus Illust. Regens Carolus de Tapia Marchio Belmontis Dominus, & Auunculus meus, Commissarius Delegatus super ipsarum regimine, generali decreto ipsius obseruantiam iamdiù intermissam in pristinum reuocare iussit: id totus intendens, vt pauperibus Vniuersitatibus prodesset, suoque Regi fidelem præstaret operam: quod tandem summo labore fuit assecutus, compositis miro ordine vniuscuiusque rationibus, certaque eis lege imposita: rem tamdiù desideratam, sed grandem, & humano pectori ferè imparem: ideò ab Excellentissimo Lemensiũ Comite incohatam, & sub argine derelictam. Vnde verè conuenit ei, quod de Diuo Augusto Romani Aulici aiebant apud *Corn. Tacit. lib. 1. ann. solam ipsius mentem tantæ molis capacem.*

Sed quia publicis vtilitatibus priuata commoda pauci solent remittere: tale decretum fere omnibus earum creditoribus visum fuit nimis durum, & iniquum; præsertim illis, quorum hypotheca multum est antiqua: nam præsupponebant prædictam antelationem, & prioritatem Fisco non competere, nisi pro tributis ordinarijs: ideoque *Petro Follerio in comment. ad eand. Pragmat. num. 39.* notabilis visa fuit dispositio illa, quoad munera extraordinaria. Nihilominus tamen vt vel legi ipsi municipali, vel iustissimo illo decreto iuris communis munimen accedat.

Fateor quidem loco tributorum in hoc Regno successisse munera, quæ ratione focul ariorum soluuntur in locum antiquæ collectæ, quæ per capita patrumfamilias imponebatur, prout ante *Regent. de Ponte de Potest. Proreg. tit. de regal. imposit. 5. 2. nu. 16. & seq.* obseruauit *idem Dominus meus in celebri repet. ad rubr. de constit. Princ. c. 4. num. 49. & seq.* quam subrogationem operari, vt eamdem sa-
2 piat tributorum naturam, quia vniformis est, & certa, sicut tributum, vt per *Bart. in l. 2 ff. de Iur. immunit. Speculat. de cler. coniug. vers. ad huiusmodi autem articuli, Bal. in l. neminem, in vers. extra glossam C. de sacros. Eccl. latè Ias. in l. placet, col. 2. C. eod.* sed quod huiusmodi dumtaxat præstatio dicatur ordinaria, cæteræ autem, quæ exiguntur Rege demandante ex varijs necessitatibus, dicantur extraordinariæ, itaut non debeant gaudere priuilegio tacitæ hypothecæ, quod non dubitatur Fisco competere pro tributorum exactione: hoc opus, hic labor est?

Qua in re, vt veritas clarescat, obseruandum esse dicebam, summam munerum, siue tributorum diuisio-
3 nem eam esse, vt quædam dicantur ordinaria quæ à lege, Principe, vel Republica indicta sunt, habentque ordinariam, & certã formam, ac præstationem: quædam verò extraordi-

naria

naria, quę accidentaliter ob aliquam causam indicta sunt ad tempus, nec ordinariam, vel perpetuam habent præstationem, prout post plures primæ classis authores docuit idem *dominus meus loco cit. num.* 39. *& 40.* præter quos id placuit *Iasoni in d. l. placet num. 6. C. de sacros. Eccles.* probaturque *in l. omnes omninò C. de annon. & tribut. lib.* 10. ad eamque sententiam plures adiunxit *Cacheran. decis.* 95 *.num.* 43. Quo fit, quod quamuis in Regno vltra carolenos 15. ordinariæ foculariorum impositionis exigantur aliæ nonnullæ, videlicet pro stipendio militum Hyspanorum, pro Barigellorum salario, pro cōstructione, & custodia turrium, pro instructione, & refectione viarum, pro hospitio æquitum grauis armaturæ, & aliæ ad vnguem enumeratæ *per eundem Dominum meum d. c. 4. à n.* 71.

4 quas omnes in vnum coegit excellētissimus Lemensium Comes Regni Prorex (& fieri posse ex causa necessaria voluit *tex. in l. vnic. C. de expens. lud. lib.* 11. *notat Dominus Regens de Ponte de potestat. Proreg. tit. de regal. imposit.* §. 2. *num.* 60. easque communi vocabulo functiones fiscales appellauit, *ad tex. in auth. vt iud. sine quoquo suffrag.* §. *oportet quoque vos)* non video, cui magis conueniat ordinarij, & certi muneris nomen. Nec ex eo tantùm, quod huiusmodi verè, & realiter non sunt nouæ impositiones, sed

5 originem habent vel à iure communi, prout refectio pontium, & viarum, ad quam tenentur Populi, *vt in l. fin. C. de imm. nem. conced. lib.* 10. ab eaq;

6 nec clerici excusantur, *ad tex. in l. ad instructionem C. de Sacros. Eccles.* & de refectione murorum est *tex. in l. fin. C. à quib. mum. vel præst. lib.* 10. in casibus tamen, & prout declarant Canonistæ in iuribus canonicis: vel etiā ex iure municipali, prout impositio pro salario Barigellorum, de quibus etiam loquitur *tex. in l. vnic. C. de Irenarch. lib.* 10. si credimus *Panciro. lib.* 1. *thes. var. lect. cap.* 37. & rursus *lib.* 2.

7 *cap.* 266. & successit in locum emendæ, ad quam tenebantur vniuersitates pro facinoribus, & maleficijs cōmissis in eorum territorio vigore cōstitutionis Regni quæ incipit, *super incisionibus*, prout obseruat *Dominus Regens de Ponte ad princ. tit. de regal.*

8 *imposit. num.* 59. *& seq.* & constat *ex Pragm.* 1. *de damn. clandest.* proindeque teneri Principem præstare itinera tuta, docuit *Bald. in c.* 1. §. *conuenticulas n.* 6. *de pac. iuram. firm. Bart. in l. nequid q.* 2. *de incēd. ruin. & naufrag. glos. vnic. & Archidia. in c. si quis Romipetas,* 24. *q.* 3. *Andr. Gail. pract. ob-*

9 *seruat. lib.* 2. *cap.* 64. *num.* 3. *&* 5. nec alias iustè posse exigere tributa, *ex Bald. in c.* 1. *qui feud. dar. poss. & Mart. Laudens. in tract. de Principe q.* 163. docet nouissimè *Dominus meus ad rub. de publ. latron. n* 5. *lib.* 5. *iur. Regn. Neapolit.* & similiter impositio pro hospitio cataphractorum militum, quæ successit in locum antiqui iuris, quod Imperatori debebatur pro recipiēdis hospitibus, vt aduertit *And. in cap.* 1. *verb. extraordinaria num.* 61. *quæ sint regalia,* & de his agitur in *tit. C. de erogat. mil. ann. & de salg. hosp. nō præst. lib.* 12. vnde idem *Andr. in c.* 1. *§. fin. n.* 21. *vers. nunquid de cap. Corrad.* loquens specificè de oneribus

10 impositis pro stipēdijs militum, magistraliter more suo dicit, quod æquiparantur tributis, *per tex. in l. idem Iulianus* §. *hæres de leg.* 1. *& in l. hactenus de vsufruct.* imò & ego id, quod militibus præstatur, verè tributum intelligo, si Vulpianus me non fefellit *in l. ager. de verb. signif.* vbi tributū denominari ait, eò quod militibus tribuatur, & sic de reliquis. Subrogatis ergò huiusmodi muneribus in locum

cum antiquorum, non poſſunt dici
11 nouæ impoſitiones, quia debet inſpici primordium, & origo ipſarum, ex qua rei formatur euentus, *ad tex. in l.fin.C.de imponen.lucr.deſcr.lib.*10. *& ita tenet Afflict. in cap.*1.*§. & plauſtrorum num.* 9. *quæ ſint regalia*, *& Ioannes Antonius de Nigr. in Clemen. vn.de vita*, *& honeſt. cleric. nu.*172. *verſ.limita ſecundo.*

Sed vel ex eò maximè, quia licet à
12 principio huiuſmodi impoſitiones fuerint munera extraordinaria ad tẽpus indicta, tamẽ deinde ex cõtinua, & inueterata præſtatione effecta ſunt ordinaria, ità probat *tex. expreſſus in l.*1.*C.de indict.lib.*10. his verbis. *Omnes omninò quocunque titulo poſſidentes quid delegatio ſuper indicti nomine videatur amplexa, vel vt canones cogantur inferre, & vt nequa ſit dubietas, hac aperiſſima definitione decernimus, vt id potius canonis vocabulo poſtuletur. Nulla igitur domus, vel ſacri patrimonij, vel emphiteotici iuris, vel hominũ priuatorum, etiam ſi priuilegium aliquod habere doceatur, ab hac neceſſitate ſeiuncta ſit, quæ iam non extraordinarium, vt hactenus, ſed ipſis facientibus canonicum nomen accepit.* hæc Impotator.

Ad cuius reſcripti dilucidationem fas ſit mihi ex antiquorum monumẽ-
13 tis obſeruare, quod, Canon apud Romanos erat quædã præſtatio perpetua cuiuſdam certæ, & determinatæ quantitatis, quæ de portorijs, & vectigalibus procedebat, & hæc ordinaria vocabatur, ſicut etiam quinquageſima frumenti, quadrageſima ordei, vigeſima vini, & laridi, quæ à Prouincijs præſtabatur iuxta præſcriptum Imperatorum *in l. modios, C.de ſuſcep. & Arcar. lib.* 10. quæ oblatio, ſiue collatio dicebatur. Cùm autem opus ipſis erat claſſem parare, vel quid ſimile, indicebatur certa quantitas pecuniæ vnicuique Prouinciæ extra ordinem, prout neceſſitas exigebat, quam penſitare tenebantur, &
14 hæc extraordinaria penſitatio, indictio vocabatur: quia indicto tributo, Prouinciales monebantur vt ſe ipſos ad ſolutionem pararent, priuſquam indictum exigeretur: quod piè admodum ſtatuerunt *Theod. & Maxim. in l.fin. C. de indict. lib.*10. inde *Cicero pro Flacco* ſcribit; *cum opus erat Romanis claſſem parare, pecuniam ciuitatibus imperatam fuiſſe.* Huiuſmodi autem Principis mandatum Præfectis
15 Prætorio ſignificabatur, qui Præſidibus ſummam pecuniæ à Prouincialibus ſoluendam præſcribebant, & hęc delegatio dicebatur. Sin verò quantitas indicta ſufficiens non erat, alia
16 indicebatur, quæ ſuperindictum appellata eſt, prout eleganter more ſuo obſeruat *Guid. Pancirol. in theſaur. var.lect.lib.*2.*cap.*242. *& Caſſiodor. lib.*9.*variar.cap.*11.recitat epiſtolam Athalarici Regis, in qua ſatis ad rem
17 noſtram huiuſmodi indictio nominatur *tributoria functio*; idemque clarius conſentit *Petr.Greg. Thol. de Repub.lib.*3.*cap.*4. dum ait; *& non ſufficientibus publicis, & quotidianis Reipublicæ prouentibus, ſæpè aliud tributũ extraordinarium indictum eſt:* eiuſq; hiſtoriam accuratè refert *Ioãnes Buleng.lib.*9.*de vectig.Popul.Roman.cap.*18.& in his terminis procedit diſpoſitio textus noſtri.

Inde magiſtraliter *Andr. in d.c.*1. *§.extraordinaria num.*61. cum ageret de extraordinarijs pręſtationibus ait; *de collecta dicunt fiſcales noſtri eſſe patrimoniale, & ordinarium, quia indicitur omni anno perſonis pro rebus, & in effectu idem videtur quod indictum, quod eſt canonicum, & ordinarium*: Et rurſus *in d.c.*1.*§.final.num.*21. *de capit. Corrad.* indictiones tẽporarias appellat onus rei, ſicut ſtipendia militum

18 litum, *Afflict. ibidem num.* 13. dicit, nullam esse differentiam inter collectam,& indictum, *Regens Lanar. consil.* 95.*num.*1. *Franch. decis.*56. *num.*18. Rursus *Ias.in d.l.placet num.*7.optimè declarat ad propositum, dicēs quod indictum tempore Romanorum erat id,quod per singula lustra vltra tribu-
19 tum iniungebatur, quod à principio cępit esse extraordinarium, *& Ioannes Anton. de Nigr. in d. extrau. de vita,& honest.Cleric.num.*172.rem sit aperit. *Imò hodiè ista extraordinaria imponuntur à Rege,ex quo sunt redacta ad ordinaria,& omnia iura,quæ loquũtur in ordinarijs, habent locum in extraordinarijs, C. de leg. her.l.pen. & l. meminimus in fine,& tenet Iacob.But. & Gulg.de Cuneo in d.l.placet,& Bart. in l.rescripto §.final.ff.de muner. & honor. Calder.in cons.2.de censib.& cons. 7.de Constit.& est casus in l.*1. *C. de indict. lib.*10. *& propterea Calder. vbi supra,& alij dicunt, quod licet onera, quæ imponuntur personis pro rebus sint extraordinaria sicut sunt collectæ, & propterea ad illas non tenetur Ecclesia: tamen quia talia munera extraordinaria sunt facta ordinaria, & omni anno soluuntur, quod fieri potest vt in d. l.*1. *C.de indict.lib.*10. *& talia munera cōstat esse tributa,& præstationes ordinarias,& reales,& rei coherentes,& quãdo fuerunt descripta in æstimo, siue appretio possidebantur per laicos, si postmodum perueniant ad Ecclesiam, trãseunt cum onere suo,vt dicunt DD. vbi supra,& dicit Salicet.in d.l.placet,quod hodiè superindictum est effectum ordinarium nisi aliquod extraordinarium casualiter imponeretur*, &c. Ad idem concordat *Capyc.in inuestit. verb. collectis fol.*117.*col.*2.*Gapiblan. ad prag.* 10. *de Baron.num.*5.

Sed demus (citra tamen veri præiudicium) ea munera dici posse extraordinaria, prout communiter, licèt impropriè vocantur in Regno;nihilominus cũ impositio eorũ fuerit facta pro militaribus impensis, hostium
20 incursionibus, & alijs publicis necessitatibus, ordinarijs, & merè realibus impositionibus æquiparantur, ita vt quemadmodum nemo ab ordinarijs excusatur, *l.omnes omninò C. de ann. & tribut.lib.*10.*cum simil.* sic nec ab huiusmodi extraordinarijs eximitur,*l.fin.* C. *de immun.nem.conced. l.vnica*, *C. vt nemo lic. in empt. spec. lib.*11. *& docuit Afflict.in d.c.*1. *verb. extraordinaria,num.*23.*quæ sint regal. Paris.cons.*25.*num.*74.*&* 75.*volum.*1. *quos refert,& sequitur Cacher. d. decis.* 95.*nu.*44. subdens, *idem est iudicium de huiusmodi extraordinarijs,sicut de ordinarijs*,& ad idem celebre est consilium *Rolan.à Vall.* 79.*num.*5.

Ex quibus fit, quod sicut bona
21 ciuium sunt tacitè hypotecata pro solutione tributorum ordinariorum, *ad tex. vbi DD. in l.*1.*C.si propt.publ. pensit.* ibi,*potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt*; sic quoque intelliguntur obligata pro huiusmodi muneribus extraordinarijs, quæ vicē ordinariorum obtinent, prout interminis docet *Cacher. d. dec.*95.*nu.*33. loquens specificè de collectis,& muneribus extraordinarijs, & post eum *Rolan.d. cons.*79.*n.*5. Proindeque ne-
22 cessariò consequitur Fiscum esse præferendum cuicunque creditori etiam anteriori, & hypotecario pro collectis,& tributis huiusmodi: quoniam ratio prælationis non magis ordinarijs, quam extraordinarijs conuenit: nec alia est, nisi quod nullus creditor habere potest anterius ius Fisco, qui potitur priuilegio tacitę hypotecæ inductæ à lege, & iure cōmuni, quod rationi tàm naturali, quàm politicæ, dictanti publicũ bonum esse priuato anteponendum pro-

23 prospexit. Et quis enim non videt
tributa huiusmodi, quæ ad tuendam
Principis, & Imperij Maiestatẽ, (quę
salutis est tutela, *vt Quint. Curt. ait*
lib.8.) pendũtur; item ad hostes pro-
24 pulsandos, eisque bellum inferendũ;
quod inductum est, vt sine iniuria in
pace viuatur, *vt Diuus August. testa-*
tur epistol.107.ad Bonifac. Ideòque
necessariò militi stipendium deberi
affirmat *lib. 12. contra Faustum c. 74.*
& 75. & ante eum id monuit *Tit. Liu.*
lib.1.histor.Roman. his paucis verbis;
neque quies sine armis, neque vtrumque
sine tributis haberi potest. Et Impera-
tor noster non minus eleganter *in §.*
illud videlicet, auth. vt iudic. sine quoq:
suffrag. in hunc modum alloquitur;
& nolite vestras voluntates ita præbe-
re in obedientes, quatenus eorum Præsi-
dum egeatis vehementia, quam necessa-
rium est, eos assumere propter ineuita-
bilem fiscalium exactionem; scientibus
vobis subiectis, quia militares expensæ
& hostium incursiones multa egent di-
ligentia, & non possunt citra pecunias
hęc agi, causa videlicet nullam recipien-
te dilationem, neque uobis concedenti-
bus despici Romanorum terram dimi-
nutam, qui & Lybiam omnem repara-
uimus, & Vandalos in seruitutem rede-
gimus, & plurima adhuc, & maiora
speramus à Deo recipere, & agere pro
quibus cõpetens est fiscalia tributa sine
imminutione, & deuotè, & sũ definita
exigi tẽpora. Nec minus ad ius dicẽ-
25 tes, & ministros iustitię substẽtãdos:
de qua re laudati sũt Aegyptij, eo ꝙ
salaria Magistratuũ de publico æra-
rio constitui iuberẽt, vt notat *Bouad.*
in sua politic.lib.2.cap.11.num.73. Ad
pontes extruendos, & vias sternen-
das, & alia huiusmodi tam publica,
quàm necessaria præstantur: quis di-
ço non videt hæc omnia cum ipsa
nascente Republica ortum habuisse,
nõ tantum cum iure communi, quod
26 omnem contractum præcedit anti-
quitate, *vt post Cinum obseruat Bald. in*
d.l.1.C.si propt.public.pensit. Cotta in
memor.verb.collecta, Cacher.d.dec.95.
num.32. eruditiss. Dominic. Gaito in suo
tract.de credit.cap.4.q.11.num.2053.
& seq. Felician. de censib.tom.2.lib.3.
cap.5.num.10. vbi dicit opinionem
Glos. in d.l.1. frequentiori schola esse
improbatam: Inde doctissimus *Bla-*
sius Flores de Mena lib.1.var.quæst.
27 *q.6.art.3.num.19.* ait, *ex quo infer-*
tur, quod Fiscus habet hypotecam priui-
legiatam, & præfertur omnibus pro de-
bito, & seruitio nouo (de los millones)
ex eo, quia est impositum ob præcipuas,
& vrgentes bellorum, & Regis necessi-
tates, &c. eũ sequitur *Amator Rodriqu.*
de priuileg.credit.art.5.num.26.in fin.
qui licet *num. 8.* referat doctrinam
Alberici distinguentis inter tributa,
quæ imponuntur ratione rerum, &
collectas, quæ imponuntur persõnis
pro rebus, vt in illis habeat Fiscus ta-
citam hypotecam, in his verò nequa-
quam: attamen *num. 19.* amplectitur
doctrinam *Greg.Lopez in l.25. tit.13.*
part.5. verb. tributo, vbi multis pro-
bat contra Albericum, quod quali-
tercunque tributum debeatur Regi,
bona sũt tacitè obligata ꝓ solutione
ipsius: quo priuilegio indistinctè vte-
tur Fiscus etiam pro tributis, quorum
28 solutionis tempus non dùm venit,
adeò vt si bona debitoris Fisci ven-
dita sint ex causa tributi, cuius solu-
tionis dies nondùm cessit, adhuc ab
alijs creditoribus non poterunt auo-
cari, nam vt inquit *Donell. ad d.l.1.*
num.6. C.si propt. publ.pensit. intelligi
oportet tributa fisco deberi, non ea
tantum, quæ iam cessarunt, sed etiam
futura in mille annos.

Ex quibus satis elucet responsum
29 *ad textum in l. si fundum C. qui potior*
in pign. habean. cum enim suppona-
mus, nullum ius esse anterius iure Fi-
sci

sci etiam in huiusmodi extraordinarijs præstationibus, non pertinet eius decisio ad casum nostrum, eo quod ibi agitur de obligatione priuato quę sita ante fisci hypotecam: ergò dicendum est de alio contractu quo priuatus teneatur Fisco, non autem de hypoteca pro tributis, & collectis:
30 cum autem Princeps contrahit, vtitur Iure communi, nulloque priuilegio iuuatur, ideòque tanquam priuatus consideratur, *vt per DD. in l. digna vox C. de leg. Andr. Gaill. lib. 2. pract. obseruat. cap. 55. n. 7.* quemadmodum,
31 *& in l. si ignorante, C. de remiss. pign.* & ideò non tàm punctualis est *tex. in l. si debitor, C. de priuil. Fisc.* quod non idem ac superiores probet, ibi, *quàm Fisco aliquid debuit*: vnde *Glos.* in casus positione ait, *vendidisti mihi fundum, postea cum Fisco contraxisti*; nefas sit ergo dicere, quod ex his verbis probetur, priuatum creditorem hypotecam anteriorem habentem, esse præferendum Fisco agenti pro tributis, & collectis. Nec rursus ex verbis *Petri de Bellapert. in d. l. 1.* ibi, *nàm Fisco creditor potior esset in eo quod super indictum est*: nam super indictum verè extraordinarium munus est, quod certam, & determinatam præstationem non habet: sunt termini *tex.* vbi *DD. in l. 1. Cod. de superindict. lib.* 10. & post plures *notat Cacher. d. decis. 95. num. 43.*

Ita pariter respondetur *ad tex. in l.*
32 *res quæ S. res autē, de iur. Fisc.* nā loquitur in contractu gesto cum fisco post obligationem alteri quæsitam super re vendita; at pro tributis, & collectis nullus contractus geritur cum Fisco, vt superius obseruauimus.

Et id quod vltimo loco dicebatur,
33 prælationem scilicet pro tributis cōpetere Fisco in ipso prædio, siue re tributaria dumtaxat, in cæteris autē bonis concurrere cum alijs creditoribus, ferendum non est: quandoquidem non tantùm in re tributaria, sed in omnibus bonis, quæ debitor possidet Fisco competit tacita hypoteca, & prælatio, iuxta sententiam *Iacob. de Rauenna*, quam sequuntur *Odofred. Bart. Bald. Alberic. Salic. Angel. & Ioā. Fab. in l. 1. C. in quib. caus. pign. vel hypotec. eamque comprobauit l. 25. tit. 13. par. 5. vbi Greg. Lopez verb. tributos*, & professam fuisse vniuersā scholam Iuris Cęsarei, dicit *Pelician. de censib. d. tom. 2. cap. 5. num. 9.* & quod magis est, etiam in bonis post obligationem quæsitis Fiscum esse præferendum, voluit Consultus in famige-
34 rata *l. si qui 28. de iur. Fisc.* ibi, *praeuenit enim causam pignoris Fiscus*. Cui non obstat *tex. in l. fin. ff. qui pot. in pignor.* nam reiectis pluribus *DD.* conciliationibus ad ea iura, & præcipuē traditis à *Pereyra decis. Lusitan. 23. nu. 4.* & alia nouiter excogitata per *subtilissimum Anton. Fab. lib. 2. coniectur. cap. 10.* quæ maximam vim facit literæ illius *tex.* nobis amplectanda est antiquorum sentētia dicentium, ideò in ea specie Sçiam fuisse prēlatam Fisco, quia duplici siue mauis triplici priuilegio fouebatur, nempè priori-
35 tatis, tutelæ, & minoris ætatis, quam sequutus est *doctissimus & recolendæ memoriæ Dominus Regens Constan. in suis comment. ad tex. in l. 1. C. de iur. Fisc. lib. 10.* eamque ex *Mantica* comprobat *Dominic. Gaito de credit. cap. 4. quæst. 11. nu. 1548.* & ante eos tenuit *Guttier. pract. quæst. lib. 5. q. 99. nu. 12.*

Vnde conspicitur, quam iusta sit dispositio ipsius Regiæ Pragmaticę, iustiorque ipsius obseruantia ordinata per decretum Domini mei, vel saltim ex eo, quod impositiones factæ ad certam causam nempè pro publi-
36 cis necessitatibus bellorū, & Regni, non debent conuerti in aliam, vt voluit *tex. in l. fin. C. de his, quæ ex public. collat.*

*collat.lib.*10. ex quo id eleganter desumpsit *Dominus Regens de Ponte loco cit. num.*60. *& Andr. in cap.*1. *verb. vectigalia,quæ sint regalia*, dicēte abusum esse, vt impositiones factæ ad vnam causam erogentur in aliam. Supremum ergo Collaterale Consiliū decreto Domini mei assistere etiam ius commune censuit, proindeque illud inuiolabiliter seruari iussit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dotata in Regno excluditur à successione dotantis.*
2 *Constitutio*, in aliquibus, *habet locum etiam in Burgensaticis, & allodialibus.*
3 Dominus Fabius Capyc. Galiota Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ, *laudatur.*
4 *Dos quælibet à patre data, præsumitur congrua.*
5 Luc. de Penn. & Crauett. *declarantur.*
6 *Dos quæ datur moniali secundum consuetudinem patriæ, & Monasterij dicitur congrua.*
7 *Decisio Rotæ Romanæ apud Ludouis. commendatur.*
8 *Consuetudo loci in dotis constitutione plurimùm valet.*
9 *Dotata congruè excluditur à petitione supplementi legitimæ.*
10 *Dos succedit loco legitimæ debitæ iure naturæ.*
11 *Filia dotata à patre potest præteriri.*
12 .. *non potest de læsione dicere.*
13 .. *si renuntiauerit, non potest contractum rescindere ex capite enormissimæ læsionis.*
14 .. *renuntians, etiam si sit minor, non potest læsionem allegare.*
15 *Hæreditas post aditionem dicitur proprium patrimonium hæredis.*
16 *Soror dotata à fratre in dubio præsumitur dotata de bonis ipsius sororis.*
17 *Frater qui tenetur dotare si donat, intelligitur in causam dotis.*

Filiam à patre dotatam non posse de incongruitate dotis conqueri, non legitimæ supplementum petere, non dicere testamentum nullum, nec quamlibet læsionem allegare: presertim si cum monialis efficitur, recepit dotem solitam dari Monasterio.

CAPVT III.

1 IN hoc Regno scitum est, quod mulier dotata siue filia sit, siue soror, solius dotationis ministerio excluditur ab hæreditate dotantis, vigore *Constitut. In aliquibus, & Regia Pragmatica sanctionis, quæ est prima de feud.* quam Constitutionem iàm receptum est habere
2 locum etiam in burgensaticis, & allodialibus *ex doctrina Glosę in d. Constit. in princ. & Andr. in c.*1. *S. sed quia vidimus num.*15. *de his qui feud. dar. poss. Napod. ad Consuetud. si moriatur verb. maternis* quem sequitur *Scip. Buccin. ad eamdem consuet. fol.*7. *litera G. Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg.*

Proreg. tit. de succeß. mulier. in princ. nu.1.& 4.& post Afflict. Ann. & Vinc. de Franch. id confirmat Dominus Regẽs Rouit. conf.46.num.25. rectiusque, &
B copiosius distinguendo conf.23. nu.12. Camill.de Medic.conf.11.nu.1.in ibiq; D. Consiliar. & dignißimus Præsidens Regię Cameræ Summariæ Fabius Capyc. Galeota, qui nõ minus sãguinis cõiunctione, quàm suo fęlici ingenio eundem affinem illustrauit: adeò quod meritò Dominus Regens de Ponte loc. cit.num.4. dicat non esse de hoc hodiè controuertendum.

Illud autem in proposito quæri solet, an dos debeat esse congrua, vel an quælibet sufficiat, vt constitutio locum habeat. De his disputaui in Sacro Consilio in lite agitata ad instantiam venerabilis Monasterij Sanctæ Mariæ Monialium Ciuitatis Salerni cum D. Anna Longo mea carissima coniuge hærede quond. Petri Francisci Isciabica eius primi viri, à qua Monasterium ex persona sororis Iudictæ Isciabica prætendebat portiones in bonis paternis, maternis, & fraternis.

Et quòad paterna dixi, satis esse ad ipsum excludendum, eam fuisse à patre dotatam, eoque casu non inue-
4 stigandum, an sit vel nè cõgrua dos, cum talis præsumatur, nec potest de incongruitate conquæri, ita Paul.Castrens.conf.275.lib.1. & post Dec. conf. 26.& 611. tenet Vincent.de Franch. in addit.ad Napod.ad d.consuet. si moriatur fol.mihi 94. litera F. & ibi Marin. Frecc.fol.95. litera F. rationem assignat, quia pater melius quàm alius scit pro filia consilium capere, ad tex. in l.nec in ea de adult. vbi citat Alex. conf.29. testantem pluries decisum, & post Gram.decis.57. & Afflict.in constit. fratribus subdit: & nouissimè in causa Antoniæ Caggianę cum Magnifico Cęsare, & fratribus, quę dum habuisset dotes vnciarum 40. quę attentis facultatibus tempore mortis patris, non ascendebant ad legitimam, petijt supplementum illius, & non obstante quod nec etiam renuntiauerat, iunctis Aulis de consensu omnium celeberrimorum patrum die 9. Aprilis 1552. fuit lata sententia absoluendo dictos conuentos ab impetitione dictæ Antoniæ actricis, referente D.Ioan.And.de Curtis. sẽtentia extat penes Coppulam; & deinde refert alias tres decisiones, & cõcludit. taliter quod in hoc hodiè non est amplius disputandum cum pluries fuerit decisum; latè Marant. disput.10.n.22. estque ad hoc celebre consilium Regent.de Pont.65.volum.1.relatum in d. tract.de potest. Proreg.loco cit.nu.2. vbi refert non nullas alias decisiones in causis grauissimis; Costa in verb.dos constituta, Bursat.conf.48.nu.5.& 6. Thesaur. iun. quæst.forens.93. par.2. num.13. Mascard.conclus.571. vol.1. latè Cannet. in cap. si aliquem fol.314. Ludouic.decis.Perus.21.num.52. Costa de port.rat.quæst.164.num.2. Menoch. fusè disputans de arbitr. lib.2.cent.2. cas.149.à num.5. Maran. disput.10. num.21.& alios refert Horat.Viscont. in suis conclus.iur. verb. filia dotata, & consuluit Camill. de Medic. conf.65. num.9. & decisum testatur per Cataloniæ Senatum Fontanell.de pact.nup. claus.9.glos.vnic.par.1. num.61. vers. contingit tom.2. nouissimè doctissimus Ioseph Ramon.conf.1.nu.1. & latè cõprobat Lel. Caput. in comment. ad d. consuetud. si moriatur par.2.§.3.nu.20. & seq. ita quod contrarium asserere, verè esset ponere os in cœlum, quicquid dicant DD. quod sit inspiciendum tempus dotationis, licet posteà augeantur bona ad diiudicandum de
5 dotis congruentia, vt per Luc.de Pen. in l.in his col.fin.C.de pręd.& omn.reb. nauicul.lib.11. & latè Crauet.conf.11. quia omnes loquuntur extra casum

paternæ dotationis, vt apposite aduertit *Menoch.loc.cit.num.16.*

Idq; fortius procedit in dote data Monasterio pro ipsius sororis Iuditæ monacatu, quæ attēto tempore, moribus, & consuetudine patriæ,&
6 ipsius Monasterij dicitur sufficiens & congrua, siuè profectitia sit, siuè aduentitia, prout docet *Stephan. de Caiet. ad dictam consuet. si moriatur fol.mihi* 100.*litera A.Couar.in relect. ad tex.in cap.quamuis pactum 3.par.5. 2.vers.contrariam sententiam,de pact. in 6. & decisū testatur Vinc. de Frāch. decis.44.D.Reg.Rouit.cons.42.num.4.* & post *Honded.cons.11.num.28.volu.* . . *Steph.Gratian.tom.5.discept.forēs. c.813.n.17.Gaspar.Thes.quæst.forens. 60. num. 16.* tenet pro absoluto *doctissimus Fontanell. d. tom.2. claus. 5. glos.8.par.1.num.56.* dicens sufficere debere moniali habere ea, quæ ha-
7 bent cœteræ moniales: extatque ad hoc celebris *decisio Rotæ Romanæ apud Ludouis. posteà Summum Pontificem Greg.XV. quæ est 63*, vbi iudicatum fuit per dotem solitam dari Monasterio esse plenè satisfactum statu-
8 to excludenti dotatam à successione, eo quod in dotis constitutione plurimum valet consuetudo loci *Fōtanell. vbi supra num.56. Caput. ad d. consuet. par.2.§.3.à num.7.*sed plenius discusso artic. idem censuit eadem *S.Rota Roman.decis.60. inter coll. per Farinac. nouissimè par.2. tom.3.* vbi omnibus argumentis est satisfactum.

Hinc cum dicatur congruè dota-
9 ta, vel quia pater dotauit, vel quia habuit dotem solitam dari Monasterio, consequens fit vt excludatur à petitione supplemēti legitimæ, prout consuluit *Curt.senior cons.80.& docet Marin.Frecc. vbi supra fol.95. lit. D. Crauet.cons.11.num.14. add. ad Alex. cons.29.verb.exercuissent num.3.Boer. decis.62. Ricc. latè in prax. var.resolut. resolut.347.Giurb.ad Consuet.Messan. c.3.glos.7.par.1.n.55.*vbi docet, non esse attendendas facultates dotātis, vbi mulier acceperit dotem consuetam dari Monasterio,& si minor legitima fuerit,sequitur *Fontanell.claus.9. glos.vnica par.1. num. 68.* quod quidem in Regno fortius procedit, cum receptum sit dotem, quæ datur filiæ,
10 vel sorori vigore *Constit. in aliquibus* succedere loco legitimæ iure naturæ debitæ, ita docet *Andr. in d.constit. col.8. vers.sed hoc paragium, vbi Affli. nu.26.& vltra eos Paul.de Castr.cons. 73.col.fin. Bald.in l.quoniam nouella not.2.C.de in offic.testam.& cons.448. Alexand. cons.131. col.2. & cons.17. volum.2.& Dec.cons.106.*in terminis statuti excludentis filiam dotatam à successione propter existentiam masculorum.

Item nec in si præterita fuerit posse dicere testamentum nullum, nec succedere abintestato si pater moria-
11 tur, *Napod. ad dictam consuet.si moriatur fol.103.num.88.* dicens paragium tollere filiæ ius succedendi, & posse præteriti à patre, quomodò iudicatum refert *Afflict.* videndus omninò *decis.158.Vinc. de Franch.decis. 149.num.7.Dominus meus Regens Tapia in decis. Sacr. Cons.58. num.5.* & rursus *Fontanell. vbi supra num. 69.* quidquid in contrarium attentauerit *Castill.decis.145.num.6.& seq.par.2.*

Item ab omni penitus læsionis al-
12 legatione excludi, *Dec.cons.151. & Guglielm. de Bened. in cap. Rainutius verb. duas habens num. 289.* & magistraliter *Couar. d. par.3. §. 4. num.7. conclus.12.* quod si inspecto tempore dotationis filia dotata fuerit iuxta morem regionis,nulla erit ei spes augendi dotem nec rescindendi contractum dotationis: quicquid deinde contingat de bonis patris, *Fontanell. loco cit. num.18.* & sic solitum

fuisse

fuisse concordare diffidentium opiniones Senatum Sebusianum dicit *Anton.Fab.in suo Codic.lib.2.tit.3. de*
13 *pact.definit.*21.*Crauett.consi.*11.*à.nu.*10.præsertim si in cōstitutione dotis interuenerit renunciatio ex parte filiæ: quo casu nec etiam enormiter læsa rescindere poterit contractum, prout in terminis renuntiationis factę per monialem volētem ingredi Monasterium, defendit *Couar.d.par.*3.*S.*5.*nu.*5. *&* post alios probat *Dominus Regens Rouit.d. consi.*42. *nu.*3. *& consi.*44.*nu.*30.& communem facit *Ceual. pract. quæst.*115. qui licet contrariæ magis communi inhærere videtur, tandem *nu.*6. sequitur *Guttier. dicentem*, hanc non procedere, quando filia post renunciationem ingreditur Monasterium, quia tunc stante renuntiatione iurata, nec etiam enormissimè læsa, poterit agere ad supplementum legitimæ *Vasqu. de success. creat lib.*2. *cap.*8. *num.*116. *&* 130. *Cancer.variar. resol.lib.*2.*cap.*8. vbi dicit, hoc casu, nec monacum, nec Monasterium posse dicere se læsum, etiam si pro re vili opulentę renuntiauerit hæreditati, *Molin.de primog.*
14 *Hispan. lib.* 2. *cap.* 3.*num.*27. *&* 33. subdens, hoc procedere etiam si renuntians esset minor, *Monech. lib.*4. *præs.*83.*nu.*18.*Mastrill.decis.*65.*n.*12. *Guttier. in cap.quamuis de pact. in* 6. *cap.*3. *num.*3. hancque opinionem adeò per totum ferè orbem receptā, quod nunquam visum fuerit, huiusmodi renuntiationes rescindi, prætextu lęsionis, testantur *Vasq.vbi supra*, & sequitur *Molino de rit.nupt.lib.*3. *q.*99.*num.*16. *in fine* & plures cumulat rationes assignando *Gasp. Thesaur. quæst.forens.lib.*2.*q.*66.*n.*11. vidēdus omninò.

Nec erit verum dicere, sororem Iudictam fuisse potius à Ioseph fratre dotatam, eo quod in instrumēto solutionis dotis factæ prædicto Monasterio, asseruit eam summā soluere de eius propria pecunia; quoniam obseruandum est, dotem fuisse constitutam per patrem in anno 1591. vt apparet ex instrumento, & pro ea cōstitutum, & solutum annuum cēsum, vsque ad obitum Io. Thomæ, quo secuto rectissimè dixit soluere
15 de eius propria pecunia, quia hæreditas post aditionem dicitur propriū hæredis patrimoniū, vt notatur *in l.*1.*S. veteres de acquir.possess.Surd.tract. de aliment.tit.*1.*q.*116.*nu.*1.*& eleganter consi.*516.*num.*12.

Imò soror dotata à fratre in dubio
16 præsumitur dotata de bonis ipsius sororis, quæ frater ipse administrat, vel habet, non autem de proprijs ita docent *Adden.ad Napod.d.consuetud. fol.*82.*litera E.Menoch. de arbitr. cas.*88.*n.*47.*Minad.in Constit.in aliquibus verb.in aliquibus,num.*69.*& Dominus*
17 *Regens Rouit. consi.*23. *num.*5. imò si frater tenetur dotare, si donat intelligitur in causā dotis, quomodo post *Bart.sentit Napod.fol.*73.*lit.* C.Decisionem videas infra *cap.*8,

SVMMARIAM.

1 Donatione, *&* *renuntiatione excluduntur molieres à successione in Regno.*
2 *Promissio iurata habet vim renuntiationis.*
3 *renunciandi quid operetur.*
4 *liberandi operatur, ac si liberatio facta fuisset.*
5 *Dos promissa constitui, dicitur constituta.*
6 *Promissio de donando dicitur verè donatio.*
7 *Promictens factum alienum cum iuramento, obligatur prætise.*
8 *Dominus Ioannes Bapiista Valenzuela laudatur.*

9 *Pro-*

9 *Promittens factum alienum, quod à se dependet, dicitur promittere factum proprium.*

10 *Obligationes facti non admittunt interesse, nisi in quantum factum est impossibile adimpleri.*

11 *Promittens ratificationem, qui postea speciale mandatum habuit ad ratificandum licet non ratificet, ratificatio habetur pro facta.*

12 *Succedens ei, pro quo aliquid quis promisit non potest amplius impugnare contractum promissionis.*

13 *Contractus nouus non requiritur, vbi præcessit promissio contrahendi.*

14 *Promissio retrouendendi facit, ac si retrouenditio facta fuisset.*

15 *Promittens fideiubere, habetur ac si fideiussisset.*

16 *Decisio Sac. Cons. Neapolit. in terminis commendatur.*

17 *Circuitus semper est euitandus.*

18 *Promissio renunciandi habetur pro facta in odium promittentis, quando contractus est reciprocus, & correspectiuus.*

19 *Promittens constituere maioratum in aliquam personam vt commodius nubat, si nupserit, eo casu maioratus habetur pro constituto.*

20 *Iuramentum operatur translationem possessionis.*

21 *Promittens se obligare ad dandum certa die, eo adueniente si non dederit, poterit ad dandum damnari, ac si purè obligatus fuisset.*

Renunciationem successionis mulieri nubenti, siue Monasterium ingredienti spectantis, haberi pro facta ex sola promissione renunciandi iureiurando firmata.

CAPVT IV.



Ræter dotationem ipsā factam per patrem, de cuius viribus diximus in præcedenti quæstione; excludetur quoque Monasteriū à successionibus moniali spectantibus, si eisdem cum iuramento renunciasset, ad *reg. tex. in cap. quamuis pactum, de*
1 *pact. in 6.* quoniam hi duo sunt modi, quibus mulieres excluduntur in Regno à successione parētum, & cōsanguineorum, prout magistraliter suo more obseruat *Dominus Regens Rouit. cons. 23. num. 9. tom. 1.*

Difficultas tamen erat, quod de huiusmodi renunciatione adhuc non constabat; sed tantùm eam fuisse per Monasterium promissam tempore ingressus ipsius monialis per huiusmodi verba contenta in instrumēto dotationis; ibi; *& le dette Signore Monache promettono al tempo della professione, che detta Signora Giuditta farà fare con effetto, &c. che detta Signora Giuditta con loro autorità habbia da renonzare in forma, &c. à beneficio di detto Gio. Tomase, & suoi heredi, & successori &c. e di detta renunza farne fare instrumento publico con tutte le clausole à conseglio di sauio di esso Signor Gio. Tomase.*

Ex qua promissione satis constare dicebatur, Monasterium voluisse se ipsum excludere, & vt aliquid operetur, renunciationem esse habendam

pro

2 pro facta in præiudicium ipsius Monasterij promittentis, præsertim accedente iuramento, quia promissio iurata habet vim renunciationis, ex diffusè traditis per *Serafin. de priuil. iur. cap.23. num.12. tot. per tex. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. & ità in proprijs terminis consuluit D. Regens Rouit. cons.41. num.7. & rursus*
3 *cons.44. tom.1.* docens, quod quando Monasteriũ promisit renunciationẽ licet postea nõ sequatur, talis promissio operatur duo. Vnũ quod habetur pro facta in præiudiciũ Monasterij; alterũ. Alterũ quod poterit ad excludendum Monasterium, saltem ope exceptionis, ex reg. *tex. in l. iuris gentiũ §. igitur nuda de pact. Caph. cons. 272. n.11 Peregr. cons.122. in fi. vol.5.*

Hanc sententiam confirmat mirifi-
4 cè tex. optimus *in l. si intra de pact.* vbi promissio liberandi parit debitori exceptionem, ac si liberatio facta fuisset, & *tex. in l. si creditoris C. de fideicom l. si non sortem §. adeò de cond. indeb.* per quæ iura eam defendit *Couarr. in d. cap. quamuis d. p.3. nu.3. & Matienz. ad l.6. glos.7. tit.6. lib.5. nou. recopilat. nu.2. & idem voluit Camill.*
5 *de Medic. cons.77. num.17. Parlador. lib.2. rer. quotid. c. fin. par.1. §.11. ampliat.6.* Quomodo & in simili dicimus, dote in promissam constitui, verè dici constitutam, vt per *Io. Anton. de Nigr. ad cap. Regn. mulier dotarium*
6 *num.29. & 30.* & promissionem de donando dici veram donationem, vt post alios docet *Ioseph Ludouic. in suis comm. opin. fol.575. col.2.* latè *Gratian. tom.5. discept. forens. cap.887. à nu.20. & Gaspar. Thesaur. lib.2. quæst. forens. q.60. n.5. Cancer. variar. resolut. lib.3. tit. de de pact. num.125. & 126.* vbi distinguit, *& cap.15. tit. de renunt. num. 252. Christ. Mart. decis. Sen. examinat. 5. præsertim num.27.*

Cùm autem quis promittit, se factum, & curaturum, quod alius faciat, non dicitur promittere factum
7 alienum, *§. si quis alium instit. de inutil. stipul.* imò & si verè promisisset factũ alienum, adhuc accedente iuramento obligatur præcisè, *Abb. in cap. ex rescripto in fine de iureiur. Gregor. Lopez ad l.11. tit.11. par.5. glos.1. in fine*
8 *Dominus Regens Valẽzuela post hac Supremi Castellæ Senatus Cõsiliartus nuper dignissimus Præses Regiæ Cancellariæ Granatẽsis, vir si quis alius sua tẽpestate probitate morum, & doctrina celeberrimus cons.14. num.1.* quia hoc casu habetur, ac si promisisset se facturum, & curaturum, *Greg. Lopez loco cit. Anton. Corset. in opusc. de priuileg. iuram. num.38. & singul.233.* proindèque taliter promittentem compellendum fore, vt præcisè factum adimpleat, tradit *Rolan. cons.6. nu.33. lib.1. ex glos. in l. si pecuniam de condit. ob caus. & Io. Guttier. de contract. iur. cap.44. num.1.* sic ait; *secunda conclusio, quod si quis promitteret se facturũ, & curaturum quod talis homo dabit, vel faciet, valet talis promissio, quia tũc non solum promittitur factum alienum, sed propriũ, & hoc casu si ille non adimpleat, tenetur ipse adimplere cum damnis, quæ hac ratione contingerint creditori, Hieron. Zannett. in tract. de differ. iur. ciuil. & canon. num.140.* & hanc opinionem sequutus fuit *Senat. Lusit.* vt testatur *Gama decis.32.*

Cùm ergò Monasterium non magis alienum, quàm proprium factum promisisse dicatur, tenetur præcisè ad obseruantiam ipsius renunciationis, & in quantum ad se pertinet debet haberi pro facta, nec poterit eam impugnare ex regula, quem de euictione tenet actio, *l. exceptione doli C. de euiction. cum concordan.* & per eam se penitus abdicasse videtur ab omnibus hæreditatibus, & successionibus moniali spectantibus etiam de futuro.

Eoque

Eoque magis, quoniam cũ Monasterium promisit renunciationem sororis Iudictæ tempore professionis, licet dicere velimus promisisse factũ
9 alienum, cum tamen illud à se dependebat, succedit alia conclusio, quod tanquàm factum proprium reputatur, & ideò tenetur de facto illius personæ, quam cogere poterat, vel prohibere, prout *ex Alex. notat D. Regens de Ponte cons. 6. num. 39. volu. 2. & cons. 10. primo volum. Chart. decis. Gen. 29.*

Rursus, & fortius, cum facultas explicandi actum alienum promissum hodiè sit penes Monasteriũ per professionem sororis Iudictæ, omninò debet illum explicare, & facere, eo quod obligationes facti hoc sibi pręcipuum habent, vt non admittant
10 obligationem ad interesse, nisi in quantum factum impossibile sit adimpleri: cum secùs præcisè teneatur facere ex vi iurisiurandi ita in non dissimili specie de eo scilicet, qui promisit alterius ratificationem, & postea speciale mandatum habuit ad ratificandum, licet ratificatio secuta
11 non fuerit, eam esse habendam pro facta iuris ministerio, eo quod facultas superueniens tribuerit sibi potestatem adimplemdi actum promissum quod anteà dependebat ab alterius voluntate, respondit magistraliter more suo *D. Regens de Ponte d. cons. 6. num. 38.* sic inquiens: *ita pariter poterat hic cogi Alfonsus ad ratificandum stante facultate concessa vigore mãdati. igitur si ex mandato tollitur defectus potestatis, imò in eum omnis potestas ratificandi confertur, sequitur quod sumus in proprijs terminis illius qui promisit ratificationem suam actus per eum gesti, vt tantùm importet promissio quantum ratificatio, quod cum lex operetur ex vi promissionis absque alio nouo hominis facto, & hoc in tantum impediebatur, in quantum durabat obstaculum defectus potestatis, meritò eo sublato operatur promissio effectum suum, qui est & erit ratificatio prædicti contractus, & num. 40.* ait, *vnde cum ex mandato superuenienti conferatur Alfonso facultas ratificandi, quam ipse promiserat & in obligationibus facti, &c.*

Et confirmatur hæc doctrina *ex*
12 *tex.* celebri *in l. cum vir 42. vsucap.* per quem dixit *Bart.* ibi, quod is qui successit ei, pro quo aliquid promisit, non potest amplius impugnare contractum illum promissionis, *& Bartolum* sequitur *Crauett. & Caualc.* quos refert *Milanen. dec. 10. num. 78. & 79.* & faciunt tradita *per Tiraquel. de iur. constit. p. 3. num. 16.*

Adeòque valida est huiusmodi promissio, obligatque promittẽtem,
13 quod non requiratur nouus contractus, siue noua stipulatio pro his quæ concernunt executionem dictæ promissionis ex eleganter traditis per *Aymon. Crauett. cons. 11. nu. 2. & Matienz. ad l. 6. glos. 7. tit. 6. lib. 5. nou. recopilat. num. 5.* docet renunciationem hæreditatis eò ipso factam censeri per promissionem iuratam renunciãdi, quia nil aliud sollemnitatis restat agendum. Quo etiam pertinet id quod pluribus comprobat *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 92.* quod promittens habere ratum adeo dicitur actum ratificare, vt nulla alia ratificatione opus sit. Quibus forsitã, vel alijs rationibus motus Senatus Parisiensis, cum quidam Iudex conuentum pro promissione facta de retrouendendo absoluisset, & actor appellasset reuocauit sententiam, declarando talem promissionem habẽ-
14 dam esse, ac si retrouenditio facta fuisset, prout retulit *Tiraquell. de retract. conuen. vers. finis, q. 5.* dicens, hanc esse æquiorem sententiam, quã secutus *Vinc. de Franch. decis. 574.* tenet,

net, quod promittens fideiubere, ha-
15 betur ac si fideiussisset, præsertim quãdo principalis in nihilo est soluẽdo, & ita iudicatum per Sacrum Cõsilium refert *Iacobut. de Franch.* quem allegat.

Præterquam quod quæstio huiusmodi in ipsismet terminis renunciationis per alium promissæ, quod habeatur pro facta in odium promittẽtis, iàmdiù satis disceptata fuit per partem post partem, & tandem decisum, promittẽtem se facturum, & curaturum, quod alius renunciet, teneri præcisè ad renunciationem, nec excusari faciendo totum posse, aliàs renunciationem haberi pro facta, præsertim si iureiurando se obstrinxit, addiditque clausulam, *cum effectu*, quæ
16 non verificatur in solo conatu, ita videre est apud *Vinc. de Franch. decis.* 624. quo loci omnia iura, rationes, & *DD.* authoritates recenset, vt vix aliquid amplius excogitari possit, & in ea interuenisse totum Sacrum Consilium, ideò videnda est omninò, & post eam *Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de success. mulier. in principio num.* 10.

Et præsuppositis terminis nostris, non est, qui huic sententiæ contradicat, quia *Afflict. decis.* 295. *Marant. disput.* 7. *& cons.* 41. *Couar. in d. c. quamuis* 2. *par. §.* 5. *nu.* 3. *Viuius comm. opin.* 670. *n.* 1. *par.* 2. *Rota Auenion. dec.* 103. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 27. *nu.* 6. *& alij*, non dicunt non teneri promittentem, sed quod faciendo totũ posse liberetur: quam quidem exceptionem non allegauit, nec allegare potest Monasterium, cum hodiè hoc facere spectet principaliter ad ipsum promittens, illudque repellatur ope exceptionis, vt prædiximus. Præterquam quod non potest quis excusari faciendo totum posse, quando huic exceptioni renunciauit, prout renunciatum fuisse in hoc casu ex cõsuetudine, & stylo Notarij soliti apponere huiusmodi clausulam in talibus renunciationibus, probabitur *q.* 5.

Horum quidem ratio est, quia post promissionem iuratam de faciendo,
17 inutile est quærere an sit factum, cũ si renunciatio non haberetur pro facta, promissio illa esset inutilis, & frustratoria, & è contra si habeatur pro facta euitatur circuitus, quod lex sẽper attendit, arg. *tex. in l. dominus testamento de condict. indeb. l. cum fundus §. seruum tuũ, si cert. pet.* & notat *Vinc. de Franc. decis.* 574. *num.* 2. & in terminis *Mattien. d. glos.* 7. *tit.* 6. *& alij passim*; idque esse obseruatione dignũ dicit *Petr. Aug. Morla in empor. iuris par.* 1. *tit.* 3. *de pact. nu.* 8. præcipuè quando contractus renunciationis nil aliud continet quàm promissionem renunciandi, quia tunc à pari ꝓcedunt promissio renũciãdi, & ipsa renũciatio, euitandi circuitus causa, ita *Rolan. cons.* 69. *lib.* 3. *& Blas. Flores de Mena in add. ad Gama, dec.* 13. docetque post eos eruditissimus *D. Io. de Castillo primarius iuris Canonici antecessor in Complutensi Academia, & preceptor noster lib.* 2. *quotid. contr. c.* 3. *num.* 17. qui os non vidit, dum hanc partem tuetur *Franc. Molin. lib.* 3. *de rit. nupt. q.* 81. *per totam*.

Sed in nostræ disceptationis specie alia est, & quidẽ fortissima ratio, quæ Monasterium excludit natura, scilicet contractus promissionis, quæ cum fuerit facta propter dotem Monasterio, & moniali solutam, egrediẽdo naturam simplicis pactionis, transitum facit ad contractum reciprocũ & habentem se correspectiuè ad aliũ,
18 quo casu non est qui dubitet promittentem teneri omninò renunciare, vel renunciationem esse habendã pro facta in ipsius perniciem, quomodò eleganter respondit *Crauett.*

*dicto conf.*11. *num.*3. *& post Soccin. & Ripam* ita declarantes tenet *Vinc. de Franch.d. decis.*624. *num.*15. imò *Iacob.Menoch.conf.*92.*num.*9. *& seq. lib.*1. dicit quod tali casu quando vna ex partibus adimpleuit ex parte sua, altera præstando interesse non liberatur. Item cum quis promittit aliquid propter dotem receptam ex causa matrimonij, dicitur illud promittere ex causa onerosa, quæ facit esse ius quæsitum parti, & ab ea
19 inuita auferri non posse. Hinc fieri dicunt *DD.* quod promittens constituere maioratum in aliquam personam, vt commodiùs nubat, si matrimonium sequatur, maioratus habetur pro constituto etiam si morte præuentus impediatur promittens, ita docet *Mieres de maiorat. par.*1. *q.*2. *num.*9. *& latius q.* 66. loquens specificè quando filia in contractu matrimonij promittit renunciationem: nam promissio sequuto matrimonio, operatur idem quod renunciatio; idemque post plures tenet *Velazquez de Auend.ad l.* 2. *Tauri glos.*2. *num.*4. *& ad l.*44.*numer.*8. subdit notabiliter, quod si talis promissio de instituendo maioratum iuramento firmetur, adeò pro facta habetur, quod redditur irreuocabilis, & secunda institutio facta in aliam
20 personam de eisdem bonis impeditur propter possessionis translationem, quã operata est iuramẽti religio *ex Aret.Cephal.Menoch. & alijs.*

Rursus cum Monasterium promisit renunciationem sororis Iudictæ tempore professionis, illa temporis designatio operatur, quod si eo adueniente secuta non fue-
20 rit, renunciatio pro facta habeatur: prout dicimus de eo qui promisit se obligare ad dandum certa die, nàm si non dederit, ea adueniente, confirmatur promissio, & poterit ad dandum condemnari, quasi obligatio purè facta fuisset: & hanc esse singularem doctrinam *Ioann. Andrea in addit. ad Specul.tit.de obligat. & solut. col.*1. dicit *Velazquez de Auend. ad l* 44. *Tauri, glos.* 5. *num.*2. *&* 3. vbi plures allegat, & testatur esse communem & receptam sententiam, & secundum eam decisum refert *Boer. decis.* 183. *numer.*13. *&* 14. *Dominus Regens de Ponte consil.* 6. *numer.* 37. *volum.*2. *Mattien. ad d. l.* 6. *glos.* 6.*libr.*5. *noua recopilat.* esseque verissimam, & tenendam omninò *Dominus Ioannes de Castillo d.lib.*2. *quotidian. controuers. cap.*3. *numer.*10. *pulchrè Surd. consil.* 201. *nu.*13. *Parlad. lib.*2. *rer.quotid. cap.fin. par.*1.*nu.*26. *Stephan.Grat. discept. forens.tom.*5. *cap.*964. *num.*25. *& seq.*

Ex quibus iudicauit Sacrum Cõsilium non esse opus alia renunciatione, sed esse habendam pro facta, prout videbis inferiùs in calce *q.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio bonorum paternorum extenditur etiam ad materna, vbi renuncians nullum ius habebat in bonis patris.*

2 *..quæ fit propter dotem receptam, dicitur realis.*

3 *..quæ fit ex causa dotis, excludit renunciantem in omni casu, & ab omni successione.*

4 *..quæ fit tempore ingressus in Monasterium, dicitur realis.*

5 *..dicitur realis, quando dotans stipulatus est sibi, & hæredibus suis.*

6 *..quando est realis, nullatenus censetur contemplatus fauor masculorum.*

7 *..nocet filijs, siue sororibus, quando masculi superuiuunt patri.*

8 *..adhuc si facta sit fauore masculorum nocet filiæ, siue sorori, si vltimus ex eis decedit testatus.*

9 Exclu-

9 *Exclusio, quæ oritur ex renunciatione reali, est omnimoda, & perpetua.*
10 *Renunciatio realis excludit renunciantem etiam à bonis postea quæsitis.*
11 *..facit tolli de medio renunciantem, & haberi, ac si nunquam extitisset.*
12 *..quæ fit per pactum de non petendo, tollit ius de futuro.*
13 *..quæ fit per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem, tollit renuncianti spem succedendi.*
14 *..per Aquilianam stipulationẽ impedit petere successionem ex quacunque causa renuncianti deferatur.*
17 *..facta per Aquilianam stipulationem excludit etiam descendentes ab ipso adquirente.*
16 *Stylus Notarij probatur tàm per testes, quàm per instrumenta.*
17 *Clausula*; ad consilium sapientis *quid operetur in contractibus.*
18 *..et si non sit apposita in contractu, tamẽ subintelligitur.*

Renunciationes factas per filias, vel sorores nubentes, vel ingredientes Monasterium esse reales, & proinde omnimodas, & perpetuas.

CAPVT V.



SI promissa renunciatio eũdem effectum operatur, quod renunciatio ipsa, vt conclusum est in præcedenti, necessariò consequi dicebatur, Monasterium esse excludendum etiam à successionibus fratrum præmortuorum, nàm alioquin huiusmodi renunciatio esset inanis, & frustratoria, cum ad ipsum excludendum ab hæreditate paterna sat fit, filiam fuisse dotatam de bonis patris, vt diximus supra *c.* 3. nec vlla renunciatione ad hoc opus sit, ita singulariter *Bald. in l. liberti nu.* 34. *in fine C. de oper. liber.* docens, quod vbi filiæ non competit aliquod ius in bonis patris, & si renunciando
1 simpliciter dixisset se cedere omne ius, quod habet in bonis paternis, adhuc ne cessio, & renunciatio sit inutilis, extenditur etiam ad bona materna, cum sequitur *Paul. Castr. cons.* 193. *col. penul. in fine vers. item adhuc vol.* 2. *Menoch. latè cons.* 288. *num.* 17. *& alij, quos refert Surd. cons.* 516. *nu.* 4. *vol.* 4. videndus omninò: quibus non relatis sic etiam in nostra specie ratiocinatur *D. Regens Rouit. cons.* 44. *nu.* 10. *vers. nec renũciatio*, & nouissimè *Steph. Gratian. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 568. *num.* 29.

Sed difficultas in eo stabat, an huiusmodi exclusio esset perpetua, an verò temporalis, ita quod filia siue Monasterium ex ipsius persona excludatur semper, & omni casu, vel tantùmmodò durante existẽtia masculorum, quorum fauore videtur facta, qua cessante non videtur filia prohibita succedere abintestato, prout scribit *Bald. cons.* 437. *dub.* 2. *lib.* 1. *Reg. de Ponte cons.* 39. *Regens Lanar. cõs.* 49. *cum alijs relatis per Mastrill. decis.* 65. *nu.* 14. cuius resolutio pendet ex ea celebri quæstione, an scilicet renunciatio huiusmodi sit personalis tantũmodò, vel realis. Verũ quod sit realis, & pindè ꝑpetua, & omnimoda indubitanter suadetur. Primò, quia vbi-
2 cunque sit propter dotem receptam, dicitur renunciatio realis, prout do-

ctissimè fundat *Peregr. de fideicomm. art.52.n.74. & sequitur Dominus Regens Rouit.consf.43.num.9.tom.*1.quo casu nõ est opus recurrere ad coniecturas, si,vel ne censeatur facta contemplatione masculorum, quia talis renunciatio ex causa dotis excludit
3 renunciantem omni casu, & ab omni successione, prout sollemniter considerasse *Soccin cons.34. vers. sed prædictis videtur obstare, vol.4.* refert, & sequitur *Minad. cons.22.n.4.* subdens *num.5. sic etiam dicimus, quod quando agnatus per pactum renunciat ipsi iuri succedendi, videtur se excludere de numero agnatorum, & sic videtur actum, quod nunquam possit succedere ff. de success. edict. l. 1.°. quibus, ideò dixit Aret. in l.1.col.3.C. de pact. quod per pactum potest renuntiari non solùm iuri de fu-*
1 *turo, quod habet causam, & spē de præsenti, sed etiam iuri de futuro, quod nec causam, nec spem de præsenti habeat*, & idem tenet *in Con Hit. in aliquibus, not.3.num.6.* adeòque verum esse dicit idē *Minad.conf.*·2.*n.*2.vt hoc casu nec etiam filij renunciantis admittantur ex proprijs personis.

Secundò per renũciationem, quæ
4 fit per sororem monialem tempore ingressus Monasterij ad hoc vt Deo seruiat, & mundum relinquat, dicitur realiter renunciatum omnibus successionibus quocũque tẽpore ad ipsã spectãtibus, vt per *Vinc. de Franch. dec. 375. Couar. in d. c. quamuis pactum §. 3.nu.9. Mastrill. decis.65.nu.11.* idque subtiliter comprobat *Dominus Regẽs Rouit. d. conf.43.num.7.* & rursus *conf. 44.nu.7.* latiùsque prosequitur *Lelius Capnt. ad Consuet. Neapol. si moriatur part.3.§. 8. nu.12.* & in pulchro casu decisum refert *Gratian. discept. forens. tom.3.cap.568.num.31.*

Tertiò cũ dotans renunciationẽ sti-
5 pulatus sit sibi, & hęredibus suis, dicitur etiam realis renunciatio, & filia semper excluditur, prout docet *Vinc. de Franch. in addit. ad Napod. ad d. consuet. si moriatur fol.9. lit.G. & H. Marin. Frecc. ibidẽ fol.83. lit.F. Iacob. Gall. conf.64.num.6. Camill. de Medic. conf.20. num.10. & seq.* & in nostris terminis *Dominus Regens Rouit. d. cõs. 42.num.7.* & rursus *conf.44.num.7.*

Quoties autem renunciationes sunt reales, tunc nullatenus censetur contemplatus fauor, & beneficium masculorum, prout aduertit *Vinc. de Franch. d. decis.365. Regens de Ponte cons.39.* & communem appellat *Sfortia cons. vltimo num. 33. Mastrill. dec. 65.num.15.*

Vlterius dicebam, consideratione contemplationis masculorum cessare quando masculi, vel aliquis ex eis
7 superuixit patri, prout in casu nostro; nam tũc renunciatio nocet filiæ etiã deficientibus masculis, quia semper exclusa remanet, semel exclusa, & ita decisum refert *Capyc. decis.190.* quem sequitur *Ioan. Angel. Pisanell. in addit. ad Napod. loc. cit. fol.83. lit. D. Paris. conf.26.num.29. volum.3. Capell. Tolosan. decis.459 vbi Add. Crass. lib. 1. commun. opin. cap.10.q.2. in fine* testatur de communi, & post plures tenet *Mastrill. loc. cit. n.17.* & nouissimè idẽ comprobat *Marta tom. 2. summ. succession. legal. par.4.q.21. art.14.n.102.*

Rursus, & si verè contemplatus
8 fuisset fauor masculorum, adhuc si vltimus ex eis decederet testatus, prout decessisse Petrum Franciscum Isciabica non dubitatur, nequaquam admitteretur filia, siue soror, ita docet *Dominus Regens de Ponte d. cõs.39. Mastrill. d. decis.65. nu.16.* & in puncto præter *Capyc. decis.190. tenet Ant. de Alex. ad d. cõsuet. si moriatur fol.82. lit.G.* loquens specificè, quando vltimus moriens post omnes fratres fecit testamentum: nam renuntians excluditur etiam à medietate bonorũ,

ad

ad quam aliàs admitteretur vigore consuetudinis, & hoc negare non potuit *Pater Molfes. tom. 2. ad Consue. Neapol. tit. de renunciat. in addit. ad quæst. 17. num. 7.*

Hinc certo certius fit, exclusionē, quæ oritur ex illa renunciatione, esse omnimodam, & perpetuam, prout in specie docet *Ioan. Angel. Pisanell. in addit. ad Napod. ad consuet. si moriatur fol. 83. lit. D. vers. nota quæstionem, D.*
10 *Regens Rouit. d. cons. 44. num. 6.* & proindè excluditur renunciās etiam à bonis posteà quæsitis, prout consuluit *Crauett. cons. 11. à num. 5. ad 10.* & decisum refert *Vinc. d. Franch. decis. 492.*

Et quidem ratio est, quia per renūciationem filia tollitur de medio, & ita excluditur tanquam si mortua esset, & nunquam extitisset, vt ex pluribus colligit *Io. Andr. de Georg. allegat. 23. num. 2.* præsertim si renunciatio
12 fiat per pactum de non petēdo, quia tollitur ius de futuro. Imò & si simpliciter fiat inter partes præsentes, habet
13 vim pacti de non petendo, *D. Regens Rouit. cons. 42. num. 13.* eòque magis si per acceptilationem & Aquilianā stipulationem: nam semper exclusa remanet, & spes succedendi dicitur in totum sublata, nec potest reuiuiscere, vt docet *Anton. de Alex. in add. ad Napod. ad supradictam consuet. fol. 81. lit. E.* & post alios *Viscont. loc. cit.* nouissimè *Marta tom. 2. summa successION. leg. q. 21. art. 14. num. 101. p. 4. Cancer lib. 3. cap. 15. nu. 1. Anton. Fab. definit. 27. C. de pact.* & prohibetur petere renuncians ex quacunque cau-
14 sa ei deferatur successio, vt dixit *And. in cap. 1. vers. & hoc nisi in duobus sub nu. 1. de eo, qui fin. sec. agn.* vbi *Lipar. verb. omninò*, & post multos tenet *Pater Molfes. ad Consuet. Neapol. tit. de renunciat. q. 2. nu. 13.* subdens *nu. 14.* quod talis renunciatio facit renunciantem haberi pro mortuo, & exclu-
15 di etiam descendentes ab ipso acquirente, *Vinc. de Franch. decis. 552. nu. 7. D. Regens de Ponte cons. 40. n. 11. & alij, quos ipse allegat.*

Huiusmodi tamen clausulæ Aquilianæ stipulationis, acceptilationis, & pacti de non petendo, quæ omnimodam, perpetuam, & realem efficiunt renunciationem, licet expressè non appareant, virtualiter tamen cōprehensæ sunt, & cōtinentur in illis verbis, ibi; *babbia de rinunzare in forma &c.* eo quod probatum erat in facto, eam abbreuiaturam sic solere extendi in instrumentis rogatis per eū-
16 dem Notarium iuxta praxim traditā per *Vinc. de Franch. decis. 567. num. 5.* quod fieri posse tam per testes, quàm per productionem aliorum instrumentorum, & duo instrumenta sufficere dixit *Neuizan. cons. 28. num. 4.* quem sequitur *Farinac. de falsit. q. 157. num. 29.*

Dicebam vlterius eas expressius contineri in illa clausula, *ad consilium*
17 *sapientis*, quæ in contractibus duo operatur. Vnum, quod sapiens possit declarare ea, quæ sint de natura contractus, vt est in casu nostro renūciatio bonorum fraternorum, & maternorum, ad quæ, & non ad alia potest referri, vt prædiximus. Alterum, quod intelligantur apposita in contractibus ea, quæ sunt de consuetudine, quæ sapiens supplere poterat vigore arbitrij, ad *tex. in l. ex ea parte, vbi glos. de verb. obligat. & l. quod si nolit. §. quia assidua de adil. edict.* & notat *Bart. in l. illa institutio nu. 5. de hered. instit.* quamuis non sint de natura contractus, *Oldrad. cons. 139. nu. 13. Honded. cons. 44. num. 17. lib. 2. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 5. num. 4. vers. 2. etiam intelligitur* ideò *Bald. in rub. C. de reuocan. his, quæ in fraud. credit. num. 7.* dum videtur

tenere,

tenere, quod huiusmodi renunciationes cum sint facti non debent apponi per Notarium ex propria ipsius prudentia, subdit; *nisi essent rogati conficere instrumentum ad consilium sapiẽtis, nam si ipse est ita sapiens, quod non indigeat alio iuris perito, ipsemet ex proprio intellectu potest apponere renunciationem, prout in communi formulario Tabellionum continetur*, eum allegat, & sequitur *Capyc. decis.* 159. *num.* 39. dicens, ita fuisse decisum per Sacr. Consilium visis pluribus prothocollis, in quibus renunciationes fuerunt repertæ conformes cum renunciationibus præsentatis *Neuizan. d. cons.* 28. *nu.* 22. *& Farinac. de falsit. q.* 157. *num.* 57. vbi amplius *num.* 61. subdit 18 posse id fieri, etiam si hæc clausula non sit apposita: quia & illa quoque habetur pro apposita cum sit de consuetudine.

Decisio refertur in Calce quæstionis 8.

SVMMARIVM.

1 *Præsentia, & consensus Abbatissæ non est necessarius, vbi Monasterium contrahit cum licentia Ordinarij.*
2 *Authen. hoc ius porrectum, hodie est antiquata.*
3 *Repudiatio hæreditatis non est contractus, neque distractus.*
4 *Renunciatio iuris nondum quæsiti, nec incorporati potest fieri per Monasterium absque vlla sollemnitate.*
5 *Læsio non consideratur in quærendis.*
6 *Hæreditas, quæ pendet à futuro euentu, non est in consideratione.*
7 *Sollemnitas non requiritur in non adquirendo.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem non est prohibita de rebus quærendis.*
9 *Hæreditas delata Ecclesiæ, & legatum possunt sine sollemnitate repudiari.*
10 *Prælatus etiam delinquendo, potest Ecclesiæ præiudicium inferre in quærendis.*
11 *Minor potest repudiare donationem sibi absenti factam ante acceptationem.*
12 *Regula, quòd cedens videtur priùs adquire re, seu adire quomodo intelligatur.*
13 *Actus momentanei non sunt in consideratione.*
14 *Prælatus rem solitam infeudari poterit dare in feudum sine cõsensu Capituli.*
15 *Consuetum facit actum de voluntario necessarium.*
16 *Minor qui in venditione promisit de dupla secundum consuetudinem Regionis, non restituitur.*
17 *Consensus Superioris vbi requiritur habetur pro præstito, si is non habeat iustam dissentiendi causam.*
18 *Feudum vbi alienatur in casu permisso, dominus tenetur assentire, & si renuerit, habetur pro assentiente.*
19 *Prælatum, seu Rectorem habere non est de essentia Collegij, seu Capituli.*
20 *habere potentialiter sufficit.*
21 *Caput Collegij erit maior pars ipsius vbi Prælatus abest.*
22 *Alienatio rei Ecclesiæ facta authoritate Episcopi absente Abbate valet.*
23 *Prælatus poterit sine Capitulo alienare, si consuetum est.*
24 *Præsentia in dubio præsumitur.*
25 *Actus, qui regulariter fieri non potest inter absentes, in dubio præsumitur factus cum partium præsentia.*
26 *Præsentia alicuius vbi requiritur in aliquo contractu, si is celebratus fuerit in loco domicilij partium, præsumitur factus cum præsentia ipsarum.*

Abba-

Abbatissæ præsentiam non esse necessariam in contractibus gestis per Monasterium cum licentia Ordinarij. præsertim in renunciationibus factis per Moniales tempore ingressus.

CAPVT VI.



Ostquam ex discussis in tribus præcedentibus quęstionibus agnouit Monasterium victoriam causæ esse repositam in viribus prædictæ promissionis, conabatur eam duplici scopulo euertere. de primo agimus in præsenti, & sequenti capite.

Præsupponebat nãque contractum illum esse nullum, tanquam carentem præsentia, & assistentia Abbatissæ, ad quam tota potestas gubernandi Monasterium pertinet *ad tex. in cap. nullum 18. q. 2.* & quod fuerit gestus per moniales non sufficit, cum Monasterium per Abbatissã tantum regatur, *Abb. in cap. 2. num. 4. de his, quæ fiunt à Prælat. Dec in l. fæminæ num. 8. de reg. iur.* & proinde cum in casu nostro Abbatissa non contraxit, promissio nulla declaranda est, vt punctualiter tenere videtur *Gratian. discept. forens. cap. 568. num. 55. tom. 3. Purpurat. in l. de quæstione num. 174. ver. tutius erit C. de pact. Aldob. cõs. 26. num. 83. lib. 1. & Minad. in repet. constit. in aliquibus in vlt. not. num. 43. in fine.*

Sed respondebatur pro conuenta;
1 hodiè de iure Canonico non esse necessariam præsentiam, & cõnsensũ Abbatissæ vbi Monasterium contrahit cum licentia, & authoritate Ordinarij, de qua intelligenda sunt iura, cum dicunt, consensum Prælati re-
2 quiri in alienatione rerum Ecclesiæ, quia *Authentica hoc ius porrectum C. de Sacros. Eccles.* antiquata fuit *per tex. in can. sine exceptione 12. q. 2. & in cap. dudum de reb. Eccles. non alienan. in 6.* vt mirè admodum exponunt *Bald. in d. Authen. hoc ius porrectum num. 20. & plures alij relati per Guid. Pap.* id pro absoluto habẽtem *q. 149. num. 1.* Ideòque doctissimus *Ioann. Baptista Costa in tract. de re integra distinctione 104.* sic ait. *Non est obliuiscendum quod donationes, renunciationes, vel cessiones iurium factæ per Monasterium Monialium capitulariter congregatarum, de hæreditate, qua debebatur ingressuræ Monasterium iam electa per capitulum, non exigunt solemnitates iuris communis, requisitas in alienatione bonorum immobilium Ecclesiæ, neque formam conciliarem; sed iuxta communis, vel municipalis sanctionem procedere debent &c.*

Inde nil mirum, si *Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 172. nu. 33.* cum enumerat formam conuocandi Capitulum, de præsentia inferioris Prælati nullatenus mentionẽ facit. At in nostro casu non tantùm interuenit licentia Ordinarij; sed amplius authoritas, & præsentia alterius Ministri deputati per Archiepiscopum Salernitanum super negotijs illius Monasterij, obseruando ad vnguem dispositionem *tex. in d. cap. dudum,* ibi; *qui sibi priùs ab eodem Episcopo debuerat deputari:* cuius ministri authoritatem esse necessariam ad validandam alienationem per monialem faciendam docuit *Card. in cap. statuimus de*

tran-

transact. *cum alijs relatis per Ioannem Vinc. de Anna sing. 29.*

Secundò dato millies citra veri
præiudicium, quod huiusmodi sollē-
nitas esset necessaria, hoc esset intel-
ligendum eo dumtaxat casu quo
Monasterium, siue Capitulum con-
trahit; at repudiando hęreditatē non
dicitur contrahere, neque distrahere.
ergò huiusmodi actus renūciationis,
siue repudiationis non est alligatus
tali formæ, seu sollēnitati. Huius ar-
gumentationis minor probatur tàm
expresse, quàm eleganter ex doctri-
3 na *Bald. in l. si maior C. de dol.* vbi ait
quod repudiatio hæreditatis non est
contractus, neque distractus; quam
doctrinam magnificauit *Matth. de
Afflict. in quibusdam suis cons. manu-
script. cons. 41. in fine.*

Nec rursus sat est, quod Monaste-
rium, siue Ecclesia contrahat vt talis
sollēnitas requiratur, sed opus est
quod contrahendo alienet, abdicet,
renunciet, vel repudiet ius aliquod
iàm ipsi quæsitum, & incorporatum:
cum secùs sit in renunciatione, &
alienatione iuris nondum quæsiti,
4 cuiusmodi est renunciatio sororis Iu-
dictę per Monasterium promissæ,
quam certum est nec consensū Præ-
lati, nec vllam ex sollēnitatibus enu-
meratis in præfatis iuribus requirere,
prout expresse docet *Card. Zabarell.
in Clement. gratiæ num. 1. de rescript.*
dicens, quod in renunciatione ad rē
nō requiritur Superioris authoritas,
secùs in renunciatione in *re ad tex. in
cap. si electio, de elect. in 6. & in cap. 2.
de translat.* & idem voluit *in cap. de
multa, de prabend.* cum alijs latè con-
gestis per *Corset. in addit. ad Abb. in
suo repert. verb. Prælatus si sine iusta
causa*, & expressiùs *Lapus alleg. 25.*
tenet, solennitates iuris non exigi in
rebus non dùm in Ecclesiam incor-
poratis: ex quibus Sacrum Cōsilium
ita iudicauit, testè *Vinc. de Franch. dec.
14. à num. 16. ad fin.* vbi optimè de-
clarat materiā, pulchrè *Paul. de Castr.
cons. 171. volu. 2.* quem commendat
*Felin. in cap. 2. num. 7. de constit. & Io.
Guttier. allegat. 3. num. 128. Tiraquell.
ad ll. connubial. glos. 6. nu. 31.* pariterq;
iudicatum refert *Steph. Gratian. dec.
17. nu. 22.* hoc procedere etiam alle-
5 gata læsione, quia in quærēdis nō est
considerabilis læsio, *l. fideicommisso
C. de transact. l. si pater puellæ C. de
inoffic. testam. & idem Gratian. tom. 1.
discept. forens. cap. 132. num. 19.* Idque
ipsum mirifice admodum disputat
*Lambertin. de iur. patron. art. 9. q. 2.
princ. 3. vbi num. 20.* concludit, quod
quamuis actus sit in esse productus,
si tamen quando fit repudiatio, vel
alienatio nullum ius fuit quæsitum,
valebit repudiatio, vel alienatio absq;
solennitatibus; quia non dicitur pro-
priè alienatio. Et quidem ratio ra-
tionis est, quoniam hæreditas, & suc-
6 cessio, quæ pendet à futuro euentu,
non est propriè hæreditas, & ideò
neque in consideratione, tanquam
incerta, & variabilis, *l. 1. §. si impuberi
de collat. bonor. l. pretia rerum ad l. Fal-
cid. cum simil. Bald. in l. quanquam C.
de fideicommiss. Ias. in l. is potest nu. 14.
de acquir. hered* ideò huiusmodi spem
appellare solebat *Plato* somnium vi-
gilantium, vt refert *Molin. de primog.
Hispan. lib. 1. cap. 13. num. 32. & 33. &
lib. 3. cap. 14. num. 10.* quod alij tri-
buunt *Pindaro, vt Tiraquell. ad l. 16.
connub. glos. 2. nu. 34. & alij Aristoteli,
vt Diogenes Laertius*, & facit *tex. in l.
nàm & si parentibus ff. de inoffic. &
Imol. in l. ex consensu §. filius familias
per illum text. de appellat. in fine*, dicit,
quod ius speratæ successionis atten-
di non debet, ibidemque *Alberi.* sub-
dit, *filiorum non interesse, nisi mortuo
patre, qui casus non est attendendus*, &
facit *text. elegans in l. 3. §. sed vtrum*,
vers.

verſ. proinde de minor, ibi, *nec eo moueamur &c.*

Cùm ergò dominium huiuſmodi ſit taliter variabile, & incertum, & ante agnitionem hæreditatis nõdum quæſitum, *d.l. pretia rerum ad l. falcid.*
7 per repudiationem potiùs dicitur nõ acquiri quàm alienari, & in non acquirendo nõ requiritur ſollemnitas, ita concludit *Federic. de Seniscons. 9.* & facit *text. in cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat.* & non eſt par eademque ratio lucra non capere, & debita, ſeu quæſita perdere, textus optimus *in l. qui autem in principio de his quæ in fraud. creditor. d.l. ſi ſponſus §. ſi maritus de donat. inter.* vbi dicitur,
8 quod licet donatio ſit prohibita inter virum, & vxorem; id tamen eſt verum in rebus quæſitis, non autem in quærendis, bonus *text. in l. fin. C. de Codicill. & not. in l. ſeruus C. de iudic. & per Bald. & alios, quos congerit Corſet. in addit. ad Abb. vbi ſupra, Redoan. loco cit. num. 5.*

Ex quibus iuribus, & rationibus *doctiſſimus Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 4. num. 11.* infert ad intellectum dicti *Canon. ſine exceptione 12. q. 2. & c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælat.* poſſe Prælatum ſolùm
9 repudiare hæreditatem Eccleſiæ delatam (quod magis eſt) nulla ſollemnitate adhibita, imò *numer. ſequenti* mordicus defendit, etiam legatum poſſe repudiare ſine ſollemnitate, ea ſepiùs repetita ratione; quia huiuſmodi non eſt alienatio, ſed non acquiſitio: ius autem ſollemnitatem tantùm requirit in alienatione rerum Eccleſiæ, & idem tenet *Gratian. tom. 3. diſceptat. forenſ. cap. 568. num. 51. & 56.*
10 Nec tantùm cum Prælatus facit actum à lege permiſſum, præiudicat ſuæ Eccleſiæ in quærendis; ſed etiam cum delinquit hæc eſt doctrina *Baldi in cap. Imperialem §. firmiter de prohib. feud. alien. per Federic.* quam ſequitur *Vrſill. ad Affli. dec. 265. n. 21.*

His conſequens eſt, quod tradit *Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 1. n. 126.* in terminis ſtatuti requirentis conſenſum patris in contractu minoris,
11 quod minor poterit repudiare donationem ſibi abſenti factam ante acceptationem abſque conſenſu patris, ex quò ei nullum ius fuit quæſitum *l. ſi ego, & ibi gloſ. de neg. geſt.*

Nec refragatur communis illa in-
12 terpretum cantilena, quod quando quis cedit, videtur priùs acquirere, ſeu adire, vt per *Surd. deciſ. 70. nu. 11. Gratian. tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 568. num. 65. & alios*, nam præterquam quod id poſſet procedere, vbi id quod ceditur eſſet iam delatum, ita quod poſſet adiri, ſeu acceptari; quod non eſt in caſu noſtro: nihilominus tamen *DD.* omnes communi ferè conſenſu reſpondent, momentaneam illam acquiſitionem, de qua *in l. ſi Ania C. de iur. deliberand.* nõ eſſe in conſideratione vbi ceſſio ordinatur principaliter ad renunciãdum, non autem ad acquirẽdum, vel adeũdum, vt *Vincent. de Franch. Gratian. Cancer. & cæteri, locis ſupra cit.* latius comprobant, & rurſus *Gratian. d. cap. 568. num. 65.* quicquid contra
13 philoſophari conetur *Pater Tho. Sãc. de matri. lib. 6. diſp. 4. n. 17.* vltra quod regulare eſt in omni actu momentaneo vt nõ ſit in cõſideratione, ad tradita per *DD. in l. final. §. fin.* per illum tex. *C. de bon. mater. l. qui ſic ff. de ſolut.* & regulam cum concordan. exornat *Caldas in l. ſi curatorem, verb. læſis, nu. 151. C. de in integr. reſtit.*

Tertiò in hoc contractu Monaſterium nil aliud promiſit, niſi id quod ſolitum, & conſuetum eſt fieri in ingreſſu omnium Monialium; renũciatione ſcilicet iuriũ ad eas ſpectãtium

super bonis dotatium, eorumque hæredum: quò fit vt nihil officiat omissio sollemnitatū: quoniam quando contrahentes promittunt id quod consuetum est, quamuis in tali promissione cōtineatur alienatio rei Ecclesiæ; tamen non tenētur obseruare sollemnitates *cap. fine exceptione* 12.
14 *q.* 2. veluti cum Prælatus dat in feudum rem Ecclesiæ sine consensu Capituli: nàm si talis res erat solita infeudari, valebit infeudatio vigore soliti, & consueti, quo supplentur sollemnitates, ita docent *Canon. in c.* 2. *de feud. Panor. in c. vt super de reb. Ecclesi. non alien. Guid. Pap. decis.* 100. *& addentes ad ipsum, Vrsill. ad Affl. dec.* 107. *nu.* 10. *Ludou. Rom. cōs.* 70. *& alij, quos se-*
15 *quutus refert Redoan. loc. cit. c.* 28. *n.* 4. eòque magis quia consuetum, & solitum facit actum de voluntario necessarium *ad tex. in l. quod si nolit, §. quia assidua de adil. edict. l. sacculary de extraord. crim.* Hinc appositè *Capyc. dec.* 159. *nu.* 98. docet, quod is qui facit id quod consuetum est, non dicitur lædi, & minor qui in venditione pro-
16 misit duplam secundum morem Regionis, non restituitur, *vt per Glos. in l. fin. C. de in integr. restit.*

Quartò vbi consensus Superioris,
17 vel alteriùs cuiusque requiritur in aliquo casu, si is non habet iustam dissentiendi causam, tenetur illum præstare, & si non præstiterit pro præstito habetur, ad notata *per Bart. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore ff. solut. matrim.* & ita expressè docet *Ias. quem sequitur Farinac. decis.* 91. *numer.* 5. *tom.* 3. *in vltim. collect. Guid. Pancirol. cons.* 119. *num.* 66. *Ludouis. decis.* 117. *numer.* 8. Vel eò magis quia ex quò contractus is vtilis erat Monasterio propter dotis acquisitionem, nec etiam Prælato Superiori licebat dissentire, multò minùs Abbatissæ. Igitur estò quod necessarius esset suus consensus, tenebatur illum præstare, & si non præstitit, pro consentiente habenda est: quomodò in simili docent No-
18 strates, quod licet feudum alienari non possit absque directi Domini assensu; tamen vbi vasallus alienat in casu permisso, dominus requisitus tenetur assentire, & si renuerit, assensus habetur pro præstito, vt tenet *Bald. in cap.* 1. *§. aut si libellario in fine quib. mod. feud. amitt. Menoch. de arbitr. cas.* 182. *numer.* 11. *cum alijs relatis per Surd. decis.* 220. *num.* 56. *Vincen. de Franch. decis.* 310. *numer.* 2. adeò quod iam non licebit vasallo alienationem reuocare, quod aliàs liceret ante impetrationem assensus vigore *Constitutionis Constitutionem diuæ memoriæ*, prout docet *Marin. Frecc. de subfeud. lib.* 2. *verb. pluribus autem modis, limit.* 25. *in nouiss. nu.* 75. *latè Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensu super dotibus* §. 1. *num.* 4. Cùm ergò nec dissensus Abbatissæ aliquid operabatur, dicendum est, nec consensum fuisse necessariū prout in terminis nostris tenent *Bart. & Bald. in l. cum hi §. eam de transact.* cum multis alijs relatis per *Cald. Pereyra ad l. si curatorem verb. hunc contractum num.* 3. *C. de in integr. restit.* quod vbi contractus est vtilis Ecclesiæ ipsa potest alienare sine vlla ex sollemnitatibus requisitis *per text. in d. cap. fine exceptione* 12. *quæst.* 2.

Et si dixeris, si consensus non erat necessarius saltim erat necessaria præsentia Prælati, seu Abbatissæ ad hoc vt per ipsam, & moniales repræsentaretur Capitulum.

Respondeo non esse de essentia Collegij, seu Capituli habere Prælatum, seu Rectorem, vt probat magistraliter *Innocent. in*
19 *capit. cum non ignores de præbend.*

Bald.

Bald.in rub.C.pro socio nu.3. & sequitur Franc.Marc. decis. Delfinat. 803. *num.5.par.1.*

Secundò cum dicunt *DD.* quod Collegium, Vniuersitas, siue Capitulum non potest esse sine Prælato, tanquam corpus sine capite, quod esset
20 mõstruosum: intelligendum est cum caret omninò Prælato, siue capite: cũ autem Prælatum habet actu, vel potentia sufficit ad hoc vt de esse Collegij, siue Capituli rectè iudicetur, quamuis Capitulo, seu Collegio nõ interfuerit.

Sed dices, vbinam est caput huius Collegij, cum consideratur in aliquo loco congregatum ad aliquid
21 peragendum? Respondeò, si Prælatus non interfuerit, maior pars Collegij erit caput ipsius, ita singulariter docet *Bald.in Authen.habita C.ne fil.pro patre num.*79. quem latiùs materiam exornando sequitur *Felin.in cap. ex literis de constit. vers. quod autem de essentia*, vbi dicit, hoc esse notandum; quia alibi non reperies sic declaratum.

Sed vt omnis tollatur dubietas, videatur quęso *Alberic. in authen. hoc ius porrectum nu.*12.*C. de Sacrosf.Eccl.*
22 vbi quæstionem ponit, vtrum alienatio facta authoritate Episcopi absente Abbate valeat, & respondet, quod sic si fiat ex necessitate, & vtilitate Monasterij, & consensu Capituli.

Vlteriùs, in huiusmodi controuersia an necessaria sit præsentia Abbatissę, attendenda est consuetudo Monasterij, id est, quid in casibus occurrentibus in eo seruatum sit. Nam si Capitulum solet celebrari absque Abbatissæ assistentia (quod fieri posse non est ambigendum, cum solennitas hęc sit iuris positiui, cui per cõsuetudinem licitè derogatur, *l.*2.*C. quæ sit long.consu.c. fin. de consuet.*) in hoc casu, & si de iure præsentia Prælati requireretur; tamen Capitulum
23 poterit etiam alienare sine Prælato, sicut posse Prælatum sine Capitulo, quod magis est, docet *Glos.in auth.de alien.emphyt.* quem secutus refert *Redoan.rub.*8.*de rer.mobil.alien.num.*19. *&* 38. At si è contra obseruantia, & stylus Monasterij præsẽtiam Prælati requirit, vt pars prætendit, hoc casu, qui dicit præsentiam non esse adhi-
24 bitam probare tenetur, quoniam in dubio præsentia præsumitur, & ita tenet *Oldrad.consf.*217.*super eo*, quod si in inuestitura quæ non consueuit fieri, & concedi nisi parte præsente, reperiatur scriptũ, *talis inuestiuit*, &, tunc præsumitur præsentia partis, *Io. Andr. in addit.ad Specul.tit.de empt.& vendit.§.sciendum ad fin.& post Bald. Claud.& Felin.Soccin.iun.consf.*68.*nu.* 3.*vers.sed hoc idem lib.*4. docet quod apoca præsumitur facta cum partium præsentia, si solitum sit in Ciuitate eas confici inter præsentes, quos omnes sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.* 6.*præs.*18.*num.6.*

Idque ipsum confirmatur mirificè ex verbis eiusdemmet cõtractus, vbi Notarius asserit Moniales fuisse congregatas capitulariter vt moris est, quæ assertio tollit omnem difficultatem: nam comprehendit vtrumque casum, & si solitum erat huiusmodi actus celebrari cum assistentia Abbatissæ, eorum virtute præsumitur adhibita: nam quando in scriptura appo-
25 situm reperitur aliquod verbum quod includat factum de quo disputatur, tunc omninò illud præsumitur, prout in specie docet *Ias. in l. sciendũ num.*2.*de verb.obligat.& Castrens. in l.illud num.*7.*in fine C.de Sacrosf. Eccl.* quod si instrumentum mentionem facit de actu qui geri non potest inter absentes, tunc omninò præsumitur præsentia partium, ne alioquin

præsumatur Notariũ falsum dixisse, quod non est ferendum, sequitur *Menoch.præsumpt.* 14. *in fine d. lib.6.* & alia nonnulla punctualiter congerit *Surd.decis.* 115.*num.*4.*& seq.*

Vnde satis eleganter ad propositum nostrum tradunt *Lambert.de iure patron.lib.*2.*par.*1.*q.*2.*artic.* 12.*nu.*3.*& 4.& Pater Thom. Sanch.in præcept. decalog.tom.*2.*lib.*7.*cap.*14.*numer.*7. veram conclusionem, quam statuendo firmauit *Cælestinus Tertius in cap. ea noscitur 6.de his quæ fiunt à Prælat.* quod Prælatus non possit ad beneficium præsentare sine consensu Capituli,non infringi per *tex.in cap.ex literis 7.de iur.patron.*in cuius specie videtur supponi, præsentationem factã per Abbatissam solam vti validam fuisse receptam, eoquod in eo *tex.* mentio aliqua non fiat de Collegio, seu Capitulo: quia inquiunt ipsi, ex quo actus huiusmodi fieri non valet sine illius, vel maioris partis consensu, ille præsumitur interuenisse, & præsentationem legitimè processisse, quamuis de Capitulo mentio non fiat.

Rursus cessabit omninò scrupulus, si attendatur contractum fuisse celebratum in ipso loco Monasterij; cum
16 enim lex, vel statutum requirit præsentiam alicuius in aliquo contractu, si ille fuerit celebratus in loco domicilij, vel habitationis partium, tunc necessariò præsumitur præsentia illarum interuenisse veluti cum vigore statuti in contractibus minorũ requiritur consensus duorum propinquorum: nam si celebrentur in loco habitationis, illi præsumuntur præsentes,nisi expressè probetur eorum absentia:in quibus terminis ita concludit *Corn. cons.*50. *num.*12. *lib.*2. *& cons.*151.*col.*2. *lib.*4. quem sequitur *Menoch. d.lib.6. præsumpt.*19. *num.*4. dicens, hanc opinionẽ magis receptam esse probabiliorem, eãdemque cõsiderationem facit *Matth. de Affli. d.cons.*41.*manuscript.in fine.*

Ponitur resolutio inferius c. 8.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dotata si maior facta tacuerit per decennium, amplius non admittitur.*

2 *Ius petendi supplementum legitimæ quinquennio extinguitur.*

3 *Tempus labi permittens, videtur ratificare omnia gesta.*

4 *Tacita renunciatio magis officit, quàm expressa.*

5 *Prælatus prohibetur expressè iuribus Ecclesiæ renunciare, secùs autem tacitè.*

6 *„dicitur habere ratum contractum antea gestum per receptionem census plurium annorum.*

7 *„recipiendo canonem videtur præiudicare Ecclesiæ in iure recuperandi emphytheusim.*

8 *„recipiens sortem principalem, videtur ratificare contractum.*

9 *„recipiens pretium rei uenditæ approbat venditionem.*

10 *Capitulum recipiens census, videtur approbare vẽditionem factam per Abbatissam absque ipsius consensu.*

11 *Quietatio inducit ratibabitionem.*

12 *Contractus ex causa onerosa tacitè dicitur ratificatus.*

13 *Ratificatio non præsumitur nisi constet ratificantem sciuisse factum ratificatum cum suis qualitatibus.*

14 *Consensus Prælati ad ratificationem inducendam debet esse expressus.*

15 *Tacitus non dicitur consensus, qui colligitur ex actibus positiuis.*

16 *Decisio Rotæ Romanæ apud Farinac. commendatur.*

Con-

Contractum minùs sollemnem posse per ratihabitionem sollemnem reddi.

CAPVT VII.



Ircumscripta validitate promissionis factæ per Monasterium, de qua abundè diximus in præcedenti capite, ponderabatur pro Conuenta adhuc ex alio non posse hodiè illam in dubio reuocari, quam Monasterium pluribus ratam habuit. Primò permittendo labi plusquam annos viginti à die quo actio incepit competere, si qua competebat. Et quidem scitum est, quod
1 si dotata maior facta tacuerit per decennium amplius non admittitur, sűt termini *tex in l. fin C. si maior f. ct.* & docet *Fontanell. de pact. nup. tom. 2. clauf. 9. glos. vnic. par. 1. num. 31.* Imò & quod magis est, ius petendi supple-
2 mentum legitimæ quinquenio extingui voluit *Bart. cons. 14.* quam omnes sciunt esse debitam à iure naturæ. Hoc ideò quia permittens labi tem-
3 pus censetur rata habuisse omnia gesta, & renunciasse iuri sibi competenti, arg. *text. in l. si ea C. qui accus. non poss. & facit text. in l. 1. §. sed videndum de successor. edict.* vbi paria sunt ad excludendum, tempus, & renunciatio, ibi, *exclusus tempore, vel repudiatione*. vnde *Ias. in l. cum quid 2. lect. num. 10. si cert. pet.*
4 pluribus probat hanc tacitam renűciationem ex temporis lapsu magis officere, quàm expressam, sequitur *Tiraquell. de retract. con. 5. 1. glos. 2. nu. 52. & Bald. in l. 1. 27. opposit. C. qui admitti* generaliter dicit, quod renunciatio expressa excludit personam à iure sine præiudicio tertij; sed præscriptio, & negligentia excludit ius ab omnibus personis, & sic est in rem, quem, & alios refert, & sequitur *Tiraquell. de ll. connub. glos. 7. num. 75.*
5 subdens *num. 75.* quod licet prohibitum sit Prælaro renunciare expresse iuribus Ecclesiæ *cap. 2. de donat.* tacita tamen repudiatione, quę inducitur ex lapsu temporis illi præiudicat *cap. de quarta, & cap. veniens extra de præscript. Felin. in c. cum accessissent col. penult. vers. tertia conclusio de constit.*

Secundò si consideretur receptio census tot annorum, per eam Præla-
6 tus dicitur habere ratum contractum anteà gestum, ita quidem respondet *Bald. cons. 184. vol. 2. nu. 5. Decius cons. 132. num. 5. Paris. cons. 33. & cons. 49. nu. 17. lib. 1. latè Tiraquel. de iur. cőstit. par. 3. limit. 30. num. 12. pulchrè Natta cons. 341. num. 4. lib. 2. Crauett. cons. 9. num. 4. & latiùs Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 18. & seq. & plures refert Giurb. decis. 100. nu. 32.* tanta est enim uis, atque potestas temporis, vt etiam si instrumentum vndequaque sollemne non sit, si tamen contenta in eo diù fuerunt obseruata, habetur ac si sollemne vndique foret, prout egregiè respondisse *Bart. inter cons. Bald. 400. lib. 4. Felin. & Tiraquell.* refert insignis *Ferdinan. Vasq. lib. 2. controuers. cap. 63. num. 6.* Imò per solam petitionem census contractum intelligi ratificatum dicit *Alex. cős. 117. vol. 5. eũque sequitur Dominus Regens Lanar. cons. 25. nu. 15. & 16.* nã eo ipso quod quis vtitur scriptura censetur ratificare, & approbare omnia

nia in ea cōtenta, vt latè per *Menoch. de recuper. possess. d. remed.* 15. *nu.* 118. *& præsumpt.* 39. *lib.* 3. *Ludouis. dec.* 331. *num.* 10. *& seq. Christof. Mart. decis. Senen.* 58. *num.* 39.

Vnde *Corset. in addit. ad repert.*
7 *Abb. d. verb. Prælatus*, dixit, quod recipiendo canonem annorum præteritorum videtur Prælatus præiudicare Ecclesiæ in iure recuperandi emphytheusim, & idem tenent *Capyc. decis.* 18. *num.* 10. *& Lambert. de iur. patron. art.* 9. *q.* 2. *princ.* 3. & facit *tex. in l. quidam* 12. *de euict.* iuxta intellectum *Glossæ*, quam post alios secutus est *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 75.

Siue rursus attendamus receptio-
8 nem sortis principalis solutæ Monasterio in anno 1601. & hæc ratificatio est, *l. Iulianus cum l. seq. ad Maced. l. si filius de minor l. cum fide C. de non num. pecun. Bald. in rub. C. de contrab. empt.*
9 dicens, recipientem pretium rei venditæ videri approbasse venditionem, *& cons.* 184. *lib.* 2. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 1. *c.* 21. *nu.* 6. *&* 7. *Menoch. cons.* 822. *num.* 73. *lib.* 9. *Dominus Reg. Lanar. d. cons.* 25. *num.* 21.

Ex quibus *Reuerendissimus Riccius decis.* 64. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. decisum refert, alienationem factam per Ab-
10 batissam absque consensu Capituli (quod magis est) censeri approbatā, & conualidatam tacito consensu ipsius per receptionem scilicet cēsus, & sortis principalis in contractu promissæ.

11 Siue vlteriùs quietationem factam per Monasteriū promittentibus dotē, & nulla maior ratihabitio, *vt probat Gabr. cons.* 146.

Et tandem ex quò contractus hu-
12 iusmodi celebratus fuit ex causa onerosa solutæ dotis, sine dubio etiam quod à principio esset nullus tacitè dicetur ratificatus, vt latè probat *Menoch. d. remed.* 15. *num.* 149.

Neque obstare dicebatur, quod
13 huiusmodi tacita ratificatio nō præsumatur, nisi constet ratificātem sciuisse factū ratificatum cum suis qualitatibus, prout copiosè distinguendo fundat *Menoch. cons.* 561. *num.* 19. *lib.* 6. & iterum *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 39. *num.* 3. & alios allegat *Castillo Sicul. decis.* 18. *num.* 54. *& sequen. tom.* 1. *Surd. cons.* 49. *num.* 32. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 513. *nu.* 30. *tom.* 3. *& c.* 768. *num.* 12. *tom.* 4. *& alij relati per Giurb. decis.* 195. *num.* 12. nam quicquid sit de huiusmodi opinione; tamen in facto apparebat solutionem sortis principalis fuisse factam sorori Claudiæ Ruggiæ tunc temporis Abbatissæ, & vni ex monialibus, quæ interfuerunt in contractu promissionis de renunciando vnde constat plenam notitiam habuisse de anteà gestis.

14 Et si dicatur talem Prælati consensum debere esse expressum, nec tacitum sufficere, vt censuit *Tiraquell. de iur. marit. glos.* 7. *num.* 14. *&* 69.

Respondeo, non dici tacitum sed
15 expressum cōsensum illum, qui cum taciturnitate coniunctos habet alios actus positiuos consensū inducētes, veluti tēporis diuturnitatē, receptionē cēsus, vel sortis principalis, & his similes, vt *in Clement.* 1. *de procurat. Abbas in c. cū virū de Regular.* cū alijs ad rem traditis per *Surd. decis.* 70. *num.* 4. *& Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 33. *num.* 31. *& cons.* 1. *num.* 82. *post Alciat. de præsumpt. regul.* 2. *præsump.* 13. *in fine*, quæ saltem est tertia species ratificationis inter expressam, & tacitam iuxta notata per *Menoch. d. cons.* 561. *num.* 19. *lib.* 6. *DD.* enim loquuntur quando consensus fundatur in sola taciturnitate; & hoc tantùm casu dicunt debere esse expressum; idque non semper, & omninò

sed

16 sed quando agitur de tertij præiudicio, prout satis eleganter ad propositum docet *Farinac.* ita decisum in quiens *per Rot. Rom. decis. 336. num. 6. & 7. in vlt. volu. decis.* Quinimò scientiam, & patientiam haberi pro consensu expresso, si cum ea coniungatur temporis diuturnitas etiam vbi à lege expressus Principis, Prælati, Capituli, parentis, vel alteriùs propinqui consensus, auctoritas, seù licentia requireretur, vt post mille grauissimos Auctores tenet *Vasq. d. lib. 2. controuers. cap. 63. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Monasterium duplici renũciatione potest excludi à successione Monachi.*

2 Concilium Trident. sess. 25. de regular. cap. 16. *declaratur.*

3 *Ratio decidendi ad* Trident. d. sess. 25. cap. 16. *de regular.*

4 *Promissio Monasterij operatur, vt renunciatio intelligatur facienda tempore habili, & in forma valida.*

5 *Voluntas cuiuscunque talis præsumitur, qualis de iure esse debet.*

6 *Monasterium excluditur ex vi suæ promissionis, etiam quod nouitij renunciatio non sit valida.*

7 *Dispositio omnis potest fieri verbo, nisi lex præcisè scripturam requirat ad actus validitatem.*

8 *Licentia Ordinarij in scriptis non exigitur in terminis* Triden. d. sess. 25. cap. 16. de regular.

9 *Notario creditur attestanti de re corràm ipso gesta, de qua agitur.*

10 *Domini Andreas Prouẽzalis, et Hector Capicius Latro Regij Consiliarij laudantur.*

Exornatur Text. Sacr. Conc. Trident. sess. 25. cap. 16. de Regular.

CAPVT VIII.



Postremò ad impugnãdũ contractum, in quo fuit promissa renunciatio, dicebatur pro parte Monasterij, quod & si verum esset id quod superiori *c. 4.* firmatum est, renunciationem esse habendam pro facta eo ipso quod fuit promissa per Monasterium; tamen ex alio non posse negari, quin contractus ipse sit nullus, & inualidus, nempè quia gestus est contra formam præfinitam per *Conc. Trident. sess. 25. cap. 16. de Regular.* ibi; *nulla quoque renunciatio, aut obligatio anteà facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione; aliter verò facta etiam si cũ huius fauoris expressa renũciatione etiã iurata, sit irrita, & nullius effectus.* Vnde cum promissio hæc fuerit facta multo tempore ante professionem prætendebatur, nullam de ea esse habendam rationem.

Sed vt huic obiectioni satisfiat, dixi esse aduertẽdum, exclusionem Monasterij à bonis Religionem in-
1 gredientis dupliciter posse contingere; vel per renunciationem Monachi, siue monialis ingredi volentis, vel rursus per propriam eiusdem Monasterij pactionem, per quam promittat Mo-

Monachi renunciationem tempore
2 ingressus, siue professionis. De Prima duntaxat loquitur *Trident. d. sess. 25. de regular. cap. 16.* vt expresse colligitur *ex rubro, & nigro illius text.* vbi semper de nouitijs, ipsorum nouitiatu, & professione sermo est, prout rectè obseruat *Costa tract. de re integra dist. 103. num. 1.* & harum renunciationes esse alligatas illis sollemnitatibus non ambigitur. At secundus renunciandi modus per promissionē factam à Monasterio non subditur illius textus dispositioni; quoniam in eo cessat ratio finalis, qua mota
3 fuit Synodus ipsa ad inducendum talem formam circa Nouitiorum renunciationes, quæ est ne impediatur libertas egressus nouitij, timore quod non potietur omnibus suis bonis, quibus se intuitu ingressus spoliarat, prout rectè obseruat *Pater Sanchez super præcept. decalog. lib. 7. cap. 5. n. 3.* Hoc enim modo Monasterium excluditur non magis ex vi renunciationis Monachi, quàm ex proprio facto; ad cuius obseruantiam, postquam Monachus emisit professionē, tenetur præcisè, cum omnia eo tempore existant in ipsius Monasterij potestate, vt latiùs fundaui *d. cap. 4.*
4 Hæc autem promissio Monasterij operatur, vt renunciatio promissa intelligatur facienda tempore habili, & in forma valida, secundum *Glos. in l. huiusmodi in principio col. 4. vers. iuxta illud notabile ff. de verb. obligat.* eò
5 quod actus censetur factus eo modo, quo ius fieri disponit, & talis præsumitur cuiusque voluntas, qualis de iure esse debet, *Bald. in l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. col. 5. Affuct. dec. 44. nu. 20. Sard. decis. 227. num. 15.* vnde hunc renunciandi modum esse securissimum, & sub dispositione Tridentini non compreheñsum, docet in terminis nostris *doctissimus Pater Thom. Sanch. tom. 2. loc. cit. nu. 45.* sic inquiēs, *egò tamen in hoc renunciandi modo nihil periculi inuenio, quia Tridentinum de sola Nouitij renunciatione loquitur; at in casu hoc Nouitius non renunciat; sed solum Monasterium iuri, quod ad illius bona, si de illis non disposuerit, acquiret per professionem, quæ renunciatio nihil prorsus nouitio nocet, nec liberum eius ingressum impedit.* Imò & si renunciatio nouitij sequuta sit contra formam traditam per Tridentinum; adhuc quoties præcessit promissio Monasterij non erit curādum de de-
6 fectibus ipsius renunciationis, sed Monasterium excluditur ex vi promissionis prædictæ, quod magis est; ita quidem tàm eruditè, quàm eleganter fundat *Lelius Caput. in repetit. ad consuet. si moriatur par. 3. s. 9. n. 10. in fine,* vbi ait, *ita quoque quando præcessit promissio Monasterij, non erit disceptandum de renunciatione facta à Monacho ingrediente, cum & si ipsa in sollemnitate deficiat, poterit Monasterium repelli ex propria, & iurata renūciationis promissione: vndè per ista potius euitatur dispositio prædicti Concilij, tanquàm non necessaria in hoc casu,* & subdit.

Et prædicta comprobantur; quia videntur cessare omnes rationes, per quas Sacrum Concilium prædictas sollemnitates introduxit, cum prædicta promissio præcedens videatur excludere omnē suspitionem, quæ posset præsumi in personam ipsius renunciātis, & potiùs videatur exequutio promissionis factæ à Monasterio, quam lex ratam habet, quàm principalis renunciatio ipsius ingressuri. Agitur enim de renunciandis bonis eo tempore quo Monasterio ex persona ipsius renunciantis erant acquirenda: & boc modo Monasterium impugnando prædictam renunciationem dicetur venire contra propriam promissionem, quod permittēdum non est, l. post

mor-

mortem ff. de adopt. Surd. dec. 149. in fi.

Ad id, quod vltimo loco opponitur de licẽtia inscriptis, respõdet glos.
7 communiter recepta in c. 1. de censib. in 6. verb. in scriptis, quod omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex præcisè scripturam requirat ad actus validitatem, & plura notat Dec. in rubr. de constit. in 1 lect. à num. 26. Vnde
8 cum Tridentinum solam Episcopi, siue Vicarij licentiam requirat, non est cur ea inscriptis proferatur, prout docent Nauar. lib. 4. consilior. in prima editione tit. 1. de spons. cons. 41. in 2. tit. de clãdest. d. glos. spons. cons. 12. Salzed. in pract. cap. 73. in noua edit. post vers. 12. illud autem, Henriq. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 5. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 219. nu. 13. Sanch. de matri. disp. 35. lib. 3. de consens. clandestin. nu. 10. & rursus d. lib. 7. super Decalog. c. 5. n. 76. hanc eandem opinionem tenuit in proprijs terminis dispositionis Trident. d. sess. 25. cap. 16. de regul. dicens esse manifesti iuris non exigi licẽtiam in scriptis. Sed de tali licentia in nostro contractu attestatur notarius, cui tanquàm de re coram ipso gesta in actu, de quo rogatur, plenissimè creditur Caualcan. decis. 28. numer. 38. part. secunda Surd. cons. 7. numer. 47. cum alijs relatis per Castill. decis. Sicil. tom. 3. decis. 50. num. 126.

Sacrum Concilium cum maxima causæ cognitione die 12. Ianuarij 1631. iudicauit in fauorem cõuentę, habendo pro veris omnes conclusiones firmatas in præsenti, & præcedẽtibus quinque capitibus, referente
10 Regio Consiliario Andrea Prouenzale eximio Iureconsulto, & integerrimo Iudice. Et nuper in causa reclamationis impositũ perpetuum silentium ad relationem Consiliarii Hectoris Capicii Latro, non minus gentilitia nobilitate, quàm doctrina præclari.

SVMMARIVM.

1 Administratio bonorum pupilli deferri debet his, quibus aliquo tempore pupilli successio peruentura est.

2 Agnati, vbi præferuntur cognatis in successione pupilli, præferri debent etiam in tutela.

3 Substitutio compendiosa quæ sit.

4 concepta per verbum quandocunq; adhuc erit compendiosa; sed generalibus verbis facta.

5 facta, si sine filijs, continet pupillarem, & fideicommissariam.

6 Conditio, si sine filijs, purificatur post pubertatem.

7 Substitutio compendiosa à Pagano facta per verba communia, matre existente in medio, dicitur perpetuò fideicommissaria; sed contra num. 8.

9 Pater cum substituit filio præsumitur illi facere actum fauorabilem.

10 Substitutio compendiosa respicit diuersa tempora, & ideo debet variari, prout variatur qualitas personæ.

11 Variato tempore, variatur omne id, quod regitur secundum cursum temporum.

12 Potentia frustrà est, quæ nunquam reducitur ad actum.

13 Verbum, vbi potest referri ad plura tempora, refertur ad illud, quo casus euenit.

14 Testamentum militis ex nuda ipsius voluntate robur accipit, non ex legibus.

15 Miles cum disponit de bonis suis, potest & communi, & militari iure testari.

16 Textus in l. precibus C. de impuber. & alijs, declaratur.

17 Substitutio à Pagano facta verbis communibus matre existente in medio sine dubio est pupillaris, quando ipsa transiuit ad secunda vota.

18 *..compendiosa cōtinet etiam exemplarem tacitam.*
19 *..exemplaris potest fieri etiam fatuo, si omninò caret iudicio.*
20 *..ad instar pupillaris inducta est.*
21 *..compendiosa facta fatuo etiam per verba restrictiua comprehendit nedùm bona testatoris; sed etiam fatui.*
22 *Paganum decedere pro parte testatum, & pro parte intestatū ius non patitur*
23 *Substitutio exemplaris quamuis comprehensa sub compendiosa excludit etiam matrem.*
24 *Substituendi ij sunt fatuo, qui sunt vocati à lege.*
25 *Successio ab intestato defertur consanguineis in bonis patris, vterinis verò in bonis maternis.*
26 *..bonorum fatui illis defertur, qui admitterentur, si fatuus non fuisset ortus.*
27 *Succedentes fatuo admittuntur nedùm ad proprietatem, sed etiam ad fructus obuentos ex linea paterna.*
28 *Prouisio hominis tollit prouisionem legis.*
29 *Dispositio testatoris attendenda est in materia educationis pupilli, etiam si actus primo aspectu videretur pupillo damnosus.*
30 *Pupillus diù apud vnum educatus, non debet alteri ad educandum tradi.*
31 *Fatuus durante fatuitate pro mortuo habendus est.*

Matrem nullum ius acquirere tempore pupillaris ætatis ad successionem filij per substitutionem compendiosam à Pagano factam verbis communibus, præsertim continentem exemplarem.

CAPVT IX.



Vm disceptaretur in M. C. Vicariæ inter Iuliam Dormio matrem, & Ioānē Camillū Barlà auunculū super educatione, & tutela Diomedis Catignani fatui, & dementis filij quond. Nicolai Catignani Ciuitatis Brundusij. Præsupponebat mater, tutelam prædictam omninò sibi decernendā fore, si non ex alio capite, saltim ex regula quod tutela, cura, & admini-
1 stratio bonorum pupilli illis deferri debet, quibus aliquo tempore pupilli, vel adulti successio peruentura est: de qua sunt clara, & aperta iura *in l. tutela legitima ff. de legit. tutor. & in l. 1. eod. tit. & in l. quo tutela de reg. iur. vbi Dec. & conf. 16. num. 3. in fine*, qui dicit, intantum esse veram regulam præfatam, quod vbi agnati præ-
2 feruntur cognatis in successione pupilli, etiam debent præferri in tutela, & administratione bonorum illius, & hanc esse communem opinionem dicit *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 150. num. 32. Paul. Montan. tract. de tut. cap. 15. num. 1.*

Ad fundandam minorem partem huius propositionis, præsupponitur in facto, prædictum Nicolaum in vltimis constitutum instituisse hęredes Dominicum Catignanum, & posthumum nasciturum, eos substituendo adinuicem, & insuper mandasse, quod si ipsi Dominicus, & posthumus decederent infra legitima tempora, bona

na ipsius testatoris distribuerentur
ad certos vsus pios ab ipso designa-
tos.

Ex quibus testamenti verbis dice-
batur resultare compendiosam sub-
stitutionem : nam sub compendio
temporum comprehēdit plures sub-
3 stitutionum species, vt potè cōcepta
non tantùm per mortis mentionem,
quæ sola apta est compendiosam effi-
cere substitutionem, cum quis mori
possit quocsique tempore; sed etiam
per verba habentia tractum successi-
num, prout docuit *Bart. in l. centurio
nu.9.& cum eo Moder.ff.de vulg.Bald.
Alberic.& alij in l.precibus C.de impu-
ber.& aliis substit. & ibi Curt.Iun. nu.
47.& 61.Couar.in cap.Rainutius* §.9.
*num.2.& seq.de testam, Menoch. lib.4.
præsumpt.51.nu.7.&* 8. quod verum
4 dicunt *DD.* etiam non adiecta
particula, *quandocunque*, nàm adhuc
erit compendiosa; sed verbis genera-
libus facta iuxta *Glossam* magistralē,
quam omnes sequuntur *in l. in testa-
mento la prima C.de testam. milit. &
in cap.si pater, verb. absque deductione
de testament. in 6. Bart. Curt. Iun.
Emanuel Costa, Bald. & alii com-
plures de communi opinione testantes,
quos refert Vinc.Fusar.tract.de substit.
quæst.223. num.6.Caualcan. decis.4.
nu.4 p.3.Alex.Rawdens.decis Pisan.31.
num.260. Cæsar.Barz.decis. Bonon. 9.
num.32. alios congerit Doctor Marta
in summa totius success. legal. tom. 2.
par.4.quæst.30.art.1.num.2. Rolan.à
Valle cons.25.nu.10.lib.1.Alex.Tren-
tacinq.de substit.par.5.cap.10.num.5.
Peregr.de fideicommiss.art.4.sub nu.9.
Surd.cons.347.num.11. & decis.37.
num.8.Graß. in §.substitutio q.60. in
fine,& Gratian.omissis aliis,discept.fo-
rens.cap.407.& 528. Christof. Mart.
decis.69.num.3.* qui omnes de com-
muni, & indubitata testantur.

Nec tantùm quia substitutio facta
5 est simpliciter in casu mortis, sed etiā
quia addita est conditio, *si sine filijs*,
nàm hoc casu indubitatum est, com-
pendiosam fore substitutionem, eo
quod continet vtrumque casum, sci-
licet substitutionem pupillarem taci-
tam, verbis generalibus expressam,
nec non & fideicommissariam post
pubertatem, in qua ætate, & non an-
6 teà secundum rerum humanarum
ordinem dignosci potest, an quis de-
cedat sine liberis, *ita Bart.in d.l.cen-
turio sub num.32.vers.secundò oppono*,
cum quo omnes conueniunt, vt te-
statur *Rolan.d.cons.25.num.13.in fine
lib.1.per textum, & ibi glos. in verb.
absque deductione in cap.1.de testam.in
6.cap.Rainutius, vbi Abb.col.1.de te-
stament. & alij relati per Vinc. Fusar.
d.q.223.num.10.*

Hoc præsupposito, quod talis sub-
stitutio sit cōpendiosa facta à Pagano
7 per verba cōmunia, nō posse dubita-
ri dicebatur quin matre existente in
medio sit perpetuò fideicommissa-
ria; tàm ante pubertatem, quàm post,
& per consequens mater detrahat
duas quartas idest legitimam, & tre-
bellianicā, *iuxta dec. Sac. Regij Cōcilij
relatam per Afflict. decis.367.* qui di-
cit esse veriorem, & communem opi-
nionem, quam sequutus est *Senatus
Pedemont.sæpissimè, vt refert Thesaur.
decis.200.num.4.Ioan.Pappon. lib.20.
arrest.tit.3.arrest.6.cum multis alijs re-
latis per Griuell. decis. Dolan.41.nu.4.
Viuium com. opin.461.par.2. Decian.
cons.82.n.19. vol.3. & Caualcan.dec.
4.par.3.* Vnde dicebat Iulia in eius
personam verificari dispositionem
text.in d.l.quo tutela, cum concord.

Sed quamuis verum sit, quod ex
illis verbis testatoris resultet compē-
diosa substitutio, illud autem quod
secundo loco ponitur, nempe talem
8 substitutionem esse perpetuò fidei-
commissariam, tàm ante pubertatem,

quàm post, & proinde non excludere matrem, non est vndequaque securum in iure: nàm quādo pater substituit filio, præsumitur voluisse illi facere actum fauorabilem, *l. quidam cū*
9 *filium de hæred. instit.* sed fideicommissum est onus, non fauor, *l. cohæredi §. cum filio de vulg.* è contra verò substitutio pupillaris dicitur fauor filij: nā per eā hoc agitur, vt ipse decedat testatus, *l. pupillus de acquir. hæred. glos. in l. ex tribus C. de inoffic. testam.* Ergò dicendū est, potius esse pupillarē ante pubertatē, nō autē perpetuò fideicōmissariā. Rursus hæc substitu-
10 tiò respicit diuersa tēpora, vt prædiximus, idest tēpus vulgaris, si hæres nō est: pupillaris cum hæres est, & in pupillari ætate decedit: & pubertatis post aditā hereditatē. Ergò debet variari prout variatur qualitas personę, *l. pater Seuerinam §. conditionum ff. de condit. & demonstr. l. Pomponius de*
11 *negot. gest.* nàm propositio illa vera est, quod omne id quod regitur secūdum cursum temporum variatur variato tempore, *l. pretia rerum §. nōnulla ff. ad l. falcid. l. Titia Seio §. vsuras de legat. 2. l. penult. C. de vsufruct.*

Vlteriùs frustrà diceretur sub hac substitutione quamlibet aliam conti-
12 neri potentialiter, si hæc potentia nunquam reduceretur ad actū, prout acutè argumentatur *Soccin. in d. l. centurio num. 259. vers. & pro conclusione de vulgar. & pupillar.*

Item vbi verbum potest referri ad
13 plura tempora, in dubio refertur ad illud quo casus euenit, *l. 3. in principio de adimen. legat. l. hæc conditio §. vltimo cum l. sequenti de condit. & demōstrat.* Ergò si eueniet casus pupillaris substitutionis, putà quia pupillus moriatur intra pupillarem ætatem, impropriè dicetur, substitutionem esse fideicommissariam, cum verba præcipuè conueniant pupillari: quæ ratio perbellè consideratur à Summo Pontifice *in cap. si pater de testam. in 6. & ibi glos. verb. verbis.*

Et tandem sunt pro hac opinione aperta, & clara iura. Primum quidem *in l. precibus C. de impuber. & alijs substit.* vbi expressis verbis probatur, substitutionem compēdiosam intra pubertatem continere pupillarem, post ipsam verò fideicommissariam, matre existente in medio.

Nec cōgrua est communis respō-
14 sio, quam sectatores contrariæ opinionis afferunt, quod scilicet inibi substitutio facta sit à milite, cuius testamenta nullam aliam legem habēt, nisi vt nullis legibus regātur, & proinde ex nuda militum voluntate robur accipiant, non quidem ex ll. aut Senatusconsultis *l. in testamento, C. de testam. milit.* nàm facilis est responsio, si attendamus militem, & militari, &
15 communi iure posse testari cum disponit de bonis suis, sed si de bonis pupilli, vtpotè cum pupillariter substituit, non posse nisi iure communi, quia militare priuilegium ad hoc nō habet, *l. cum filiusfamilias l. milites etiam, de milit. testam. l. impuberi, de administr. tutor.* Ergò cum *in d. l. precibus*
16 dictum sit substitutionem illam factā à milite intra pubertatem esse pupillarem, dicendum est, testatum fuisse iure communi, prout subtiliter aduertit *Doctor Marta d. tom. 2. par. 4. quæst. 30. art. 5. num. 19. circa finem.* Secundum est *tex. in v. si Pater, de testam. in 6.* vbi expressiùs cauetur substitutionem compendiosam intra pubertatem omninò matrem excludere tanquam directam pupillarem.

Ex quibus, & alijs considerationibus hanc partem neruosè tuentur *Cynus in d. l. precibus, & ibi Bart. Bald. Castrens. Angel. & innumeri Scholastici, idem Bart. in d. l. centurio num. 26. & 29. de vulg. Ioann. Andr. in cap. Raimutius col. 3. de testam. & ibi Butr. Abb. & Imol. & Gugliel. de Benedic. nu. 45.*

Dec.

Dec.conf.228.nu.3. Neuizan.conf.53. num.6. Soccin.Iun.conf.34.nu.37. lib. 1.Rolan.à Valle conf.69.num.23.lib. qui omnes dicunt esse communem opinionẽ *Surd.conf.225.lib.2. Peregr. conf. 37. lib.5.* vbi refert bis Paduæ fuisse iudicatum, *Honded.conf.75.nu. 36.Sfort. Oddus de compen.subst. p.5. q.3.tit.de compendios. à pagan.fact.art. 3.num.2. Guid. Pap.q.521.* qui dicit hanc esse veram opinionem, & secũdum eam vidisse terminari, & sic resolutum *in Rota Rom. refert Farinac. decis.639. nu.5.par.1. tom.2. in nouis.* & infinitos alios *DD.* cumulat *Vinc. Fusar.in tract.de subst.q.241. num.5. & Doctor Marta loco superiùs citato num.19.* qui argumẽtis contrariæ partis respondent, & nouissimè iudicatũ referunt *Griuell. decis.41. à num. 21. Christof.Mart.decis.69.*

Sed quicquid sit de huiusmodi quæstione, quam esse de famigeratis, & difficilibus totius iuris, vel ex eo maximè dignosci potest, quod non facilè discerni valeat, quæ nàm ex duabus opinionibus sit verior, & cõmunior: vnde dici solet esse quæstionem pro amico. Nihilominus
17 tamen hæc secũda indubitanter procedit in casu nostro propter transitũ ipsius Iuliæ matris ad secunda vota contra expressã testatoris voluntatẽ sic in testamento declaratam geminatis verbis, nam ex hoc videtur fecisse actum in ipsius viri odium, & iniuriam, & per hoc præsumitur effecta eius inimica, *§.sin autem tutelam authen.de nupt.* quia anima mariti dicitur contristari, *authen.cui relictum*, ibi, *contristandi priorem maritum C.de indict.viduit.* de quo mirabile exemplum referunt *Aegesippus lib.2. cap.2. & Ioseph de Bello Iudaico lib.2.cap.2. quod notat Tiraquell. ad l.boues §. hoc sermone nu.148. de verb.signif.* ideòq; cessat coniectura affectionis, quam *DD.* primam tenentes considerant pro principali ipsius fundamento, & proinde substitutio erit pupillaris, vt docent *Angel. & Dec.in d.l.precibus*, *Oddus de Compend. subst. par.5. q.3. art.3.num.16.Menoch.lib.4.præsump. 56.n.19. Peregr.de fideicomm. art.34. num. 32. in fine cum aliis relatis per Fusar.q.242.num.45.& 49.Marta d. q.30.art.5.num.31.Griuell.d.decis.41. num. 26. Christof. Mart.d. decis.69. num. 32.*

Vlteriùs sub illa compendiosa venit etiam substitutio exemplaris simi-
18 liter tacita verbis tamen generalibus expressa, sicuti cęteræ substitutiones, vt tradit *Bald.in l.humanitatis nu.58. C.de impuber.& aliis subst. Alex.in l. Gallus §.quidam rectè sub num.2. vers. puto verius ff.de liber. & posthum. & alii, quos citat Menoch. conf.305. nu. 16.lib.4.& conf.846.num. . . lib.9. & idem Fusar.de subst.q.177.in prin. Gratus conf.134.num.41.lib.1. quem citat Crass.in d.§.substitutio q.50.nu.2. Menoch.lib.4.præs.45.* Nõ prætermitto tamen nec posse in dubium reuo-
19 cari substitutionem fieri posse etiam fatuo, si omninò caret iudicio intellectus, prout erat hic Diomedes, qui annum agens trigesimum, quantò magis ætate crescebat, tantò magis frustrabatur spe resipiscientiæ, probat *Iason in l.ex facto nu.41. ibique Ripa, & alii ff.de vulg. & pupillar. Alexan. Trentacinq.de subst.par.3. cap.4.n.9. Grass.in d.§.substitutio q.44.num.2.*

Si igitur exemplaris substitutio ad
20 instar pupillaris inducta est, *l.ex facto ff.de vulg.l. humanitatis C. de impuber.* sequitur indubitanter, quod comprehendit nedum bona testatoris: sed
21 etiam bona ipsius fatui, etiam quod sit facta per verba restrictiua videlicet, *in hæreditate mea, mihi, vel in bonis meis:* nàm adhuc veniunt bona fatui vndequaque ad eum peruenientia, ita *Bart.in d. l.ex facto nu.34.Menoch. conf.303.nu.313.lib.4.& de præsump. lib.4.*

*lib.4.praes.*48.*nu.*11.*Oddus in præludiis compendios. par.4. q.9. num.2. Fusar. de subst.it.q.*191. *in princ. Grass. in §. substitutio q.*50.*num.*3. *Marta loco cit. q.*34.*art.*3.*num.*2.illa ratione: quia si secùs fieret,pupillus,vel fatuus dece-
22 deret pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod iura abhorrent in Paganis *ad l.ius nostrum de regul. iur.*

Cum autem in præsenti casu pia causa sit substituta,nulla spes superest matri in successione filij dementis;nã erit excludenda omninò nedum à bonis testatoris, sed etiam à bonis fatui,prout sunt fructus, quòad ipse vixerit percepti,& percipiendi,qui pari modo ibunt ad substitutum: huius-
23 modi namque substitutionis exemplaris quamuis sub compendiosa cõprehensæ tanta est vis,vt per eam excludatur etiam mater eodem modo, quo per pupillarem sub compendiosa comprehensam excludi superiùs diximus, quamuis aliàs tacitè nõ excluderetur, vt docuit *Grat. cons.* 34. *num.*32.quem citat *Menoch. præsum.* 36.*num.*2.*lib.*4.

Nec potest conqueri mater de tali substitutione facta suo filio à patre, in qua ipsa reperitur præterita: nam pater fatui substituendo habet certã formam à iure statutam circa personas substituendas, qui sunt descen-
24 dentes à fatuo,si illos susceperit, sin minùs,alij fratres eiusdem fatui,& testatoris filij, ij sunt necessariò substituendi, quibus cessantibus libera est substituendi facultas, ita *text. in d.l. humanitatis,* nullam faciens de matre mentionem;per quem sic in matre concludit,*Bart. in d.l. ex facto nu.*30. *& ibi Iason,Ripa.* & alij,quorum opinionem veram dicit *Crass. in d.§. substitutio quæst.*47.*num.*2.

Nec dicebantur esse in consideratione alij filij eiusdem Iuliæ ex matrimonio cum Alexandro Azzolino:nõ enim sunt fratres consanguinei, aut vtrinque coniuncti ipsi Diomedi fatuo;& successio ex testamento regu-
25 latur à successione ab intestato, in qua consanguinei succedunt in bonis à patre, vterini verò in acquisitis per matrem, siue ex linea materna, vt *in l.quod scitis C.de bon.quæ liber.* & ita in pũcto docet *Bart.in d.l.ex facto num.*32. *& Doctor Martad. q.* 35. *num.* 8.

Et tãdẽ subdebatur adhuc circũscriptis omnibus pdictis,nullo vnquã tẽpore matrem posse aspirare ad successionem dicti Diomedis eius filij fatui, nisi ille aliquando resipuerit factus menticompos: nam si in fatuitate decederet, prout præsentis status
26 tẽporis decessurum indicabat, clarũ est in iure illos admitti ad successionem fatui, qui admitterẽtur si ille fatuus non fuisset ortus,*ita text.in l.fi.§. sin autem in furore C. de curat. furios. vbi Paul. de Castr.* & hi quidem admittũtur nedum ad proprietatem,
27 sed etiam ad fructus obuentos ex bonis paternis,vt probat *glos. in d. §. sin autem in furore,vers. ab intestato per illum tex.* sed sic est, quod si Diomedes nõ fuisset natus, nullus alius fuisset repertus proximior Nicolao eius Patri quàm ipse Ioannes Camillus frater: ergò ad eum tãtùm fuisset delata successio.

Neque admitti posse matrem ex persona Dominici communis filij (quem Nicolaus testator reliquit anniculum in ætate pupillari defuncti; nam facilis est resolutio, quæ desumitur, tùm ex superiùs traditis cum probauimus substitutionem esse pupillarem intra tempora pupillaris ætatis: tùm etiam ex lectura testamenti, in quo substitutis, & vocatis in casu mortis iam sequutæ dicti Dominici, & quæ sequi facilè potest ipsius Diomedis in eodem furore præcludi viã tàm

tàm matri, quàm alijs quibuscunque tùm ex superiùs ponderatis, tùm etiã quia cessat legis, vbi iàm interuenit hominis dispositio, *l. fin. C. de pact. cōuen. cum cum concordan.*

Succedit ergò, quod mater excludatur tùm ex legis, tùm etiam ex ipsius testatoris prouisione, quæ in hac materia principaliter attẽdenda est,
29 *ad text. in l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb.* etiam quando actus videretur primo aspectu pupillo dãnosus, vt per *Bart. in l. 2. col 5. vbi pupill. educ. deb. cum alijs per Menoch. cons. 62. num. 12. & Surd. de alimen. tit. 4. quæst. 13. n. 2. & 3.*

Accedat prædictis, quod hic fa-
30 tuus diù iàm fuit educatus apud prę dictũ Io. Camillum vnde nõ debet alteri ad educandum tradi, prout considerasse Sacrum Consilium in casu occurenti refert *Gramat. decis. 55. in fine*, præsertim cum constet in actis benè ibi fuisse educatum, *Seraph. dec. 1357. num. 4. vers. & postremò, sequitur Christof. Mart. decis. Senen. 62. numer. 10.*

His omnibus discussis in M. C. V. fuit communi voto conclusum ipsam Iuliam esse excludendam à cura, & tutela dicti fatui, nedùm propter enixam voluntatem testatoris, sed ex legis dispositione eam excludente, propter tacitam substitutionem pupillarem contentam in compendiosa
31 facta à patre, exemplariter tamen propter dementiam ipsius fatui, eiusque existentiam, durante fatuitate, pro non existentia habendam esse iuxta regulam *text. in l. fin. § fin autem in furore C. de curat. furios.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotibus ex filia debetur legitima in bonis aui.*

2 *..hodiè debent institui, vel exheredari.*

3 *Vitium testamenti intellectuale, & inuisibile non impedit immissionem ex* l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian.

4 *Vitium præteritionis non impedit quin scriptus hæres immittatur in possessionem.*

5 *Titulus coloratus sufficit ad obtinendam immissionem ex* d. l. fin. C. de edict. Diu. Hadr.

6 *Text.* in d. l. fin. Cod. de edict. Diu. Hadr. *non habet locum, vbi testamẽtum laborat euidenti vitio, & incontinenti probabili.*

7 *..non habet locum in feudis, vbi agnatus in promptu docet de iure suo.*

8 *Nullitas testamenti quando dicitur in promptu apparere.*

9 *Probatio nulla maior, quàm partis assertio.*

10 *Legitimus cnotradictor efficitur quis ex sola citatione.*

11 *Probatio incontinenti efficit rem clarã, & impedit immissionem.*

12 *Vitium inuisibile, & intellectuale incõtinenti probatum impedit immissionem.*

13 *Vitium præteritionis dicitur visibile, & clarum, & de ratione.*

14 *Exceptio nullitatis respiciens defectũ dominii, & proprietatis impedit immissionem, vbi incontinenti probatur.*

15 *Text.* in l. 2. C. de edict. Diu. Hadr. *procedit, vbi vitium præteritionis nõ probaretur in promptu.*

16 *Regula hodiè constat, hodiè agatur procedit in remedio adipiscenda possessionis.*

Re-

Regulam textus in l.fin.C.de edict.Diu.Hadr. non habere locum, vbi testamentum est nullum vitio præteritionis in promptu probato.

CAPVT X.



Etierant in Mag. Cur. Vicariæ Franciscus, & Ioânes Matthæus Gagliardi Ciuitatis Caiuç, mediante decreto præâbuli declarari hæredes quond. Iosephi Gagliardi eorum fratris virtute testamenti ipsius: sed oppofuerunt se se Ioannes Baptista, & Isabella Carola nepotes ex filia præmortua ipsius defuncti, instando ad sui beneficium interponi decretum prædictum ab intestato, nulla habita ratione testamenti præfati tanquam nulli, & inualidi, vtpote in
1 quo ipsi (qui descedentes sunt ipsius testatoris, & quibus debetur legitima in bonis aui, vel auiæ, sicut nepotibus ex filio, vt docet *Bart. conf.49. cum alijs relatis per Peregr. de fideicom. art. 36.nu.39.verf.& sic intellige, Merlin. de legitim.lib.1.tit.2.q.9.n.5.*) fuerunt
2 præteriti, cum deberent institui, vel exhæredari iuxta nouissimam dispositionem *tex.in auth. vt cum de appellat.cognosc.S.aliud quoque capitulum, & docet Guid.Pap. decis.426. Craff. de success.S. legitima q.4. num.2. & in S. testamentum quæst.36.nu.5.& 6.Clar. in eodem S.testamentum q. 47. Ioannes Dilect.de art.test.tit.3.cautel.5. Trêtacinq.conf.48.lib.1. & pũctualiter Thesaur. Iun.quæst.for.lib.2.q.90. num.2. verf.secundus casus est,& num.19. 21. & 24. Anton.Gomez. var.resolut.lib.1. cap.11.num.35.Camill. de Medic.conf. 40.num.52. Thadeus Piso lib.2. var. resolut.cap.6.nu.7. Mysing.& VVlteius in S.finali nu.3.instit.de exhared.liber.* & de hoc non est hodiè controuertendum, quicquid velint relati *per Baiard.ad Clar.dicta q.47.num.6.*

Sed pro fratribus dicebatur, ipsos habere iuris assistentiam *ex Iustin. Constitutione in l.fin. C. de edict. Diu. Hadr.* cuius vigore immittendi sunt in possessionem bonorũ, de quibus agitur ex testamento prædicto nõ abolito, nec cãcellato, nullumq;
3 patens vitium habente: idque non posse impediri vitio nullitatis ex causa præteritionis allegatæ: q̃ quidẽ est vitium intellectuale, & inuisibile, & exceptio, quæ ex eo resultat, respicit proprietatis, & dominij defectum, continetque dubium iuris, vel facti, non facilè, & promptè (prout natura istius summarijssimi immissionis iudicij, quæ solam testamenti extrinsecam apparentiam desiderat, expostulat) liquidabile, & proinde reijciẽda est in alio iudicio, quod causæ cognitionem admittat, ordinariumque appellãt Nostrates, & interim Iudex sequi debet testamenti lecturam, mittendo hæredem scriptum in possessionem, ita deciditur *in l.2.C.de edict. Diu.Hadr.* cui non posse totum Mũdum respondere dicit *Igneus in auth. ex causa C.de liber.præter. nu.* 108. inibique notarunt *DD. omnes classici*, cũ quibus conueniunt moderniores lata manù congesti *per doctiss. Marc. Ant. Peregr. de fideicomm. art.48. num.29. & 30. & nouissimè Cæsar Argel.de acquir.possess.q.3.art.16. num.837. & Dominus Auunculus meus Regẽs Tapia in decis.Sac.Conf. Neapol.58.numer.3.* per-

perbellè Rot.Rom.decis.36.nu.1. par.1. in recoll.per Farin.

Est namque remedium *d. l. final. C.de edict. Diu. Hadr.* summarijssimũ
5 possessorium adipiscendæ, in quo ad possessionem obtinendam sufficit quod titulus sit coloratus, & satis coloratus dicitur si processit ab habẽte potestatem *Abb. in cap. cum in nostris col.final.de concess. preben. cum multis relatis per Caroc. in tract. de sequest.par.1.q.6.num.15.* vbi late, nec alia est quærenda tituli validitas, de eaque quæstio non admittitur nisi quoad extrinsecam formam, ad tradita per *Paul.de Castr.cons.253.n.41. in princip.* & tenent *Canonistæ in cap. in literis de restit. spoliat. Guid. Pap. q. 85.num.3. Natta cons.411. Rebuff.de pacifico possessor.num.32. Mandos.in regul.cancell.16.q.27.nu.6. & 7.Ofasc. decis.116.num.7. Puteus decis.96.nu.9. in princip. & alij per Menoch.de adipis. possess.remed.4.num.749. & de recuperan.remed.15.nu.465. cum multis seq. & cons.119.nu.2. & 42.*

Sed replicabatur pro parte nepo-
6 tum, regulam *text. in l. final. C. de edict. Diu. Hadr.* non habere locum vbi testamentum laborat euidenti vitio nullitatis, veluti præteritionis, *l. fi. C.de liber. & posthum. d.§.aliud quoque auth. vt cum de appell.cognosc.* nàm tũc constito incontinenti de tali vitio, impeditur immissio hæredis scripti, & mittitur in possessionem præteritus veniens ab intestato, ita docet *Glos. in d. l.2. C. de edict. Diu. Hadr. verb. quamuis*, & est communis conclusio vt per *Bart.in d.l.fin. num.2.C. eod. & ibi Dec. num.26. qui num. 43.* respondet contrarijs, *Curt. Iun. cons. 31. Io.Vincen. de Anna alleg.19.nu.5. & 6. Berous cons.118. num.26. & 33. lib.2. Menoch.de adipisc. possess. remed. 4.num.729. Argel. de acquiren. possess. q.3. art.16. num.861. Gratian. discept. forens.tom.4.cap.702. num.42. & seq. Rota Rom. decis.526. inter nouiss. coll. per Farin. par.2.* vbi notabiliter decisum fuit, *tex. in d.l.fin.* non posse practicari, nec si filius sit institutus in testamento in aliqua re, quæ posteà reperta fuit non esse testatoris; sed immissionem impediri quasi sit præteritus, de eaque exceptione inconti-
7 nenti constare. Et in feudis licet vocatus ad successionem ex inuestitura immittendus sit in possessionem beneficio *d.l.fin.C.de edict. Diu. Had.* vt post alios tradit *Rolan.cons.1. n.51. vol.1. Surd.cons.484.n.14.vers.rectiùs tamen volu.3.* id tamen non procedit, vbi agnatus incontinenti docet de suo iure, vt per *And.in c.inter filiam si de feud. fuer. controuer.* & alios allegat *Menoch.de adipisc.possess. remed.4. num. 381.* & sequitur *Anell. Amat. cons.100. num.9.* & decisum fuit per Sacrum Consilium, præuia maxima discussione in causa Marci Antonij Moles cum D. Thoma Moles, prout refert *Dominus meus Regens Tapia in famigerata dec.1.inter decisiones ipsius Sacr.Reg.Cons.* videnda omninò. Nec posse dubitari, quin constet in promptu de præteritione ipsorum nepotũ & per consequens de nullitate testamenti; constat namque vtroque ex duobus modis, quibus id fieri contingit. Primo ex partis assertione facta in comparitione præsentata in Magna Curia, in qua petunt declarari hæredes, ipsis nepotibus ex filia exclusis. Vnde si vera est conclusio, quam verissimam arbitrantur *DD.*
8 omnes, quod tunc dicitur incontinenti constare de nullitate testamenti, quando ex lectura ipsius constat adesse filium, vel alium legitimum contradictorem, prout ex pluribus cumulatis tenet *Menoch. de adipiscen. remed. 4. numer. 729. Rota Romana apud Farinac.*

decis.370. par.2. & plures alios cu-
9 mulat *Argel. de acquir.possess.q.3. art. 16.num.*878.multo magis id fieri dicendum est, vbi constat ex actis per ipsius partis assertionem, qua nulla maior probatio, *ad reg.tex.in l.cum precum C.de liberal.caus.*

Et augetur argumentum, eò quod ijdem instituti habuerunt nepotes pro legitimis contradictoribus, dum
10 illos citare fecerunt in confectione praeambuli: & quidem non est dubiū quod ex sola citatione efficitur quis legitimus contradictor, prout multis cumulatis probat *Argel.*esse communem opinionem *in tract. de legit. contradict.q.3.art.1.num.19.& seq.*

Constat secundo, nàm quamuis nullitas testamenti non appareret ex praeteritione nepotum ab ipsis haeredibus scriptis agnita: tamen ex quò incontinenti offertur probari, res efficitur clara,& impedit immisionē, ita *Curt.Iun. in d.l.fin.C.de edict.Diu. Hadr. nu.*46. *cum aliis relatis per Menoch. de adipiscen.remed.*4. *num.*730. *Argel.de acquirend.possess. d. q.*3. *art.* 16. *num.*861. & 889. *Rota Roman. apud Farinac.in nouiss.par.*4. *dec.*770. *num.*3.*Dominus meus d.decis.*58.*nu.*7. *Regens de Ponte cons.*21.*lib.*1.*num.*54. Imò eadem Rota Roman. *d. decis.* 526.*num.*12. vlteriùs subdit. *Ex istis patet, quod exceptio praeteritionis ex parte Marci Antonii est incontinenti probata,& quod si remanet aliud discutiendum, hoc prouenit ex replicatione Domini Pyrri, quod non facit,vt exceptio debeat reijci, tanquàm requirens altiorem indaginem, ad Afflict. dec.*63. *Put.decis.*243.*lib.*3.*&c.*

Et ad contraria respondetur, non obesse, quod vitium praeteritionis sit intellectuale, & inuisibile, & exceptio, quae ex eo resultat respiciat proprietatis, & dominij defectum: nam id est quod dicunt
12 DD. proximè citati, quod vitium inuisibile, & intellectuale incontinēti probatum impedit quoque immissionem; vnde Domini de Rota apud *Farinac.d.decis.*770.*num.*3. subdunt; *sed quando incontinenti probatur hoc vitium etiam inuisibile, debet admitti; quia fit visibile per euidentiam rei, & in quolibet iudicio admittitur exceptio incontinenti probata, & euitatio inanis circuitus, & subitanea restitutionis.Gratian.d.cap.*702.*num.*43.

Vel secundò,& quidem rectius respondetur, vitium praeteritionis non
13 quidem inuisibile, sed visibile esse; quandoquidem per lecturam ipsius testamēti videtur satis clarè hos nepotes,qui institui debebāt fuisse praeteritos, & licet praeteritio sit quaedā mera priuatio non cadens sub aliquo sēsu corporeo; hoc tamen est verum directè: nàm indirectè etiam praeteritio cadit sub sensu, cum sensus institutionis entitatem non respiciens, eius absentiam cognoscat; quomodo oculi dicuntur videre noctem, cum nox sit mera lucis priuatio: non videntes enim lucem, cognoscunt tenebras; ita non videns filij, vel nepotis institutionem, dicitur videre praeteritionem; ita subtiliter, & eleganter discurrit *Argel. d. quaest.* 3.*art.*16. *num.*846. *& seq.* vbi comprobat multis similibus,& exemplis, & sequitur *Dominus meus d. decis.*58. *num.*6.

Et quod huiusmodi exceptio
14 nullitatis respiciat defectum dominij, & proprietatis, nihil refert vbi ea incontinenti offertur probari, ita docet *Bald.in d. l.fin.n.*51. *vers.sextò opponendo,Dec.Zuccard.Gozad. & alii*
15 *relati per Menoch.d.remed.* 4.*nu.*751. Ad *tex.* verò difficilem *in d.l.*2. *C.de edict.Diu.Had.facilè* respōdetur pcedere,quādo is qui praeteritū se dicit, opus haberet dilatione ad id probandum

dum; quod si vel ex eodem testamẽto, vel incontinenti probetur, tunc impeditur immissio, secundum *Glos. in ead.l.2.Bart.in l.final.C.de eod.n.2. Dec.ibidem num.* 26. cum alijs relatis *per Ioannem V. inc. de Anna allegat.* 19.*nu.*5. *Argel.d.q.*3.*art.*16.*nu.*894. dicẽtem esse communem opinionẽ,

16 hoc enim casu habet locum regula hodiè cõstat, hodiè agatur, quæ procedit in remedio adipiscẽdæ *ex tex. in l. si is à quo ff. ut in possess. legator* quam allegat *Isern. in cap.*1. §. *inter filiam, si de feud.fuer. controuer.* & per eam limitatur dispositio *tex.in d. l.*2. *C.de edict.Diu.Hadr.* vt dicunt *ibidem Bart.& cæteri*, & hoc habuit pro vero Sacrum Consilium, *vt per D.meum d.decis.*1.*num.*32.*&* 48.& ita quoque censuit Magna Curia in hoc primo articulo.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes præteriti ex filia, quæ dote accepta paternæ hæreditati renunciauit, non possunt dicere testamentum nullum.*

2 *Filia, quæ paternæ renunciauit hæreditati dote accepta, potest à patre præteriri.*

3 *Testamentum ille potest rumpere, qui ab intestato succedit.*

4 *Filii excluduntur, vbi mater est exclusa.*

5 *Iuris non potest esse plus in causato, quã in influente potentiam causæ.*

6 *Iuramentum obligat hæredes.*

7 *Filiis non obstat renunciatio matris, vbi veniunt ex proprijs personis,*

8 *Nepotes subintrando locum patris, veniunt iure proprio.*

9 *Renunciatio matris habet in se tacitam conditionem, si hæreditas ad eam deuoluatur.*

10 *non extenditur ad bona filiorum.*

11 *etiam facta pro se, & hæredibus non obest filiis, quin veniant ex proprijs personis.*

12 Text.in l.fin. C.de euiction. procedit *in quocunque hærede agente ex propria persona.*

13 *Nepotes hæredes matris sine beneficio inuentarij non possunt venire contra eius factum.*

14 *Filia non præiudicat nepotibus venientibus ex propria persona, etiam si renunciauerit pro se, & hæredibus cum pacto de non petendo.*

15 *Pactum de non petendo non refertur nisi ad ius de præsenti.*

16 Decius in l. pactum C. de collat. Minad.cons 12.num.12. & Gasp. Thesaur.lib.2.q.90.num.15.*refelluntur.*

17 *Nepotes venientes ex propriis personis non tenentur dotem maternam in legitimam imputare; sed remissiuè.*

Nepotes ex filia, quæ paternæ renunciauit hæreditati; posse ad Auita bona venire ex proprijs personis.

CAPVT XI.

1 SEcundò dicebatur pro scriptis hæredibus, dato millies quod testamẽtum propter nepotum præteritionem esset nullum, hoc non procedere vbi filia, & mater ipsorum recepta dote paternæ hæreditati renunciauerit cum iuramento iuxta formam traditam *in cap. quamuis pactum, de pact.in 6.* hoc etenim casu, cum ipsa non possit patri succedere

ab intestato, vt tradunt communiter *Canonistæ in d.cap. quamuis pactum, & ibi Couar.in 3.par. relect.§.3. de pact.in 6.* non est dubitandum quin pater possit ipsam præterire, prout la-
2 tè fundat *Guid.Pap.decis.*295.*&* 548. *Afflict.decis.*158. *Couar. loc.cit. nu.*4. *Vinc.de Franch.decis.*149.*nu.*7. *Ioann. Papon.arrest.Franc.lib.*16.*tit.*4.*arrest.*7.*Ludouis.decis* 85.*num.*4. *quos refert Dominus meus in decis.*58. *Sacr. Cons. num.*5. & in puncto considerat *Ioan. Andr.de Georg.alleg.*30.*num.*37.& rationem ponit *Bart.in l.fin.num.*5. *ad Tertull.*quia ille potest testamentum
3 rumpere, qui potest ab intestato succedere,*l.*1.*§.& sui iuris de bon. possess. contra tabul.* & hanc esse magis communē opinionē dicit *Ias.in auth.nouissima nu.*57.*C.de inoffic.testam. Aymon. cons.*11.*nu.*13. *& alij relati per Iacob. Cancer.var.resol.iur.tom.*1.*cap.*4.*nu.*40. *Mercur. Merlin. de legitim.lib.*3.*tit.*1.*q.*14.*num.*16.

Quod si matri præteritæ hoc casu non conceditur testamentum dicere nullum, multò minùs concedendum
4 est filijs ipsius, qui procedunt à radice infecta, & inhabilitata *ex reg. text. in l. si viua matre C. de bon.matern.l. illam C.de collat. l.final. C. de natural. liber.cap.*1.*§.hoc autem,qui feud. dare possunt*, *Bart. in l. liberorum num.*14. *de verb.signific.* Vnde illud vulgatum iuris axioma,non posse plus iuris esse
5 in causato, quàm in influente potentiā causæ, de quo *Bald.in l.*1.*ff.de Senat.& in l.maximum vitium num.* 2. *C.de lib.prater.* & ita docet singulariter *Castrens.cons.*422.*vol.*1.*& alios refert Cancer. loc.cit. cap.*5. *num.*8. *& Gasp.Thesaur.quæst.forens.lib.*2.*q.*90. *num.*7.& videtur tenere *Ioannes And. de Georg.allegat.*30.*num.*37.

Hoc autem quod diximus,est ex-
6 tra controuersiam, vbi ea renunciatio iureiurando firmata est: nam tale iuramentum obligat quoque hæredes,*secundum additionem marginalem ad glos.in d. cap. quamuis pactum in verb. detrimentum de pact.in 6. & refert Gasp.Thesaur.loc.cit.num.*8.

Sed respondetur pro parte nepotū
7 renunciationem matris in vita aui prædefunctæ ipsis non obesse, veniūt namque ex proprijs personis ad talem successionem, quod de iure eis permittitur, *ad text. in l.*3.*§.si emancipatus,de bon. possess.contra tabul.* & est theorica *Bart.ferè ab omnibus amplexa in l.qui superstitis num.*2.*ff. de acquirend.hæred.*& esse communem testatur *Roder. Suar. in l.quoniam in prioribus limit.*4. *num.*5. *C. de inoffic. testam.Couar.in d. c. quamuis pactum par.*3.*§.*2.*nu.*4. *Anton.Gomez ad l.* 22. *Tauri nu.*10. *vbi latè Tiraquel.de iur. primogen.q.*40.*num.*117.*Ludou. Molina de primogen.lib.*2.*cap.*3. *num.*47. *Gramat.decis.*57.*nu.*39.quos,& alios refert,& sequitur *Gaspar. Thesaur. d. lib.*2.*q.*90.*nu.*3.dicens ab huiusmodi sententia non solere recedere Senatum, & esse communem, & veram testatur *Vincent. de Franch. decisio.* 67.*in princ.Paschal.de vtrib. patr. potest.par.*3.*cap.*7.*num.*57.*Thesaur.dec.* 128.*in fine Ioan. And.de Georg. alleg.* 30.*num.*33.*& seq & Gutter in repet. d.c.quamuis pactum de pact.in* 6. *glos. final.*

Cuius quidem sententiæ ea est potissima, & communissima ratio: quia filij veniunt ex persona propria ad successionem aui,non ex persona matris:nā subductis de medio patre, & matre in vita aui,nepotibus debetur legitima in bonis auitis ex persona propria, non autem eorum patris, vel matris, vt notatur *in auth. nouissi-*
8 *ma C.de inoffic.* & subintrando locum patris veniunt iure proprio, *l. si quis posthumus §.si filium de liber.& posthu.* & optimè declarat *Bart.in l.*1.*§. si sit*

nepos

nepos de collat. dot. & tradunt omnes *in l. si Auus C. de liber. præter.* & etiam quia renunciatio matris habet in se tacitam conditionem, si hæreditas
9 patris ad eam deuoluatur, *Bart. & alii in d. l. qui superstitis, Paul. de Castr. in l. pactum C. de collat.* quod effectũ dici non potest, cum ipsa sit præmortua, *l. 1. §. si nec impuberis de collat. bon.* quomodò post multa doctissimè discurrit *Tellius Ferdinandez ad l. 6. tauri num. 55. vers. vlterius, & sequitur Vinc. de Franch. loco cit. num. 3. Anson. Thesaur. decis. 138. nu. 3. Gaspar. Thesaur. d. q. 90. num. 4.* & ita decisum in proprijs nostris terminis refert *Ludouic. à Peguer. dec. 265. Castill. dec. 189. num. 2.*

Sed difficultas est in proposita specie, si renunciatio non sit simpliciter à matre facta, sed concepta quoque pro se, suisque hæredibus, & successoribus, & nepotes qui volunt auo succedere, sint hæredes matris. In qua quidem specie magna est inter *DD.* dissentio, & controuersia, quæ magis concordia, quàm resolutione indigeret, vti docuit *Purpurat. cons. 307. num. 13. refert Gaspar. Thes. loco cit. n. 5.* Sed iam ex authoritate, & numero grauissimorum Doctorum, & rerum iudicatarũ magis obtinuit
10 sententia *Bart. in d. l. qui superstitis vers. sed quid si proponeres, de acquir. hæred.* quod scilicet renunciatio matris facta prose, & hæredibus non obsit filijs, quin possint ex proprijs personis venire ad auita bona, etiã quod sint hæredes matris: eamque sequuntur quàmplurimi primæ notæ authores relati per *Gaspar. Thesaur. loco proximè cit. num. 5.* & pluries approbata fuit per Sacrum Consilium *in d. dec. 67. Vinc. de Franch.* & ab eius semitis nõ licet sine peculiari fundamẽto nobis discedere, de eaque testatur etiam *Minad. in Consiit. in aliquibus notab. 6. num. 11.* & secundum eam iudicatum per Sabaudiæ Senatum testatur *Antonius Faber in suo Codic. Fabr. lib. 2. tit. 3. definit. 1. & 14.* & pluries per Senatũ Barcinonẽsem, vt videre est *apud Peg. d. decis. 265. num. 5. vers. quod procedit, & Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 15. num. 59. & 62.*

Huius opinionis fundamenta plu-
11 ra assignari possent; sed illud præcipuum est, quod renunciatio filiæ extendi nequit ab bona ipsorum nepotum. Vnde si petant, quod ipsis debetur ex propria persona, non dicuntur venire contra factum matris, *ad reg. tex. in l. fin. C. de euict.* quam procedere in quocunque hærede agente ex persona propria dicit *Dec. cõs. 185. nu. 6. cum relatis per Beccium cons. 72. num. 18.* & docet *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 53.* quod vbi hæres agit iure proprio, & ex persona propria, factum defuncti impugnare potest, & *notat Honded. cons. 3. nu. 39. volu. 1.* fit ergo consequens, quod qualitas hæreditaria, quæ in eis residet nihil noceat, quia hoc non habẽt vti hæredes matris; & proinde non esse recedendum ab opinione Bartoli, iudicasse iterum Senat. Pedemon. ipso patrocinãte, refert *Gaspar. Thes. d. q. 90. num. 14. 15. & 16.* quo loci multus est ad propositum, multàque refert memoratu digna.

Sed *Minad. d. cons. 12.* non impertinenter conatur has conciliare opiniones, vt cõtraria quæ fuit originalis *Romani in d. l. qui superstitis de ac-*
13 *quir. hæred.* procedat, vbi nepotes sũt simpliciter hæredes matris, non acceptata hæreditate ipsius cum beneficio legis, & inuent. nostra verò, quç vt prædiximus fuit *Bartoli*, vbi nepotes sunt hæredes cum dicto beneficio, quam conciliationem tàm subtilem, quàm veram arbitror, placuitq; doctissimo *Peregr. tractat. de fideicom. art. 55.*

*art.*55.*n.*97.*Vinc. de Franch. dec.*525. *num.* 7. prout & arbitratum fuit Sacrum Consilium aliquando, vt testatur *Molfes. ad Consuet. Neapol. tit. de renunciat. q.* 5. *num.* 17.

Huiusmodi enim rationes locum sibi vendicant etiam vbi filia premor-
14 tua renunciauit pro se, & hæredibus propter dotem a patre receptã, promisitque nil amplius petere; nã præterquam quod renunciatio semper præsumitur facta, eò quod filia aliquid loco suę portionis recepit à patre, aliàs reduceretur ad iniquitatem: tamen rationes quas *DD.* afferunt ad substinendum hanc limitationem, nihil possunt cõuincere, nisi quod mater possit ex sua pactione præiudicare iuribus, quæ filijs competunt vti hæredibus, non autem ex proprijs eorum personis, idque clarè conuincitur ex decisis per Sacrum Consiliũ *in d. decis. Vinc. de Franch.* quibus casibus conspicitur, filias fuisse à patre dotatas, & ex hac causa renunciasse, quod ex communi stylo huius Regni fit etiam per pactum de non petendo amplius, & nihilominùs fuit decisum in fauorem nepotum deberi eis legitimam in bonis aui, non obstante renunciatione matris. Et rursus pactum
15 de non petendo quantumuis generale non refertur nisi ad ius competẽs de præsenti, nõ verò ad ius de futuro, quantũcunque ex causa præsẽti cõpetere posit, *l. si ita scripsisset de leg.* 2. *Bart. in l. qui Roma §. duo fratres nu.* 18. *in fine de verb. oblig. Barbos. in l. si cum dotem in princ. num.* 40. *solut. matrim.* Vnde cauendum est à *Decio*
16 *in l. pactum C. de collat. bonorum, quem sequitur Minad. cons.* 72. *nu.* 12. dicente, quod filij nec etiam ex propria persona valent succedere auo, vbi renunciatio non est gratuita, sed fit dote recepta, sic etiam *à Gaspar. Thes. d. q.* 90. *num.* 15. vbi idem tenet: nam contra eum esse veriorem, & magis communem sententiam ex pluribus grauissimis *DD.* aduertit *Castillo d. decis.* 189. *num.* 10. ea præcipua ratione, quia non permittitur matri renũciare iuribus filiorum, quæ ipsis ex proprijs eorum personis competunt *ex Surdo cons.* 133. *num.* 61.

17 Et hoc supposito, quod hæreditas matris non officit quin nepotes possint venire ad successionem aui ex propria persona, videbatur dicẽdum, quod nec etiam dotem ipsam teneãtur imputare in legitimam, quomodo sentit *Bal. in l. illã C. de collat.* & cẽsuit *Senat Pedam. apud Ant. Thes. dec.* 237. Verumtamen de his non fuit actum in hoc iudicio summario confectionis præambuli, quia requirebant altiorem indaginem, & iudicium ordinarium: pro resolutione tamẽ articuli consulere poteris *Iacob. Cancer. variar. resolut. cap.* 3. *de legitima num.* 33. *Anton. Fab. relatum per Gasp. Thesaurum loco sæpiùs citato num.* 13. *& Castillo dicta decis.* 189. *num.* 14. *& seq. latè Mangil. in tract. de imput. & detract. quæst.* 18.

Et iuxta hæc iudicauit M. C. vt videbis in sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Clausula Codicillaris quid operetur.*
2 *..non prodest his qui hæreditatem petierunt ex testamento.*
3 *Variatio non datur ab vna actione ad aliam contrariam.*
4 Dominus Consiliar. & Præsid. Regiæ Cameræ Summariæ Fabius Capicius Galeota *laudatur.*
5 Decisio Afflict. 134. *declaratur.*
6 *Clausula* omni modo meliori, *non operatur ad contraria.*
7 *.. codicillaris operatur, vt scripti hęredes possint habere hæreditatem à manibus venientium ab intestato.*

Clau-

Clausulam Codicillarem non opitulari ei, qui petijt hæreditatem ex testamento.

CAPVT XII.



Ertiò denique dicebatur pro hæredibus, quod si nullitas testamenti de iure saluari non posset per renunciationem præfatam ipsius filiæ: salua-
1 tur certè per clausulam codicillarẽ, ex qua filius, seu quilibet descendẽs præteritus ab intestato succedens tenetur detracta legitima hæreditatẽ scriptis hæredibus restituere *ad text. in l. ex testamento C. de fideicomm. vbi glos. notabilis, l. posthumus §. si paganus ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. cum aliis concordan. & DD. innumeros refert Clarus in §. testamentum q. 86. Gomez. ad l. 3. tauri num. 78. Mantic. de coniect. lib. 6. nu. 16. Simon. de Prat. de interp. vltim. volunt. lib. 3. solut. 1. sub num. 17. & notant DD. passim in auth. ex causa C. de liber. præter. Gratian. discept. forens. cap. 398. num. 5. Afflict. decis. 125. Ludouisius dec. 271.*

Sed respõsum fuit pro nepotibus tempora non largiri, quod hæredes scripti possint iuuari prædicta clau-
2 sula codicillari: hoc etenim eis non licet postquam hẽreditatem petierũt ex testamẽto: sunt enim hæc cõtraria inter se iura, cũ per vnum reducatur res ad causam testati: per alterum verò ad causam intestati quæ de diametro inter se pugnant; at cõtrariorum ea est natura, vt facta electione vnius ad aliud non detur regressus ex celebri *Theodosii* sanctione *in l. fin. C. de codicill.* vbi septies repetitur non posse quempiam, postquam agendo testamenti viam elegit ad intestati causam redire: ibi: *ad fideicommissi persecutionem aspirare cupiens, minimè permittatur*; & rursus: *vtrum velit eligendi habeat potestatẽ, sciens se vnius electione, alteriùs sibi aditum præclusisse*: & iterum; *illo electionis iure perdurante, vt qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit*; vbi est *glos. celebris in verb. præclusisse, &* facit *tex. in l. 1. C. de furt.* vbi
3 quis vnam ex actionibus contrarijs potest eligere, nec posteà datur variatio: quam regulam exornant eleganter præ cẹteris *Salyc. in d. l. 1. post. num. 12. C. de furt. & Romanus in fortiori casu in cons. 125. & tex. in l. quod in hærede §. eligere de tribut. act. Rota Roman. apud Ludouis. decis. 270. num. primo.*

Eamque procedere etiam, re integra ante acceptationẽ; nàm per solã petitionem hæreditatis ex testamento ita intelligitur via codicillari renunciatũ, vt statim ad successores ab intestato incipiat pertinere, *l. 1. §. quod semel de success. edict. Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 28. & de retract. q. 8. in fine*, ex quibus, & alijs sic elegan-
4 ter ratiocinatur *Camill. de Medic. cons. 40.* per totum præcipuè *num. 18. & Dominus Consiliarius, & Præs. Regię Cameræ Summariæ Fab. Capicius Galeota eius gener nobilitate, & doctrina non minùs, quàm ipse clarus in add. ad cons. 41.*

Nec obstat *decis. Afflict. 134.* vbi
5 videtur licita variatio à causa testati ad causam codicillarem; nam respondẽt proximè citati Authores, casum *Afflicti* fuisse valdè diuersum, ibi enim varians erat reus; nõ autem actor,

actor: at regula est, quod reus potest opponere plures exceptiones etiam contrarias.

Nec iuuantur hæredes scripti ex clausula, *omni modo meliori*, in eorum petitione apposita; nã illa extẽditur, & ampliatur ad omne illud, quod actioni iam propositæ congrunm est, & consentaneum; non autem ad contrarium, & penitus diuersum, prout est clausula codicillaris: nàm aliàs esset dare absurdum, posse quempiam duas actiones contrarias, eodem tempote proponere.

Imò nepotes ab intestato venientes habent priùs deducere legitimã, & Trebellianicam: nàm & si à principio per viam clausulæ codicillaris hæreditas esset petita; tamen illam habere deberent à manibus ipsorum nepotum ab intestato venientium, *Bar. in l. 1. ff. de iur. codicill. Craff. q. 50. §. testamentum, Clar. in eodem §. testamentum q. 46. & Camill. de Medic. d. conf. 41. nu. 2. Glof. in l. fin. C. de codicil. in verb. ex more litera C. vers. an ergò* notabiliter dixit, quod qui ex codicillis habet hæreditatem, non poterit petere mitti in possesionem; quia legitimi hæredes videntur rogati. Et quod fideicommissarij non sint legitimi contradictores ad impediendũ immissionem hæredis ab intestato, probat *Rolan. conf. 78. lib. 3. num. 14. & 15.* & quãdo aliquid est detrahẽdũ ad beneficium hæredis abintestato ratione legitimæ, vel Trebellianicę, indubitanter dicta opinio procedit, *Roland. d. conf. 78. num. 21.* etiam in casu fortiori nimirum, quando fideicommissarius posideret *Ioseph. Ludouic. decis. Peruf. 47. num. 15. cum pluribus seqq. Rota* quàm pluribus decisionibus hoc confirmat *decis. 115. par. prima inter nouissimas recollectas per Farinac. præcipuè num. 11. Anna pater allegat. 19. num. 11. & 12. ac Vinc. de Franch. decis. 204. nu. 5. & 6. & nu. 28. & 29. & 30. & Anna filius conf. 103. nu. 6. & 7. Cacher. dec. 34. n. 22. & 27. Pereg. de fideicomm. art. 47. num. 64. & art. 48. num. 17.*

Magna Curia Vicariæ referente *meritissimo Iudice Donato Coppula meo affine* censuit interponendum esse præambulum ab intestato in beneficium nepotum, tenẽdo infrascriptas conclusiones. Quod nepotum ex filia præteritio in continenti probata impedit immissionem scriptorũ hæredum. Quod renunciatio matris etiam iurata, & facta pro se, & hęredibus non officit nepotibus quin veniant ex proprijs personis ad aui successionem. Quod petens hæreditatem ex testamẽto non possit amplius iuuari clausula codicillari: & posteà confirmatum fuit per Sacrum Consilium, vt audiui.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia conquassantur inter pariter priuilegiatos.*
2 *Par in parem imperium non habet.*
3 *Ecclesia quare non teneatur Fisco edere titulum.*
4 *Possessio longæua releuat ab onere exhibendi titulum.*
5 *Iurisdictio omnis ab initio sæculi penes Principem fuit.*
6 *Regi omnes gentes subesse oportuit.*
7 *Populus Principi Iurisdictionem restituit.*
8 *..aliquando Regiam authoritatem vsurpauit.*
9 *Iurisdictiones omnes à Rege fluunt, & refluunt.*
10 Dominus Regens Carolus de Tapia *laudatur.*
11 *Iurisdictio ad aliquem pertinere non potest absque Principis concessione.*
12 *..est de regalibus Principis.*
13 *.non intelligitur cõcessa, concesso simpliciter castro.*

14 Re-

Possessorem quemcunque teneri ostendere titulum possessionis rei, in qua Fiscus habet pro se iuris præsumptionem, ad ornatum l. cogi C. de petit. hæred. & Constitutionis Regni, Ab Officialibus.

C A P V T XIII.



Obilis equidem fuit, sed iam priscis Cęsarum tēporibus determinata quæstio, an possessor teneatur exhibere titulū suæ possessionis: & quid Fisco instante; namque *Imperatores Arcad. & Honorius in l. cogi C. de petit. hæred.* generaliter inquiunt; *cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum suæ possessionis dicere, inciuile est*, & magis in specie peculiari Regni huius Constitutione Imper. Feder. vt in Constitut. Ab officialibus nostris, id Fisco vetitum fuit. Quare cum Archiepiscopus Salernitanus (qui, dum hæc scribebam, erat Eminentissimus Dominus Cardinalis Lutius Sanseuerinus) possideret vti de mensa Ecclesię iurisdictionem Baiulationis Terræ demanialis Montis Corbini, & vellet eam exercere circa causas liquidationum instrumentorum; institit Fiscus in Regia Camera Summarię ipsum cogi ad exhibendum, & ostendendum, quo titulo tenet, & possidet iurisdictionem prædictam.

Hoc equidem nimis durum, & à præfatis iuris regulis valdè alienum asserebat Eminentissimus Cardinalis. Primò *per text. in dicta l. cogi*. Secundò per dictam Constitionem *Ab officialibus nostris*. Tertiò per rationem; quia dato, quod Fiscus hoc posset prætendere, id intelligeretur eidem competere ex priuilegio à iure sibi tributo, vt voluit *Martin. Laudens.* & post eum *Gramat. cons. 9. n. 2.* quo quidem priuilegio nō potietur contra Ecclesiā pariter pri-
1 uilegiatam ex regula conquassationis priuilegiorum inter priuilegiatos, per quam reducitur res ad terminos iuris communis, *authen. quas actiones vbi DD. C. de Sacros. Eccles. tex. elegās in l. sed & milites §. 1. ibi; coæqualitas honoris de excusat. tutor. Vinc. de Frāb.*
2 *dec. 553. n. 4.* & quia par in parem imperium non habet, *l. ille à quo §. tempestiuum ad Senat. consult. Trebell.* vnde doctissimus *Marc. Ant. Pereg. in tract. de iur. Fisci lib. 7. cap. 3. nu. 24.* expressè docet, quod si Fiscus ageret contra Fiscum, vel alium priuilegiatū, tūc
3 non vtetur tali priuilegio petendi tituli exhibitionem, & in specie in Ecclesia, quod ratione paritatis, quam habet, ad id nō teneatur: videtur sentire *Ias. in l. ne quisquam n. 5. de edēd.*

Quartò per authoritatem maximi nominis *DD.* præsertim *Bart. in l. 1. num. 2. C. de conduct. domus Aug. lib. 11. vbi Andr. de Barulo* testatur, multos processus vidisse pro hoc irritari, & tenet etiam *Andr. de Isern. in cap. Imperialem §. illud col. 4. de probib. feu. alienat. per Feder. Ioann. Antonius de Nigris ad cap. Regni 66. quod incipit, Prędicti magistri Procuratores n. 14.* & plures decisiones se patrocinante factas refert *Io. Vinc. de Ann. alleg. 79. num. 3.*

Et

Et tandem ex eo quod, et si regu-
4 liter liceret Fisco petere Ecclesiæ ti-
tuli exhibitionem, nusquam tamen
permittendum esset, vbi obijceretur
ei longæua possessio, puta triginta an-
norum, prout latè fundat *Glos. in con-
stit. si dubitatio, verb. faciente, vers. sed
nunquid in præmisso*, qua ratione *eru-
ditissimus Dominus Io. Francisc. Capibl.
olim, & in Regia Audientia, & in M.
Curia Collega noster in comm. ad Prag.
1. de Baron. num. 50.* habet pro abso-
luto, quod data longa possessione,
neque Fiscus cogere poterit possidē-
tem ad ostendendum titulum; idem-
que procedere in habente iurisdictio-
nem in officium.

Hæc & alia huiusmodi, quæ tamen
minùs stringunt, materiam mihi de-
derūt veritatē articuli inuestigādi, vt
eiusdem tàm Eminentissimi, quàm
vitæ moribusque probatissimi Car-
dinalis Imperio parerem.

Dixi ergò præmittendum fore in
proposita speci e, omnem iurisdictio-
nem penès Principem fuisse etiam ab
initio sæculi, ex vi concessionis Do-
minicæ Adæ primo parenti omnium
animantium Imperatori factæ, vt per-
bellè obseruat *Dominus meus in com.
ad Reg. Constit. Post Mundi machinam
lib. 1. Iur. Reg. Neapol. nu. 21. & Genes.
c. 1.* vbi Dominus; *dominamini*, ait, *pi-
scibus maris, & volatilibus Cæli, & om-
nibus animantibus, quæ mouentur super
terram*: siue id factum fuerit Deo iu-
bente, siue eo sinente, & permitten-
te, vt voluit *And. in prælud. feud. n. 30.*
6 proindè iurisdictionem Regiam esse,
gentesque omnes Regi subesse opor-
tuit, *ad tex. in l. 2. de orig. iur.* idque
Tiberio Cęsari monitum faciebat *M.
Terent. apud Tacit. lib. 6. Annal. tibi, in-
quiens, summum rerum iudicium Dij
dedere, nobis obsequii gloria relicta est.*

Et si sæuiente tiramnide ipsa à Po-
pulo aliquando vsurpata fuerit *l. 1. §.
exactis de orig. iur.* vrgentibus tamen
publicis ærumnis, & necessitatibus,
8 idem Populus in Principem contulit
iurisdicendi potestatem, *l. 1. de constit.
Princip. l. 1. §. cum enim C. de veter. iur.
enucleand. §. interim, authen. de defen-
sor. Ciuit. §. illud autem, vt Iudic. sin.
quoq. suffrag. Andr. & cęteri in cap. 1.
verb. potestas n. 64. quæ sint reg. cū alijs
cumulatis per Mastrill. in tract. de ma-
9 gistrat. lib. 3. cap. 2. num. 4.* à cuius iu-
risdictione cæteræ omnes tanquam à
fonte dimanare, & fluere dicuntur
*d. l. 1. de constit. Princip. l. 1. §. cum vrbē
de offic. præfect. vrb. l. 1. C. eod. Andr. de
Isern. loco cit. Bald. Ias.* & alij relati per
10 *Eminentissimum Iurisconsultum D.
Regent. Carol. de Tapia Marchionem
Belmontis auunculum meum in eadem
celebri repetitione, quam non dum adul-
ta ætate pro Republicæ literariæ bono
typis mandauit, rub. de constit. Princip.
cap. 4. num. 10.* subdens, ideò iurisdi-
ctionem ad aliquem pertinere non
11 posse absque Principis concessione
& rursus *in decis. 1. Suprem. Ital. Senat.
num. 1. & tradit Afflict. in constit. cum
satis num. 11. & in cap. 1. notab. 1. quis
dicatur Dux, Camill. Borrel. de præstan.
Reg. Cathol. cap. 21. num. 14. Mastrill.
d. lib. 3. de magistr. cap. 2. nu. 19.*

12 Adeòque iurisdictio ipsa inhæret
ossibus Principis, vt dicatur esse de
regalibus primi capitis *prout ex Bal.
Abbat. Alex. & alijs fundat doctissimus
Siculus D. Marius Cutelli in sua decis.
1. oratione 1. nu. 3. & 7.* & non intelli-
13 gitur concessa, concesso simpliciter
castro, *Andr. in cap. Imperialem, §. præ-
tereà si inter duos, de probib. feud. alien.
per Feder.* Quidquid in contrarium
senserit *Bald. in cap. 1. de Cap. qui cur.
vēdid. & post alios Couar. pract. quæst.
cap. 1. num. 10.* quorum dissonantiam
ad concordiam reuocare intendit *D.
meus ad d. l. fin. de Constit. Princip. c. 2.
num. 22. & seq. par. 1.*

14 His conſequens fit, quod omnia
præſumũtur Regi ſubiecta quòad iu-
riſdictionem, niſi probẽtur exempta,
*Aff.ict. poſt Gloſ. & Andr. in conſtit. ſi
dubitatio*: quæ præſumptio Regi aſſi-
ſtens iuris eſt, facitque vt cum agi-
tur de iuriſdictionalibus, quæ ſolent
15 ab ipſo Principe concedi, vel aliud
quid ſimile; præſumptio ſit contra
poſſidentem, & vnuſquiſque tenea-
tur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſio-
nis, tradunt *Gloſ. & DD. in cap. contra
morem* 100. *diſt. Lucas de Penn. in l. 2.
C. de fund. Limitroph. lib.* 11. *num.*
Gramat. conſ. 9. *Pereg. de fideicomm. art.*
52. *num.* 139. *Maſcard. de probat. con-
cluſ.* 1377. *num.* 32. *Capiblanc. loc. cit.
num.* 50. & facit ad hoc *tex. in l. 3. ff. de
eden.* ſecundum intellectum, quem
probarunt *Fulgoſ. & Iaſ. in ead. l. &
Bart. in l. 2. §. Diuus Adrianus de iur.
fiſc. & tex. in §. ſi verò dicatur auth. de
teſtib.* vbi ille, qui dicit ſe liberum, te-
netur prius demonſtrare inſtrumentũ
16 libertatis; quod ſpecialiter cõceſſum
Fiſco, vt reus teneatur ſibi edere in-
ſtrumentum ad fundandam ipſius in-
tentionem, dicit *Martin. Laud. in
tract. de fiſc. priuil.* 237. *Gaſpar. Theſ.
lib. 4. quæſtion. forenſ. cap.* 50. *num.* 6. &
ſequitur *Gramat. d. conſ.* 9. *num.* 2. vbi
refert ita iudicatum per Regiam Ca-
meram Summariæ.

Et quidem expreſsè in propria
materia iuriſdictionali ſic concludit
*Dominus meus in d. rub. de Conſt. Prin-
cip. cap.* 4. *num.* 11. quod quilibet præ-
tendens iuriſdictionem in aliquo Re-
gni loco, debet neceſſariò probare
titulum ipſius, alioquin ſuccumberet
17 ex ſola præſumptione iuris, quæ Re-
gem comitatur, ſicque tenet *Afflict.
in cap. 1. de controuerſ. inueſtit. cum
multis alijs relatis per Azeued. ad l. 2.
tit. 1. lib. 4. nu. 2. noua recopil. Maſtrill.
d. lib. 3. cap. 2. num.* 11. *& nu.* 17. *Ant.
Padiglia in l. altius C. de ſeru. & aqua
nu. 4. & 6. cum pluribus alijs per Ma-
ſtrill. relatis*, & poſſeſſorem poſſe tali
iuriſdictione ſpoliari, ſi facta monitio-
ne titulum non oſtenderit, *ex Re-
gente de Pont. conſ.* 40. *notat Capiblãc.
in nouiſſ. to. 2. de Baron. cap.* 77. *nu.* 20.
Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 441.
num. 14. *& ſequitur Cutelli d. deciſ.* 1.
orat. 1. *nu.* 10. *&* 11. vbi ponit praxim,
& orat. 4. num. 9. ea ſcilicet ratione;
quia præſumptio iuris transfert onus
probandi ad reum, *l. ſiue poſſidetis C.
de probat. vbi gloſ.* poſtquam arguit
de contrarijs, ſoluit; quod ideò
probat, quia præſumptio eſt pro
actore.

Vnde etiam fit, quod quotieſcun-
que lis eſt inter dominum, & vaſallũ,
vel aliam perſonam, quę fatetur rem,
de qua agitur, eſſe de directo domi-
nio petentis, tunc tenetur oſtendere
titulum, ſecundum *Bald. in l. 2. C. quo-
mod. & quand. iud. Dec. conſ.* 61. *Affli.
deciſ.* 175. *num.* 87. *Poller. in prax. cenſ.
verb. huiuſmodi, num.* 110. *Maſcard.
de probat. concl.* 179. *nu.* 36. & ad idem
Bald. in l. ſi legatum ff. de eden. tenet,
19 quod emphiteuta non tenetur ede-
re domino inſtrumentum inueſtiturę
liuellariæ, niſi tamen poſſideret vt
emphiteuta, & proinde *Pereg. d. lib. 7.
de iure fiſci* limitat regulam *d. l. cogi
20 C. de pet. hæredit.* in habentibus aliquã
rem in feudum, & in eo, qui poſſidet
regalia, vt teneatur ad petitionẽ pro-
curatoris Fiſci oſtendere titulum.

Nec aduerſus Fiſcum iuuabitur
poſſeſſor longæua quauis poſſeſſio-
21 ne, quia ea quæ ſunt Principi reſer-
uata in ſignum ſupremę authoritatis,
nõ niſi centum annorum ſpatio præ-
ſcribuntur, *c. ſuper quibuſdam § præte-
rea, vbi Abb. de verb. ſignif.* & plures
alios refert *Surd. deciſ.* 1. *num.* 10. & in
Regno eſt huiuſmodi iuris commu-
nis diſpoſitio extenſa etiam ad ea,
quæ competunt Fiſco iure priuati, vi-
gore

gore Constitutionis Regni, *Quadragenalem*, præsertim si iurisdictio præscribenda sit, prout docet *Dominus meus in comment. ad eandem constit. lib.4. Iuris Regni num.8.& ibi etiam Andr. de Isern. col.* 3. vbi ait, *sic in de-*
22 *manijs Principis, vt præscribantur tempore cuius non extat memoria longa ff. de vsucap.l.vsucapio, & in tali longa seu modici temporis præscriptione oportet, quod ostendat titulum, ff.de aqu.quotid. & æstiu.l.1.§.ait Prætor, de loc.pub. fruen.l.1.* idem dixit *in constitutione, si dubitatio circa finem, vers. sed si dicat*; *& ibi glos.in verb. censeatur*; *nota*, inquit, *quod certi inducti sunt modi à iure ad probandum contra ius demanij, qui ponuntur hic, & supra l. proxima: inter quos non numeratur præscriptio*; *vnde patet quod in demanijs nullius temporis præscriptio obijcitur*. Quod totum expresse cautum est *per Const. Regni cum vniuersis*, vbi statuitur possiden-
23 tem fiscalia nulla præscriptione iuuari posse. Vnde *Verall.dec.304.p.3.* indistinctè tenet, quod in iurisdictionalibus possessio sine titulo nihil operatur; *Couar. & Gramat. relati per Azeued.in d. l.2.tit. 1. lib.4.nou. recop. num.3.*

Horum quidem ratio est, quam
24 eleganter tradit *Bald. in l. 1. num.6. C. si de moment. possess.* quia possessorium iurisdictionis ideò dicitur mixtum, quia desiderat iuris adminicula, & proinde debet fundari in aliquo iure vero, vel præsumpto: quia cum
25 fundetur in iure, non sufficit exercitium solum aliquorum actuum, cum sequitur *Cassador decis.1.num. 1. vt lite pendente, & Dominus Regens Rouit. vir summa integritatis, & doctrina in comment. ad Pragm. Regn. primam de iurisd. inuicem non turban. num. 32. Ozasch.Menoch.Affli.Decian. & Pereg. relati per Cutell. d. decis. 1. oratione 4. num. 6.* Præterquam quod in iurisdictionalibus nunquam acquiritur quasi possessio ex frequentia actuum, nisi constet quoque de scientia, & patientia illius contra quem acquiritur, *l.quoties la secunda ff. de seruit. l.2. C.de seruit. & aqu.* & ita in puncto decisum fuit per Sacr. Consilium teste *Capic.decis.57. quem refert idem Dominus Regens Rouit. ibidem num. 27.* & multos allegat *Cutelli loc. sæpè cit. orat.1.nu.122.* nisi tamen immemorialis sit præscriptio, quia ex tanto tempore scientia, & patientia præsumitur, prout esse cōmuniorē sententiam testatur *Io.Oroscius in l.Imperiū de iurisd.om. iud. cum alijs per Azeued. ad l.1.tit.15. lib.4. nou.recop. num.15.*

Et tandem, etsi Ecclesia haberet quasi possessionem iam quæsitam, vt inde dici possit licet abundè, quod longæua possessio inducat præsumptionem tituli; tamen in præsenti non
27 poterit hoc operari, cum hęc sit possessio turbans possessionem Regij Fisci, & ideò non iuuat possidentem, nisi de titulo doceat, iuxta singularē doctrinam *Baldi in l.vis eius C.de probat.* secundum quam iudicauit Sacrū Consilium, *vt refert Capyc.decis.77. num.3.Gramat.decis.81.num.12. Cacher. decis.Pedamon.34. & alij relati per D.Reg. Rouit.ad Pragm.9.de feud.*
28 *num.34.* eò magis, quia possessio Ecclesiæ in proposito dum contendit cum Fisco præsumeretur iniusta, vti posterior, *cap.licet causam de probat. Marant.in prax.4.par.princip.dist.7. nu.16.in tract.de remed.possess.nu.112. cum alijs relatis per Horat.Viscont.in suis conclus.verb.possessio in fine, Rota Roman.coram Ludouis.postea S.P. Gregorio XV. decis.6.num.3. inter collect. per Beltramin.& rursus decis.171.*

Quod si hæc procedere dicimus, vbi ius cōmune prima facie adsistit Fisco, dicendum erit multò fortius habere locū, vbi idem ius regulariter

resistit

resistit possessori:veluti si de p se aliàs
esset incapax talis iurisdictionis, nē-
pè quia clericus, siue alia persona
Ecclesiastica, quæ ad secularem iu-
risdictionem exercēdam assumi pro-
hibentur *cap. 1. 2. & toto tit. ne clerici
vel Monachi*,& facit illud *Apostoli 2.
ad Timot.nemo Deo militans implicet
se negotijs secularibus*, quod quidem
pluribus Regni legibus sancitum est,
ad quarum exornationem plura no-
tatu dignissima magistraliter de mo-
re tradit *Dominus meus ad Constit.Re-
gni clerici,tit.de epis.& cler. lib.1. In-
ris Regni*.Nisi ergo speciali Principis
cōcessione ei tribuatur, *Bal.in Auth.*
30 *habita,C.ne fil.pro pat.Mastr.de mag.
lib.2.cap.6.nu.* 40. clericus exercens
iurisdictionem dicitur habere resistē-
tiam iuris communis,& municipalis,
quo casu semper tenebitur exhibere
titulum, prout declarat *Felin. in cap.
licet Heli,num.15.vers.4.de simon. per
textum expressum in cap.ordinarij de
offic.ordin. in 6. & sequitur Mascard.
d.conclus.1377.nu.10.* taliter limitan-
do regulam *textus in d.l.cogi C.de pe-
tit.hared & Lucas de Penna in l. quicū-
que C.de fund. Limitroph. lib.11.* nota-
biliter docet,quod si aliquis reperia-
tur regalia in terris demanij posside-
re, cogendus erit illa dimittere, nisi
priuilegiū legitimum ostēdat. Idem-
que in eo,qui tenet feudum.sed si es-
set incapax, vt clericus, posset etiam
à Domino spoliari possessione
ipsius, nisi in promptu doceat super
his dispensationem habere;quem se-
quitur *Capyc. decis.77. num.10.* & sic
quoque docet Euangelista feudo-
rum *And.de Isern.in Constit. Reg.Vio-
lentias,& sequitur Mastrill.de Magist.
lib.1.cap.11.num.10.* & hoc est, quod
sentit *glos. in d. constit. si dubitatio,
verb.possessio*, subdens, *cōtrarium in
rebus,in quibus Fiscus habet intentionē
fundatam prima facie*, & concludit
*& propter hanc præsumptionem trans-
fertur probatio in conuentum.*
31 Comprobantur hæc mirificè ex
textu expresso *in c.1.de præscript.in 6.*
vbi Summus Pontifex statuit, titulū
debere allegari per præscribentem,
quotiescunque est ius commune cō-
trarium, vel habetur præsumptio cō-
tra ipsum: quem textum indistinctè
procedere dicit *Decius*, quando præ-
scribitur contra eum, qui habet fun-
datam intentionem de iure com-
muni.

Hinc descendit illud notabile di-
ctum *Ioannis Fabri in §.retinendæ nu.
33. vers. item nota instit. de interdict.
quem sequitur Menoch.de retinen.posses.*
32 *remed.3. nu.590.* quod interdictum
vti possidetis non datur ei cui resi-
stit ius, contra eum qui fundat de
iure, nisi probet titulum,vel nisi spo-
lium sit commissum lite pendente,
prout *ex Menoch. aduertit Peguer.dec.
246.*vnde si dominus iurisdictionis,
vel territorij, in quo alius prætendit
possessionem, seu quasi iurisdictionis
turbaret eū in huiusmodi quasi pos-
sessione, non daretur turbato illud
interdictum,ita specificè docet *D.R.
Rouit.ad Pragm.1. de iurisd. inuicem
non turband.num.29. & 30.*

Et sigillatim ad contraria respon-
33 dendo:dico *text. in l. cogi C. de petit.
hared.* procedere quando possidens
possideret pro suo, nec circa posses-
sionem, vel proprietatem seu circa
dominium vtile, vel directum habe-
ret alium recognoscere,prout ita *tex.*
illum intelligit *Gramat. dicto cons. 9.
num.3.* licet meliùs declaret *Foller.
in prax.censual.num.110.*subdens;*nec
obstat regula prædictæ l.cogi,quia limi-
tatur in prætendente titulum in re alie-
na, vt in eo qui fatetur se censuarium,
seu vasallum.*

Rursus quando præsumptio est
contra possessorem non procedit re-
gula

gula prædictæ leg. ita eleganter respondet *Capic.decis.6.n.7.Mascard. d.conclus.1377.num.10.*

Ad *textum* verò *in d. constit. Ab*
34 *officialibus nostris* respōdetur, & quidem aptissimè mea sententia; ideò inibi officiales prohiberi petere à vasallis titulum possessionis; quia supponitur id fieri occasione dominii generalis omnium rerum existentium in Regno, quod est penes Regē, quod cum nō sit, nisi quòad protectionem,
35 vt voluit *Lucas de Penn. in l.cum neq; C.de incolis lib. 10. Lus.in l. cunctos populos num.10.C.de sum.Trinit. & post eos Dominus meus ad rub. de Constitut. Princip.num 81.* ipse addo *Andr. de Isern.in cap.1.§.naturalis num.4. de probib feud.alienat. per Frider. per tex. in l. final. iuncta glos.* ibi; *quòad protectionem, vel iurisdictionem*; *C.de quadrien. præscript.* vnde illud *Seneca lib. vltimo de benef.sub optimo Rege omnia Rex Imperio possidet, singuli dominio*, qua de re videndus est doctissimus *Don Ferdinand. Mendoza disputation. iur.ciuil.lib.1.q.2.num.25.*

Hinc rectè statuitur, non esse vexandos vasallos in eorum possessione, secus erit quando agitur de re particulari ad Fiscum, seu Regem peculiari iure pertinente, quæ ab ipso non nisi per specialem concessionem separari potest, secundum *Oldrad.cōs. 64.Luc. de Penna in l.quicunque C. de omn.agr.deser. lib.11. Mastrill.latè d. lib.3.de magistrat. cap.2.* qui quidem sensus expressè continetur in illius Constitutionis serie, ibi; *cum nihil per Curiam nostram de speciali, vel communi iure proponatur ab eis contra legitimos possessores*; estque vera, & genuina decidendi ratio ad illum *textū*, quam insinuauit *Gramat.* licet non sic declaret, & exornet *d.cons.9.nu.9. in fine*, subdens tandē, quod dicta cōstitutio reseruat iura Fisco, sed ius est Fisco petere à possidente tituli exhibitionem, ergò &c.

Ad rationem verò tertio loco positam pro confirmatione illius sententiæ respondetur fallaciam esse in sub-
36 iecto, quandoquidem ius competēs Fisco ad petendum tituli exhibitionem non est ratione priuilegij: nullo enim iure, vel municipali lege id cautum reperitur, sed competit suaptè natura; dominij scilicet, quod ipse habere præsumitur in his, quæ sunt de regalibus, *cap.1. quæ sint regalia, vbi DD.* eo ipso quod contrarium non constet per vnum ex modis, de quibus *in d.Constit.si dubitatio.*

Rursus Ecclesia nullo priuilegio
37 vti potest contra Fiscum, vel Regem in præsenti ad denegandam tituli ostensionem, prout & quilibet vasallus non denegaret; quia in his, quę Ecclesia tenet in feudum à Rege, fungitur iure priuati, & subijcitur ipsi, diciturque eius vasalla, vnde ratione feudi cōuenitur, & reconuenitur coram Iudice laico, *cap.cæterùm de iudicijs, cap. ex transmissa, cap.verum, vbi DD.de foro competen.* ele anter *Isern. in cap.1.§.final.num.21. vers.nunquid de capitul.Corrad. Guid.Pap. dec.139. num.1.Boer.decis.69.num.8. Carol.de Graff de effect.cleric.effect.1.num.718. Franc. Marc.dec.46.num. 10. Carau. ad ritum 235. num.19. Suarez contra Reg.Angliæ lib.4. de immunit. cap.14. num.12.cum sexcentis alijs.*

38 Quinimò licet Imperator iuret Ecclesiæ Romanæ fidelitatem, si tamen ipsa teneret ab eo feudum, esset eius vasalla, ita singulariter notat *Bald.in l. sed & si §.liberto in fin. de in ius vocand. Curt. Iun. de feud. p. 1. q.2.principali num.5.Graff.d. effect.1. num.719.* & tenetur ad ea, quæ alij, secundum eundem *Bal.in l.fin.C.sine censu, vel reliquis*, & ita expressè tenet, & decisum refert in materia iu-

riudictio-

riſdictionis criminalis *Capic.deciſ.27. nu.28. Afflict. in c.1. §. item ſi clericus num. 5. de cap. Corrad.* Idque proce-
39 dere non ſolùm quando de proprietate ſed etiam ſi de ſola poſſeſſione feudi ageretur *Intrigl. de feud. cent. 2. art.94.num.12. Dominus Regens Rouit. ad Pragm.2. de cler. ſaluat. quem refert Dominus meus in commen. ad cap.* Reg. *item ſtatuimus, quod clerici num.* 11. *latè Lelius Caput. in præl ud. ad Conſuet. Neapol.§.3.num.10. & ſeq. Graff. de effect. cleric. effect.1.num.*732. vbi refert *Clar. in §. feudum q. 90. num.9.* dicentem, quod opinio contraria eſt communiter reprobata, & ideò non tenenda, ſed quod ſecũdum crebriorem Canoniſtarum, & Legiſtarum Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de remedijs poſſeſſorijs in cauſa feudi contra Eccleſiam, ſiue clericum.

Inde fit, quod à decretis Curiæ Baiulationis prædictæ appelletur indiſtinctè ad Regia Tribunalia huius
40 Regni, & Iudex appellationis dicitur ſuperior, quia appellatio ſupponit ſuperioritatem, & maius imperium, vt dixit *Lucas de Penna in l.contra publicã col.25. verſ. ſed pone Rex C. de re milit. lib.12. Surd.d.conſ.*275.*nu.6. & 7.*
41 & iure quidem: quoniam Prælatus, qui iuriſdictionem temporalem habet à Rege, appellationi interpoſitæ ad eum ſtabit *ad text. in cap. Romana §. debet*, ibi; *niſi fortè de conſuetudine, priuilegio, ſiue alio iure &c. de appellat. in 6. Felin. in c. ſolitæ de maior. & obedient. Bart. in l. ſi quando C. de appellat. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de iuriſdict. omn. iudic. verſ. Paſtoralis, Guid. Pap. deciſ.*518. *&* 581. *Capic. in inueſtit. feud. verſ. feudales appellationes, & poſt multos Carolus de Graff. de effect. clericat. effect.1. nu.*510. & pro-
42 cedere etiam ſi iuriſdictio teneatur ab Eccleſia in allodium, dicit deciſum in Collaterali Conſilio *Dominus Regens de Ponte deciſ.2. per tot. & præcipuè nu.20. Marta de iuriſd. caſ.*1981 *num. 2. & ſeq.* ſubdens, quod tunc
43 Prælatus iudicatur vt Baro, & ratione iuriſdictionis, quam habet à Rege, iudicatur vt laicus, *And. in cap.1. de cap. Corrad. n.17. & 21. verſ. nunquid, & poſt Frecciam*, & alios eleganter notat *Maſtrill. d. lib.3. de magiſtr. c.8. num.31. & ſeq.*

Horum rationem aſſignat *Bart. in l. placet num.3. C. de Sacroſ. Eccleſ.* quia Eccleſia fungitur iure priuati, ex quò non reperitur in aliquo priuilegiata, ſequitur *Anaſt. Germon. de Sacror. immun. lib.3. cap.17. num.*87. *& Carol. de*
44 *Graff. d. effect. primo num.*720. ſubdit, hinc eſſe quod ſi Eccleſia conuentiones, & leges feudorum nõ ſeruat, ita feudũ amittit, prout perſona priuata, allegat *Bald.* vnde circa iuriſdictionalia Rex poteſt ſtatuere etiã cõtra Eccleſiã, ſtatuendo quod nõ reddatur ei ius, ſed reddatur coram tali, & tenet *Iaſ. in l. Gallus §. & quid ſi tãtùm* 12. *col. de liber. & poſthum. Capic. in inueſtit. verb. feudorum clauſula verſ. etiam ad inſtantiam Eccleſiarum fol.* 128. & poſt eos *Dominus meus ad rub. de conſiit. Princip. c.4. n.13.* ſi ergò par eſt cauſa vaſalli, & Eccleſię in his quæ tenẽt in feudum à Regia Curia, tenebitur quoque ad omnem inſtantiam Fiſci exhibere titulum poſſeſſionis, prout quemlibet alium vaſallũ teneri ſupra fundatum eſt. Tandem authoritatibus pro contrario allegatas facillimè ſatisfit; & quidem *ad*
46 *And. de Barulo*, qui dicit vidiſſe multos proceſſus irritari contra Fiſcum, nam non conſtat, an Fiſcus in illis cauſis haberet præſumptionem pro ſe, & ſuam intentionem in iure fundatam, quo caſu opinio per nos fir-
47 mata eſt ſine controuerſia; præterquàm quod in feudalibus de quibus agere videtur *Io. Vinc. de An. alleg.*79.

eſt

est sua quæstio, & licet ipse affirmet non teneri possessorem ostendere titulum, loquitur tamen illi causæ inseruiens contra doctrinas superiùs per nos relatas, quæ etiam in feudalibus loquuntur, prout *Lucas de Penna, Pereg. Gramat. Foller. & cęteri*, & proinde contrarium seruari, quicquid dicat *Andr. de Barulo*, testatur *Dominus meus Regens Tapia in com. ad Constit. Regni inter multas num. 9. sub tit. de offic. procur. Cæsaris, & sequuntur eruditissimi Siculi Muta super cap.* 387. *Reg. Alphon. & Cutelli d. oratione* 1. *num.* 43. *& latius oratione* 2. *num.* 7. inibi referens 41. *DD.* id asserentes etiam in re feudali.

Et ad dicta per *Capiblanc.* dico ipsum alioquin eruditissimum id asseruisse contra easdem doctrinas ab eo pro illius sententiæ confirmatione allegatas: nam Constitutio Regni *Ab officialibus nostris* habet sensum per nos superiùs enunciatum: præterquam quod de materia iurisdictionali nullus est inibi sermo, prout ex ipsius serie palam fit; & *Capic. decis.* 77. *num.* 7. hæc profert verba; *adde prædictis, quod quandoque præsens status non contradicit, nec consentit origini, sed est præter eius naturam, vt quia reperitur quis in quasi possessione vectigalis exigendi, vel iurisdictionis in loco exercenda, vel clericatus, & similium, & in istis casibus quasi possessio non prodest, nisi de titulo doceatur, quia ista sunt accidentia, &*
48 *non sunt iusta, nisi iustificentur*. Ecce quantum distent ab eo, ad quod per *Capiblanc.* allegantur.

Et *Vinc. de Franch. decis.* 165. *nu.* 4. dicit etiam quod titulus concessionis officij ostendi debet quia in eo magis strictè proceditur, quàm in feudis, ergò non meretur pro se allegari, sicut nec *Capitulum Regni 66.* quia nihil de hac re.

Concludo igitur, expeditum esse in iure, Fiscum posse cogere possidentem rem in qua habet fundatam intentionem de iure, ad ostendendum titulum. Pendet lis adhuc indecisa in Regia Camera Summariæ.

SVMMARIVM.

1 *Index militaris cognoscit an reus sit miles vel ne, sed de veritate numeris sequentibus.*

Dominus Ioan. Franciscus Sanfelicius *laudatur.*

2 *Priuilegium militare extenditur etiã ad delictum ante commissum.*

3 *Iudex ipse cognoscit, an sua sit iurisdictio, vel ne, quoties aliquid opponitur contra illam.*

4 *Iudex fit competens ratione connexionis siue accessionis ad causam principalem.*

5 *Iudex competens in causa preparata, fit etiam competens in causa praparatoria.*

6 *Præses Prouinciæ cognoscit de causa status si coram ipso incidenter obijciatur.*

7 *Iudex causæ criminalis cognoscit etiã de ciuili incidenter obiecta.*

8 *Contumax amittit priuilegium fori.*

9 Textus in l. qui cum vno §. reus de re militar. *declaratur.*

I Ad

Ad militarem Iudicem non pertinere cognitionem, an reus sit miles, vel ne, nisi eum in fortijs habeat: ad intellectum textus in l. qui cum vno §. reus, de re militar.

CAPVT XIV.



Capto in maritimis Calabriæ in anno 1615. Marco della Greca for iudicato Regiæ Audientiæ Salerni, & facta ipsius personæ recognitione iuxta praxim traditam *per Foller. in verb. foriudicentur verf. vt nihil remaneat & Farinac. q. 11. num. 21.* allegabat debere reponi in pristinam libertatem vigore cuiusdã salui conducti expediti ab Excellentissimo Regni Protege Duce Albæ, vt per quinquennium inseruiret in bello, quo elapso pro omnibus ab eo commissis facinoribus indulgentiam consequeretur. Sed quia per Fisci patronum plura opponebantur aduersus prædictum saluum conductum, petijt carceratus cognitionem huius articuli remitti ad Iudicem delegatum huiusmodi militiæ, qui tunc erat, prout ad præsens est *Regius Cons. Ioannes Franciscus Sanfelicius nobilissimus patritius Neapolitanus doctissimus, & integerrimus Iudex, qui summa omnium laude multis annis præfuit nostræ Aulæ criminali Magnæ Curiæ*
1 *Vicariæ.* Etenim supponebatur expeditum esse in iure, vt quoties dubitatur an quis sit miles, vel ne, eius rei cognitio pertinet ad militarẽ Iudicẽ, *ex tex. in l. qui cũ vno §. reus de re militar.* quem ad hoc extollit *Io. Faber in l. magisteria de iurisd. omn. iudic. & sequitur Gregor. Lopez ad l. 3. tit. 29.*
2 *p. 7. glos. 2.* vbi amplius probatur priuilegium militare superueniens extẽdi ad delicta cõmunia vt latè defendũt *Marc. Mant. de priuileg. milit. priuil. 30. Tiber. Decian. tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 24. Caball. resolut. crimin. cẽt. 2. cas. 147. nu. 7.*

Sed pro Fisco dicebatur huius articuli cognitionẽ omninò spectare ad Regiam Audientiam. Primò nam
3 id regulare est in quocunque Iudice siue ordinario, siue delegato, vt ipse cognoscat an sua sit iurisdictio, quoties aliquid obijcitur contra illam, vt docent communiter *DD. in l. proscriptione C. si contra ius, vel vtilit. publ. & in c. super literis de rescript. quos allegat Barbos. in l. si quis ex aliena nu. 111. &*
4 *112. de iudic. Gail. pract. obseruat. lib. 1. concl. 34. n. 1.* Secundò ratione accessionis, siue connexionis ad causam principalem, ex quo Iudex fit competens ad *tex. in l. si quis ex argẽtarijs §. rationẽ de edẽ. cũ alijs relatis p Barb. ad l. venditor 29. n. 185. de iud.* Tertiò quia, cũ exceptio hæc præparatoria
5 sit ad causã principalẽ, sequtur manifestè Iudicẽ cõpetentẽ in causa ppa-rata, fieri etiã cõpetẽtẽ in causa præparatoria, *arg. l. & si nõ sint 21. §. perueniamus, & l. in argento 23. de aur. & argen. leg.* si de ipsa incidẽter excipiatur, tametsi aliàs corã ipso principaliter pponatur, nequeat de ea cognoscere, *l. quoties, l. nulli C. de iud. l. vlt. C. vbi, & apud quẽ cognit. rest. l. 2. in fi. C. de pedan. l. nõ distinguemus §. de liberali de recep. arb. l. cũ proponas, C. de reb. credit. l. 2. C. ad exhib. cap. 1. de integ. rest.* & expsse pbatur *in l. 1. C. de ord. iud.* vbi Præses Prouinciæ q alias de causa status cognoscere nõ posset, si corã ipso principaliter pponeretur de ea quidẽ cognoscere valet eo q incidẽter fuerit obiecta, *& in l. 4. §. si dicã.*
7 *tur ff. si. reg.* Iudex datus ad cognoscẽdum

dū de causa criminali, cognoscit etiā de ciuili in iudicium emergēte, prout nos latius diximus *c.* 19. & hanc sententiam expressè sequitur *Menoch. de arbit. lib. 1. q. 45. per totam, Donell. lib. 17. comm. cap. 9. in fine. Cuiac. ad l. si ventris, de ventr. in possess. mitten. Fachin. lib. 1. contr. cap. 43. & alios refert Vsuald. in not. ad Donell. d. cap. 9. in fin. Zeual. pract. quaest. com. contra comm. q. 897. nu. 976. Bossius in rub. de for. competen. num.* 121.

Et tandem, quoniam per contumaciam contractam ab ipso Marco, multòque magis per foriudicationis
8 sententiam erat ei praeclusa omnis fori declinatoria, ad tradita *per Angel. in l. ad eū qui la prima de priuileg. credit. & Afflict. decis.* 133. *cum ibi additis.* Et ad
9 *text. in d. l. qui cum vno §. reus de re militari* respondebatur nil mirum, si in specie inibi proposita Iudex militaris cognoscit, an reus sit miles: nàm erat in fortijs ipsius, & ab ipso petebatur remissio per Iudicem ordinarium, vnde succedit regula *tex. in l. si quis ex aliena de iudic.* & proinde ex eo totum contrarium probari eius, ad quod *per Ioan. Fabrum* allegatur, magistraliter suo more aduertit *Dominus Reg. Rouit. in comment. ad Prag. 17. de militib. nu.* 59. qui etiam *nu.* 11. respondet ad id, quod ex eodem *tex.* traditur, nempè delictum commissū ante militiam esse cognoscendum per Iudicem militarem.

Fuit super his validè disceptatum per plures menses, defendente Domino Sanfelicio decisionem articuli ad se spectare, sed tamen supremum Collaterale Consilium censuit debere cognosci per ipsam Regiam Audientiam, cui rescripsit, vt iustitiam faceret super cognitione istius qualitatis, prout seruatis seruandis effectum fuit pronunciando non esse locum petitae remissioni ad Iudicem militarem; tum quia militiae qualitas non erat concludenter probata, tum etiam quia & si probaretur, verior DD. sententia tenet, quod delictum ante cinguli susceptionem commissum sit puniendum à Iudice ordinario, nō autem à militari iuxta diffusè, & subtiliter tradita per *D. Regent. Rouit. loco proximè citato.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio censetur prohibita, quoties Princeps causam committit cognoscendam nomine Regio.*

2 *Incidentia, siue emergentia sumunt naturam causa principalis.*

3 *Appellatione prohibita à sententia lata in iudicio, videtur etiam prohibita ab omni eo, per quod peruenitur ad illam.*

4 *Appellatio tunc censetur prohibita ab interlocutoriis, & incidentibus, quoties grauamen potest reparari in diffinitiua.*

5 *. ab interlocutoria continente grauamen irreparabile ligat manus Iudicis à quo absque inhibitione.*

6 *Appellari potest ab interlocutoria lata super Iudicis competentia, & quare.*

7 *Verba debent intelligi in potiori significatu.*

8 *Statutum prohibens appellari à sententijs, intelligendum est de diffinitiuis.*

9 *Appellatio cum tollitur, debet intelligi, vt quantò minùs laedatur ius commune.*

10 *Statutum prohibens appellationem dicitur odiosum.*

11 *Incidentia quo casu non assumunt naturam causa principalis.*

12 *Verba statuti, seu rescripti intuenda, vt cognoscatur, an prohibita sit appellatio ab interlocutoria.*

13 *Appellatio censetur etiam prohibita*

Commiſſa per Principem cauſa appellatione remota, intelligi quoque remotam appellationem ab incidentibus, & emergentibus. Et quid in interlocutoria lata ſuper Iudicis incompetentia, vel quod ſententia banni contra reum exequutioni demandetur.

CAPVT XV.



EX deciſis per Regiã Audientiam Salerni in pręcedenti articulo ortum habuit alia diſceptatio non minùs elegans, quã forẽſis, & difficilis. Vtrũ ſcilicet prohibita appellatione in cauſa, cenſeatur ſolummodo prohibita in principali, an verò etiam ab incidentibus, & emergentibus ad illam. Etenim vigore reſcripti Collateralis
1 Conſilij in cauſa inquiſitionis prædicti Marci procedebatur nomine Regio, quo caſu Iudex de ordinario efficitur delegatus, vt *poſt glo. in c. hi qui de præb. in 6. Panor. Felin. & alios tenet Clapper. in tract. de Imp. & iuriſd. conc. 25. num. 2. Paris de Put. de ſyndic. verb. ſalarium, cap. 2. nu. 2.* & idem eſt quod tollere appellationem aliàs à iure ſtatutam, vt tradit *Capic. deciſ. 111.*

Dicebat Fiſcus non eſſe deferendum prædictæ appellationi, quia huiuſmodi quæſtio incidens ſeu emer-
2 gens aſſumit naturam cauſæ principalis, ita quod eodem modo tractari debeat vtraque, vt ante omnes docuit *Bart. in extrauag. ad reprimendũ in verb. ſummariè num. 22. & Iaſ. in l. 2. nu. 5. in fine C. de edict. Diu. Hadr. tollen. Dec. in cap. paſtoralis num. 4. in fin. de appellat.* dicentes quod eadem ſummaria cognitio, quæ adhibetur in cauſa principali, adhiberi etiã debet in incidẽtibus, & emergentibus, cum eiuſdem ſint naturæ. Hinc illa vulgata *Bar.* doctrina *in l. ſolent nu. 16. de alimen. & cibar. leg.* ſi ſtatutum dicat, quod in cauſis damni dati ſtetur iuramento damnum paſſi, tunc omnẽ id quocunque modo tangens cauſam illam debet per iuramentum ter-

terminari, idēque tenuit *Baldus in l. vnita nu.4. verſ.hoc modo C. ſi de momen.poſſeſſ.* & latiùs proſequitur *Menoch.de arbitr. iudic.lib.1.q.45.nu. 9. & ſeq.Lancell.de attent. cap.12. limit. 8.num.9.& Rot.diuerſ.deciſ.245. Domini*
3 *tenuerunt,num.5.par.1.* vbi deciſū fuit, quod prohibita appellatione à ſentētia lata in iudicio,videtur etiā prohibita ab omni eo per quod peruenitur ad dictam ſententiam, modò cauſam principalē attingat,et ſubdit. *Vnde conſequenter dicetur etiam prohibita appellatio ab ipſa pronunciatione, ſine qua non poteſt deueniri ad condemnationem in iſto iudicio poſſeſſorio*; ſecundum quam opinionem *Vincen. de Frach.deciſ.513.* refert fuiſſe deciſum.

At pro inquiſito reſpondebatur: regulam per Fiſcum traditam, quod
4 appellatione prohibita in cauſa principali cenſetur etiam prohibita in incidentibus, emergentibus,& interloquutorijs; veram eſſe quoties grauamen quod infertur per interloquutoriam poteſt in diffinitiua reparari: at ſecus vbi non eſt reparabile, nàm tūc omnes *DD.* conueniunt, quod poſſit appellari, ita docet *Cynus in l.añ.ſententiam,C.quor.appellat.non recip. vbi Bart.& Paul.de Caſtr.num.2.* & iidem *in l.2.in princ.ff.de appellat.recip.Bald. in l.2.num.4. verſ. modò quæro, C. de Epiſc. aud. Francus in cap.ſuper eo il ſecondo,notab.2.nu.2.de appellat.Becc. conſ.37.num.2.Ozaſc.dec.25.num.14. verſ.contrarium*, nec tantùm ſi grauamen ſit irreparabile, ſed etiam ſi cum difficultate reparari poteſt: nam quodlibet partis præiudicium tribuit ei facultatem appellandi, vt ex pluribus docet *Sigiſm. ſcacc.de appell. lib. 3.cap.2.q.17.limit.6.memb.8.num.3.* eleganter *Surd.deciſ.36.num.14. Stephan.Gratian.lib.1.diſcept.for.cap.77.*
5 *num.9. Giurb.deciſ.56.nu.10.* & ideò appellationem ab interloquutoria continente grauamen ligare ſtatim manus Iudicis à quo abſque alia inhibitione tradūt plures quos refert & ſequitur *Lancell. de attent. 2.par.c. 12.limit.1. nu.100.* & ita deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *Vincen: de Franch. deciſ.408. & rurſus in dec. 637.* vbi dicit fuiſſe admiſſam reclamationem ab interlocutoria, lata per Regium Collaterale Conſilium in cauſa criminali,eſſeque hanc opinionem veriorem,& æquiorem.

Et in terminis quod ab interlo-
6 quutoria lata ſuper Iudicis competentia poſſit appellari,quia eſt magni mōmenti, & continet grauamen irreparabile in diffinitiua, docuerunt *Guid.Pap.q.10.in princ. Myſing. cent. 3.obſeruat.35.Iacob.Menoch.* qui plures alios refert *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.4.num.822. & nouiſſimè Steph. Gratian.tom.1. diſcept.forenſ. cap.76. per totum,vbi num.7.* refert *Decium conſ.49.* dicentem,quod ſtatutum generaliter prohibens appellationem non comprehendit ſententiam declarationis competentiæ Iudicis.

Et confirmatur, quoniam verba ſtatuti ſeu reſcripti intelligenda ſunt in principali, ſeu potiori ſignificatu, *vulg.iur.* & ideò cum dicitur, quod à ſententia talis Iudicis non poſſit appellari, debet intelligi de ſententia diffinitiua, cui magis conuenit nomē ſententiæ, non autem de interlocu-
8 toria,ita docet *Cyn. in d.l. ante ſententiam, & ſequitur Franchus in cap.cum appellationibus §.ſi verò num.3. verſ. vltimò nota de appellat.in 6. Bald. in l.ſi ex cauſa §.nunc videndum de minor. Surd.deciſ.27.num.10. & ſeq. & alios cumulat Dominus Regens Rouit. ad Pragm.6.de appellat.num.1.* & in terminis ſtatuti prohibentis appellationem tenet *Card. in c.vt debitus de appellat.in fine, Felin. in rub. de re iudic. Capic.deciſ.144.num.3.*

9 Ac-

Accedat quoniam appellatio remedium est iuris communis, & ideò cum rescriptum tollit appellationem, receditur ab ipso, vnde debet intelligi vt quantòminus possit lædat ius commune, *Rota diuers. dec.* 432. *nu.* 10. 1. *par. Alber. Brun. tract. de statu. art.* 12. *num.* 211. *Crauett. cons.* 3. *nu.* 12. *Scaccia lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 412. *& lib.* 3. *c.* 2. *q.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 121.

10 Rursus quia huiusmodi statutum dicitur odiosum, & iniquum, *Feder. de Senis cons.* 66. *Dec. d. cons.* 49. *Gratia. d. cap.* 76. *num.* 7. vtpotè quod tollit appellationem, quę species defensionis est, & hæc iuris naturæ, *l.* 1. *ff. de appellat. cap. cum speciali* 61. *§. porrò de appell. Soccin. cons.* 39. *nu.* 9. *lib.* 4. *Alex. cons.* 113. *num.* 1. *lib.* 5. *Scacc. de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 16. *num.* 3. *&* 4. quo ca-
11 su incidentia non assumunt naturam causæ principalis, ita tenet *Alciat. in l. si quis in conscribendo verb. compromissarios C. de pact.* & sequitur *Vinc. de Franch. dicta decis.* 637.

In hac controuersia dicebam decisionem ipsius pendere in totum à verbis, & tenore rescripti, seu statuti;
12 si enim ex eo statuitur quod à sententia talis Iudicis, siue lata in tali causa, non liceat appellare; tunc verissimũ arbitror assumptum, quod non intelligitur sublata appellatio ab interloquutoria; quia verba rescripti magis propriè conueniunt diffinitiuæ: & in his terminis procedunt doctrinæ allegatæ, & tradita per *Baiard. ad Clar. § fin. q.* 94. *num.* 43. *Vincen. de Franb. decis.* 408. *&* 637. vbi specificè agitur de decretis, seu sentẽtijs à quibus nõ licet appellare, prout à decretis suspitionis officialiũ, & sñtijs Regij Coll. Cons. in causis criminalibus. At si statutum, seu rescriptum dicat, quod procedatur in tali causa appellatione remota: hoc casu absurdum esset, quod posset ab interlocutoria appellari, quod non licet à diffinitiua; quoniam verbum illud *causa*, non magis conuenit diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ, incidenti, & emergenti.

Dicebam secundò, quod vbi eadẽ est ratio prohibendi appellationẽ in
13 interlocutoria, quæ est in diffinitiua, veluti cum Princeps celerem expeditionem causæ desiderat, non sentio conuincentem rationem, quare prohibita in vna, cẽseatur in alia permissa, & cur magis tribuendum sit accessorio, quàm principali. Vnde dicendũ mihi videbatur, neque posse ab interlocutoria, sicut non licet à diffinitiua appellari. Vtrũque hoc assumptũ colligitur manifestè ex verbis rescripti, ibi, *y assi os encargo que lo executeis despachandola cõ la mayor breuedad possible y sin admitirles apelaciõ alguna, q̃ por ser los delitos que estos delinquentes han cometido de tan mala calidad, conuiene que se proceda en la causa de justitia con todo rigor.*

Huiusmodi cõsiderationes visæ fuerũt meis Collegis magis subtiles, & sophisticę quàm solidæ, & subsistẽtes; sed dixi stare pro eis grauissimorum Patrũ testimonia, & authoritates, & præcipuè doctissimi *Iacobi Menochii*
14 vtrumque elegantissimè probantis. Is enim *de adipiscend. possess. remed.* 4. *n.* 814. *ex Decio in c. pastoralis n.* 4. *ver. sed considerãdũ de appell.* sic alloquitur. *At secus est (inquit Decius) cum dispositio absolutè, & simpliciter prohibet tali in causa appellari, tunc, ait ille, dicitur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria, & ante Decium idem apertè docuit Franchus in c. interposita §. ille de appellat. quem secutus est Felin. in cap. causam quæ, ad finem de rescript. & similem considerationem in statuto prohibente compromissum facit Soccin. Senior. cons.* 300. *col.* 2. *ad finẽ lib.* 2. *&c.* quam elegantem doctrinam postea vidi receptam, & comprobatam per

Sigism.

Sigismund. Scacc. in tract. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. memb. 7. q. 9. nu. 45.
15 Et cõfirmatur mirificè *ex tex.* singulari ad propositum *in c. praeterea 5. de offic. deleg.* in sua decidendi ratione, cuius non meminerunt *Menoch. & Scacc.* ibi enim consultus Summus Põtifex, an liceat Iudici delegato cogere contumacem vt veniat, aut dãnare si non veniat, respondit vtrumq; ei licere, & si literæ commissionis id non contineant, non alia quidem ratione nisi quia in rescripto erat commissa cognitio causæ, ibi; *postquam ei causa, licet simpliciter, delegatur*. Et rursus: *quia ex eo quod causa sibi committitur super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem*.

Quoad secundum, scilicet, de idẽtitate rationis prohibentis appellationem in interlocutoria, & diffinitiua, eam confirmat idem *Menoch. loco cit. num.* 813. loquens specificè in casibus requirẽtibus celeritatem, eumque sequitur idem *Scacc. loc. cit. nu.* 37. his verbis; *Quia cum celeritas ita impediatur per appellationem à diffinitiua, sicut per appellationem ab interlocutoria: appellatio ita intelligitur prohibita à diffinitiua, sicut ab interlocutoria, & ita est seruandum, ne leges callidi tate hominum reddantur vana*.

Sed licet hæc doctrina satis celebris, & punctualis sit, radicitus tamen euerti videtur in casu nostro ex declaratione eiusdem *Menochij ibidem num.* 822. cui consentiunt *Mysinger. & Grat.* superius à nobis relati dicentes, nõ procedere quoties lata fuisset interlocutoria super competẽtia, vel incompetentia Iudicis, quo in casu sentiunt appellationem esse admittẽdam, quamuis regulariter ab interlocutoria non possit appellari.

Huic obiectioni vt satisfacerẽ dixi,
16 magnum discrimẽ statuendũ esse inter eam interlocutionem, qua Iudex pronunciauit se competentem, & illam qua declarauit se incompetentem, *Anton. Gam. decis. Lusitan.* 159. *circa finem*. In primo casu si agatur in petitorio licet coactio rei conuenti ad litigandum, quæ inducitur per talem interlocutoriam non possit formaliter reparari per diffinitiuam; sat tamẽ est quod possit reparari per idoneũ equipollẽs, quo plenè sit cõsultum parti; videlicet per condemnationem aduersarij ad damna, & expensas, & interesse: & ideò dicendum est nõ posse appellari, quia verè grauamen commodè reparari potest in diffinitiua. In secundo casu, quo Iudex pronunciat negatiuè se non esse competentem, tunc potest appellari, eo quod non expectatur alia sententia. At si essemus in iudicio possessorio, indistinctè dicendum est vtroque casu non dari appellationem; nam si ab ipsa diffinitiua non datur appellatio, eò quia eius præiudicium potest reparari in petitorio, multò magis dicendum est in interlocutoria possessorij, cuius præiudicium potest etiam reparari in diffinitiua eiusdem, ita appositè respõdet *Menochio Sigismũdus Scaccia loco superius citato nu. 48. & 49.*

Quãuis autẽ respõsio hæc tã acuta quàm vera sit, non tamen vndequaq;
17 satisfacit, quia non totaliter aperit veram discriminis rationem, cur scilicet interlocutoria negatiuè lata super Iudicis competentia tribuat succumbenti appellandi facultatem, affirmatiuè non item; longius itaq;
18 exquirenda est. Dixi totam consistere in eo, quod Iudex semel abdicando à se iurisdictionem per interlocutoriam illam, qua pronunciat se non Iudicem, non potest amplius eã assumere, quoniam faceret actum contrarium omninò suæmet interlocu-

tioni

tioni exercendo iurisdictionem iam à se abdicatam: functus est enim officio suo, & ideò siuè grauauerit, siue non, ad Iudicem superiorem trãsfertur iurisdictio ex necessitate ipsius met actus, vt perbellè ratiocinatur *S. P. in cap. cum appellationibus de appell. in 6.* ibi; *quia tamen Iudex ipse, quantùm in se fuit, à se iurisdictionẽ abdicauit;* &c. & docuit *Ripa in l. quod iussit de re iudic. & Addent. ad Guid. Pap. dec. 10. Mysinger. sing. obseruat. cent 5. obseruat. 92. nu. 7. & Addent. ad Capell. Tholos. decis. 194. vers. 10. fallit.* dicẽtes hoc sine dubio procedere in Iudice delegato, ita quod nec etiam de consensu partium possit procedere,
19 ex quo expirauit iurisdictio, & priuatorum consensus Iudicem non facit eum, qui nulli iudicio præest, *l. priuatorum C. de iurisd. omn. iud.* & hæc est ratio decidendi *ad text. in cap. significantibus 38. de offic. delegat.* quo mouentur omnes authores à *Menochio* relati, & eam insinuat *glos.* ibi, *in verb. procedere non debere;* & expressè tradit *Io. Andr. in quæst. mercurial. ad tit. de regul. iur. q. 38. num. 15.* quod maximè
20 locum obtinet in Iudice delegato, cuius decretum super competentia, vel incompetentia sua dicitur diffinitiuum, non autem interlocutorium, sicut in Iudice ordinario; vt docent *Addentes ad Guid. Pap. decis. 10. Steph. Gratian. d. cap. 76. num. 4. & Peregr. var. lib. 1. super rub. tit de offic. delegat. num. 35.* notat, quod delegatio finitur, si delegatus ex altera causa obiecta pronunciauerit se Iudicem incõpetentem, ita vt amplius non possit reassumere causam. Quò fieri dicebã, quod quamuis ordinarius Iudex regulariter suam sententiam interlocutoriam reuocare posset, non solum semel, sed millies vt tradunt *DD.* relati per *Barbos. in collect. ad tex. in d. c. significantibus nu. 8.* nihilominus ta-
21 men hoc delegato non conceditur, *ita Bald. in l. si Præses col. 1. C. quomodo, & quando Iud. Felin. in d. cap. significantibus col. 1. de offic. deleg. Dec. in cap. cũ cessante de appellat. col. 2. Ant. Gam. decis. Lusitan. 159.* ea quidem ratione, quia funditus euersa est eius iurisdictio, vt per *Maran. de ordin. Iudic. p. 4. distinct. 5. nu. 49. & Roman. sing. 129.* Hinc *Capella Tholos. q. 186.* dicit, nullam interlocutoriam, qua Iudex desijt esse Iudex; vt quia absoluit ab instantia, vel obseruatione iudicij, vel pronunciauit non esse Iudicem, posse reuocari, idem tenet *Caldas lib. 1. recept. sentent. q. 9. num. 9. & Stephan. Aufrer. in d. addit. ad dictam quæst. 186. num. 3.* subdit, *id tamen intelligas verum in Iudice delegato, secus tamen in ordinario, quia Iudex ordinarius qui pronunciauit se non esse Iudicem, potest hanc interlocutoriam reuocare; quia taliter pronunciando non desinit ex toto esse Iudex, prout desinit delegatus,* & ita post alios tenet etiam *doctissimus Sigismundus Scaccia d. lib. 3. cap. 2. q. 19. remed. 1. conc. 6. nu. 51. & 55.* & hoc pacto intelligendus
22 est *Capic. decis. 144. num. 6.* dum dicit, *quod Alex. limitat text. in l. quod iussit de re iudic.* non habere locum quando per interlocutoriam esset finitum officiũ Iudicis, vt loquatur de delegato.

In his enim terminis negatiuę scilicet interlocutionis vera est sententia *Guid. Pap. Mysinger. & aliorũ, quos retulit Menoch. vbi supra,* quamuis nõ desint qui gratis affirmẽt, nec etiam à tali interlocutoria, qua Iudex se incompetentem pronunciauit, posse appellari, prout *Guid. Pap. quæst. 436. num. 93.* & decisum refert *Gam. dec. 159.*

At è conuerso, cum affirmatiuè Iudex delegatus pronunciauit se competentem; dicendum est, nequaquam posse appellari, quia iurisdi-
ctio

ctio remanet penes Iudicem, qui grauamen reparare poterit in diffinitiua, condemnando aduersarium ad expensas, siue de ciuili agatur siue de criminali, vt verè obseruat *Scacc.vbi supra*, qua de causa rectissimè huiusmodi decretum in delegato diffinitiuum dicitur, vt paulò ante notauimus. De huiusmodi ergo affirmatiua interlocutione intelligendi
23 non sunt *præfati Authores, & glos.in authen. habita C. ne fil. pro patre*, quæ dicit posse appellari à decreto, quo Iudex pronunciauit se competentem, dicendum est loqui in Iudice ordinario, non autem in delegato.

His sic perpensis, & elucidatis censuit eadem Regia Audientia veram esse propositam doctrinā quod sublata per Principem, vel statutum appellatione in aliqua causa, eiusdem naturæ sit sententia diffinitiua, cuius est interlocutoria, præsertim si lata sit per Iudicem delegatum affirmatiuè super eius competentia, vel si militet eadē ratio prohibitionis in diffinitiua, quæ in interlocutoria.

Deinde propositis pro parte inquisiti aliquibus nullitatibus aduersus illam, post longam, & attentam discussionem diximus eas non obstare, & sententiam fore executioni demandandam. Ab hoc decreto tanquam quod verè continebat grauamen irreparabile, rursus petierat inquisitus admitti ad appellandum ex rationibus superius pro eo traditis, nec deerat qui in suam partem inclinabat; tamen Fiscus obtinuit tam ex ijs, quę ponderaui in præcedenti articulo, quàm ex traditis per *Scacciam lib.2. cap.97. num. 177. & 178.* vbi docet appellationem à decreto, quod sententia banni lata contra inquisitum executioni demandetur, non esse admittendam, nec ad effectum suspensiuum, & si Iudex ad quem inhiberet Iudici à quo; ea quidem ratione, quia ab interlocutoria lata post diffinitiuam non admittitur appellatio, tametsi grauamen inreparabile contineat: cuius contrarium video seruari in Magna Curia Vicariæ in causis ordinarijs, nam à decreto reijciente nullitates propositas aduersus sententiam foriudicationis appellatur ad Sacrum Consilium vbi fit relatio per ipsam Magnam Curiam. Ex quibus facilè dignoscitur *Dominum Ioannem Franciscum Capiblancum virum Doctissimum in suo tractatu de Baronib. tom. 2. quæst. 50.* quo loci nomen nostrum subticuit, ad hæc non aduertisse.

SVMMARIVM.

1 *Accusator legitimus est, qui suam, vel suorum iniuriā prosequitur.*

2 *Mulieribus permissum est suam, vel suorum iniuriam prosequi.*

3 Text.in l.vxor tua C.qui accus.non poss. *quomodo procedat.*

4 *Filij præferuntur vxori ad accusandum.*

5 *Remissio querelæ fieri potest à pupillis, etiam sine Iudicis decreto.*

6 Dominus Regens D. Ioannes Enriquez Marchio Campi *laudatur.*

7 *Proximioribus negligentibus necem defuncti prosequi, remotiores admittuntur.*

8 *Ius nunquam quæritur ex omissione alterius, nisi eo priùs interpellato.*

9 *Mora non committitur, vbi tempus incertum est.*

10 *Monitio debet præcedere ad hoc vt quis dicatur negligere, quando pęna imponitur incurrenda per actum negatiuum.*

11 *Mulier ad accusandum de nece viri dicitur admitti causaliter.*

12 *Negligens dicitur proximior ad accuſandum ſi labi permiſit tantùm temporis, quantum ſufficiens erat ad querelam proſequendam.*
13 *Maleficia negatiua eo ipſo videntur commiſſa, cum lapſum eſt tempus in quo adimpleri potuiſſent.*
14 *Interpellatio eorum ad quos principaliter ſpectat necem defuncti proſequi, quando ſit neceſſaria.*
15 Text. in l. ita ſtipulatus, 115. verſ. Mutius de verb. obl. *expenditur*.
16 *Executio volũtatis defuncti ſẽper iudicatur cauſa pia, vtilis, & fauorabilis.*
17 *Mora contrahitur ſine interpellatione fauore vltimæ voluntatis; item pro vindicanda defuncti nece.*
18 .. *item fauore piæ cauſæ.*
19 .. *item fauore minorum.*
20 .. *item fauore Eccleſiæ.*
21 .. *item fauore fiſci.*
22 Text. in l. ſi ex legati cauſa, de verb. obl. *declaratur.*
23 Gratian. diſcept. for. c. 518. *notatur.*

Negligentes ad vindicandam defuncti necem, ad hoc vt vxor admittatur ad querelandum, tunc dici proximiores ad quos ſpectat, cùm labi permiſerunt tempus infra quod querelam proponere potuerunt abſque vlla interpellatione.

CAPVT XVI.

1 ESt tàm iuris communis, quàm Regni huius vniformis diſpoſitio, vt vnuſquiſque ad accuſandum admittatur, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, *ex tex. in l. de crimine C. qui accuſ. nõ poſſ.*
2 *& ritu M. C. V.* quod eſt in ordine *Cara.* 191. id quod mulieribus quoq; permiſſum eſt *ad tex. in l. vxor tua C. eod.* vel quia ſuorũ appellatione continentur, *l. 4. de teſtib.* vel potius quoniam in Regno ſine diſtinctione admittũtur, tàm maſculi, quàm feminę, de qua praxi teſtatur *Carau. ad ritum prædictum* 191. *n.* 8. nec diſſentit *Vinc. de Franch. dec.* 382. *& Clar. lib. 1, §. finali q. 14. n. 1. verſ. ſcias autem.*
Sed tamen regula hæc deſumpta *ex*
3 *tex. in d. l. vxor tua* duobus limitibus cõtinetur, Primũ ſi alius magis idoneus nõ ſit, & ad quẽ principaliter ſpectet necem defuncti vindicare, veluti proximior *tex. in l. Senatuscõſulto, vbi Gloſ. & Odofr. C. eod. Bar. in d. l. vxor tua, Bal. & alij relati per Vinc. de Frãc. d. dec.* 382. *n.* 5. & nos diximus alias in
4 *c.* 58. *n.* 4. vnde eſſe præferẽdos vxori filios ad accusãdũ de nece defuncti, nõ eſt in dubiũ reuocãdũ *ex d. l. vxor tua,* & alijs tradiris per eoſdẽ *DD,* & per *Steph. Grat. diſcep. forẽſ. to. 3. c.* 518. *in prin.* ſic ꝑ cõſequẽs in faciẽda pace, & remiſſione etiã ſi pupilli ſint, &
5 remiſſio fiat abſq; Iudicis decreto & authoritate iuxta veriorẽ, & magis cõmunẽ ſñtiã, quã defendit latè *Farinac. in prax. crim. to. 1. q. 15. n. 5. & ſeq.* idẽque *Grat. loc. prox. cit. nu.* 18. *& ſeq.* eamque ſemper ſibi iuri conformem, dum de ea diſceptaretur in Collate-
6 rali Conſilio, dicebat mecum ſentiendo *D. Regens D. Ioannes Enriquez, Marchio Campi Collater. Conſiliar. nuper proprio motu Inuictiſſimi Regis noſtri ad Supremum Italiæ Senatum euectus, cui ad inuicem arrident ſanguinis nobilitas, ingenij ſublimitas, morum grauitas, & fortunæ felicitas.* Secundũ ſi adſit proximior, ſed tñ negligẽs ſit, & in mora conſtitutus ad propo-

pendum

nendū querelā de nece defuncti, vt post *Salicetum*, *Bald.* & alios tenent *Couar.loco cit.Franch.d.decis.*382.*n.*7. *& decis.*100.*num.*11. ibi; *sed ipsis negligentibus fœmina admittitur, Gratia. d.cap.*518.*nu.*6.

Quod si ita sit, vt non nisi negligentibus, & in mora constitutis proximioribus vxor admittatur consequens esse videtur hoc euenire non posse nisi ipsis priùs interpellatis, siue præmonitis, an accusare velint; quod
8 regulare est vbicunque ex omissione eius cuius interest, alteri est ius quærendum *ad tex.in l.si ex legati causa* 23.*de verb.oblig.* vbi Consultus ait; *nō aliter post mortem eius teneaaris mibi, quam si per te steterit quominus viuo eo, eum mibi dares: quod ita sit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti, l.cū filius familias* 49. *iuncta glos. in verb. fuit eod.tit. l. Titiæ in fin.de legat.* 1.*l. quod te ff.si cert.petat.* & alios cōcordātes allegat *glos.in d.l.si ex legati verb. quod ita sit, Alex.ad Bart.in l.ita stipulatus* 115.*num.*25.*lit.A. de verb.oblig.*
9 & certum est iure, quod vbi tempus, siue dies incerta est, mora non committitur, *Bald.in l.& si post tres, ff. si quis caution. & in l. magnam C.de contrahend. stipulat. Paul. de Castr. cons.* 238.*votum.*2.*cum alijs relatis in lib.*4. *commun. opin.tit.* 22. *de vsur. & mor. num.*50.

Huc etiam pertinet id, quod eleganter docuit *Innocen. in cap.extirpādæ, de præben.* quem sequitur *Ias.* in propria materia *in l.*1.*nu.*9.*C. de his, quibus vt indign.* quod quando im-
10 ponitur alicui pœna incurrenda per actum negatiuum sine temporis præfinitione, nunquam quis dicitur negligere vt penam incurrat, nisi præcedat Iudicis monitio, sequitur *Dec. cons.*37.*col.*5.*in fine* vbi communem dicit, & *Villalob. lib. communium opin. verb. monitio num.*124. dicens concordare ad hoc *legem* 12.*tit.*9.*par.*1. iisque non consideratis, *Steph. Grat.* in eisdem nostris terminis *d.cap.*518. *num.*6. tenet esse prius ab eis explorandum, an velint accusare ij, ad quos spectat vindicta, vt in mora constituantur, & negligentes sint.

Hæc, quæ diximus (non quidem ab Aduocatis recitata, sed nostris vigilijs elucubrata, prout passim in vniuerso hoc opere nobis euenit) ancipitem valdè reddiderunt tàm M. C. V. quàm S.R.C. in causa remissionis petitæ per Serenissimum Parmę Ducē vtilem Dominum Ciuitatis Castrimaris de Stabia, cuiusdam eius vasalli inquisiti de homicidio inibi patrato in personam Francisci della Torre: Vxor namque occisi Ciuis Neapolitana querelam exposuerat in M. C. V. Iudice competente Neapolitanorum, qui, vt scitum est, priuilegiū habent trahendi ad eius forum quācunque personam quouis priuilegio insignitam, cum è contra ipsi extra illum trahi nequeant. Igitur ad excludendam vxorem dicebatur pro parte Serenissimi Ducis, ipsā nō esse audiendam in præsenti iuditio, nisi requisitis, exploratisque filijs extantibus defuncti, ad hoc vt negligentes dicantur, & in mora constituti; nam vt benè declarat *Iacob. Butricar. in d.l.de crimine*, & post eum *Vinc. de*
11 *Franch.d.decis.*382.*nu.*6. mulier hoc casu admittitur causaliter ad accusandum.

Resolutum nihilominus fuit per sententiam vtriusque Tribunalis, non esse vltro explorandum ab hæredibus, seu filijs, an velint necem prosequi defuncti, cùm tantùm temporis
12 elapsum est, quantùm sufficiens erat ad querelam proponendam, eoque transacto, eos verè dici negligentes, vt proindè vxor admittatur, ad regulam *text.in l.si ita stipulatus essem* 14.

K 2 *de*

de verb. obligat. per quem ita in specie tenuit *glos. in l. 1. verb. reddere C. de bis, quibus vt indignis,* quam sequitur *Bart. ibidem num. 3.* regulam statuens,
13 quod in maleficijs negatiuis ad hoc, vt dicantur cōmissa, sufficit labi tantū tempus, quātùm verosimiliter adimpleri potuisset, idemque tenet *Ias. ibidem vbi Angel.* subdit, quod Syndici Vniuersitatis, quibus est imposita pæna si maleficium commissum non reuelauerint, statim quod potuerint, & non denunciauerunt, eam incurrunt, & clariùs idem *Bart. in l. in cognitione num. 3. ad Syllan.* sic ait; *& tūc hæredes dicuntur esse negligentes, quando transiuit tantùm tempus, quod commodè potuerunt accusare, & non accusauerunt,* eum sequitur *Paris de Put. in tract. de syndicat. verb. negligentia in princip. Felin. in c. si autem de rescrip.* & alij relati per *Ioannem Antonium de Nigr. ad Capit. Regn. clandestinis nu. 22. vers. visum est proximè de pan. homic. clandestin.*

14 Et ad contraria de præambula interpellatione eorum, ad quos principaliter spectat, videbatur congruè responderi posse ex eodem *Bart. in d. l. 1. C. de his, qui vt indign.* procedere in actibus negatiuis, quorum pœna incurritur vigore pacti, siue contractus, cùm secus sit statuendum in vltimis voluntatibus, quibus dispositio hæc legalis, vt scilicet hæres teneatur necem testatoris inultam non relinquere magis assimilatur, quàm contractibus, cui se subscripsit *Ias. ibidem n. 7.* dicens istam esse veritatem, & in *l. cū mota col. 6. de transactionibus, & in l. sicut certi col. 2. de militar. testam.*

Verùmenim verò distinctio hæc inter conditiones negatiuè conscriptas in cōtractibus, siue in vltimis voluntatibus non vsque adeò solida est, vt non suos patiatur anfractus; itaut idem *Bald.* aliàs de ea dubitauerit, vt refert ipse *Ias. ibid. num. 8.* Vnde nouiter, & quidem aptiùs videtur mihi veram solutionem esse, quæ desumitur *ex text. in l. ita stipulatus 115. vers. Mutius etenim de verb. oblig.* vbi postquam Papinianus egit de conditionibus negatiuis, statuitque non posse ad promissionem agi, nisi cum certum esse ceperit eas non posse adimpleri: proponit Pegasij, & Sabini inuicem pugnantes sententias, & dū quærit eas examinare, vtitur pro cōfirmatione sententiæ Sabini exemplo eius, quod Mutius Iurecōsultus scripsit in specie penus legatæ, vt statim ac dari potuit, si data non sit, legatum debeatur, subditque hæc verba; *idque vtilitatis causa receptum est ob defuncti voluntatem, & ipsiùs rei naturam.* Qua ratione id agere intendit Consultus, vt ostendat non rectè desumi argumentum ab vltimis voluntatibus ad statuendam sentētiam Sabini, quæ de stipulationibus, siue contractibus agit; nam quod in legatis non sit expectanda alia interpellatio, sed statim debeantur, quod conditio negatiua potuit adimpleri, euenit ex natura ipsius vltimæ voluntatis defun-
16 cti, cuius exequutio sēper, & vbique causa vtilis, pia, ac proinde fauorabilis censenda est, & ad quam adimplēdam solliciti, ac studiosi esse debemus, vt inquit *Accursius ibid.* Cùm ergo speciale sit fauore vltimæ voluntatis, vt in cōditionibus negatiuè cōscriptis mora contrahatur absque interpellatione, & par, imò maior pietatis ratio versetur in vindicāda defūcti nece, put expressis verbis ratiocinātur Cæsares *in d. l. 1. C. de his quib. vt indign.* ibi; *qui debitū officiū pietatis scientes omiserunt:* & rursus *in l. 1. C. de precib. Imper. offerend.* ibi, *& laudabilis fidei exemplum super vindicanda cade Domini sui;* vnde sacratissimæ ll. non minus honoribus decorarūt eos, qui vin-

vindictam suorum prosequuti sunt, quam pœnis afflixerunt, qui eam negligunt, vt patet eisdem Iuribus; ergo iustissimè procedit id, quod tradunt *glos.& Bart. ibid.* vt scilicet tunc dicâtur vindictam negligere hæredes; cùm tãtùm tempus elapsum est, quãtùm potuerunt querelam explicare, & non fecerunt; eò magis cùm nouũ non sit in iure, vt fauore piæ causæ incidat quis in mora absque interpellatione, vtpotè fauore minorum *ad tex. in l. in minorum C. in quib. caus. restit. in integr. non est necessaria, Vinc. de Franch. decis. 16. in princip. Thesaur. decis. 80. in fin. Menoch. de arbitr. cas. 220. Surd. decis. 176. nu. 6.* Item fauore Ecclesiæ, prout docuit *Bald. in auth. hoc amplius col. 2. C. de fidiecom. Roma. singul. 117. Alex. in l. quod te mihi col. 4. si cert. petat. Carauit. ad ritum 22. num. 7.* sed quod magis est etiam fa-
21 uore fisci, vt tradit *Ias. post alios in d. l. 1. num. 9. C. de his quibus, vt indign.*

Neque huic nostræ interpretationi
22 quidquã obstat *text. in d. l. si ex legati causa de verb. oblig.* vbi videtur statutum parem esse conditionem contractuum, & vltimarum voluntatum quòad hoc vt necessaria sit interpellatio ad pœnam promissam, siue legatum consequendum. Etenim obseruandum est in eo *textu* legatum, seu stipulationem non fuisse conditionalem, & si forsan conditionalis, nõ negatiuè conscriptam, cùm tamen in cõditionibus affirmatiuis cesset omnis dubitatio, eòquod opus non habent specialitate à nobis supra considerata.

Ex quibus palam fit non esse attẽdendum id quod dixit *Gratian. d. cap. 518. num. 6.* eò quod nimis oscitanter, & perfunctoriè loquutus fuit in re tàm subtili, vt proinde iustum sit censendum decretum M. C. V. iustiorque sententia confirmatoria S. C. lata ad relationem doctissimi Cõsiliarij Andreæ Prouenzalis 18. Ianuarij 1634.

SVMMARIVM.

1 *Viæ publicæ sunt de regalibus.*
2 *Princeps iniustè exigit tributa nisi itinera tuta sint.*
3 *Regiam protectionem, & securitatem violare dicitur qui itinerantes offendit.*
4 *Author fuit Commissarius Generalis contra delinquentes.*
5 *Publicus latro est nomen iuris.*
6 *Milites Campaniæ antiquitus stationarij, seu limitanei dicebantur.*
7 *Publicus latro in iure is dicitur, qui pluries in vijs publicis furatur.*
8 *Ad hoc, vt ecclesiastica immunitate priuetur debet probari pluries fuisse grassatum.*
9 Prag. 5. vbi de delict. quis conuen. deb. *procedit, vbi captus pluries in itineribus fuerit depredatus, sed de veritate nu. 13. & seq.*
10 *Statuta interpretari debent, ne fiat tertio præiudicium.*
11 *Prouisio facta per nouam constitutionem non tollit priuilegium meri Imperij.*
12 *Specialis concessio iurisdictionis non non adimit iurisdictionem Iudici ordinario, & generali.*
13 Text. in l. capitalium §. grassatores, iunct. §. famosos de pœnis, *nouiter declaratur.*
14 *Est correctus in Regno per* capitulum ad hoc vt nostrorum.
15 Cap. Regn. ad hoc vt nostrorum *quomodo practicetur in Regno.*
16 *Furtum vnicum in strata publica punitur in Regno pœna mortis naturalis.*
17 Peguera decis. 40. *declaratur.*
18 *Sacrorum canonum dispositioni non derogatur per statutũ Principis secularis.*

19 *Qua-*

19 *Qualitas delicti non variatur ex mensura pœnæ impositæ, sed ex ipsius natura.*
20 *Publicus latro dicitur quis habendo respectum ad locum; non autem ad furtorum frequentiam.*
21 Prag.5.vbi de delicto, *nouiter declaratur.*
22 *Latrocinium, & disrobatio in strata publica differunt inter se.*
23 *Furtum commissum in rure, vel in campis non dicitur commissum in via publica.*
24 D.Garsias Mastrill.de indultu c.33. num.7.*commendatur.*
25 *Consuetudo optima est legum interpres.*
26 *Potestas procedendi ad modum belli an sit priuatiuè ad Barones.*
27 *Iurisdictio in eos, qui itinera frequentata obsident, est Regia priuatiuè ad Barones.*
28 *Princeps per modum legis condendæ potest priuatis præiudicare.*
29 Pragm.5. vbi de delicto *nullum præiudicium affert* Baronibus.

Pragmaticam Inuictissimi Imperatoris Caroli V.editam in anno 1536. quæ est V. sub tit. vbi de delicto quis conu. deb. tribuentem ius dicendi potestatem contra disrobatores stratarum Iudici, qui præuenerit in captura, habere locum etiam si non constet, nisi de vnico furto, & disrobatione.

CAPVT XVII.

1 Vias publicas esse de regalibus Principi reseruatis primo ferè verbo ostendit *tex. in cap. 1. quæ sint regalia*; etenim cùm ipse curator sit communis, & publici iuris, dominiumque rerum omnium, nō nisi quòad protectionem ipse habere dicatur, prout notauimus *supra cap. 13.num.35.* publicè interest sine metu, & periculo per itinera commeari, vt eleganter inquit *Cōsultus in l.1.§.summa,ff.de his, qui deiec. vel effud.* adeoque ad hoc esse Principem
2 obligatum, vt nec aliàs possit iustè tributa exigere, dicat *Bald. in cap.1. qui feud.dare poss.Mart. Lauden. in tract. de Principe q. 163.* quos refert *Dominus meus Regens Tapia in rub. de public.latron.num.5. lib.5. Iur. Regn.* latèque à nobis animaduersum est superiori *cap.2.num.*8.rectiùsque subdit *Mysinger.cent.5.obseruat.70.nu.9. Principes ideò regalia ab Imperatore habere, vt ijs propter excellētiam dignitatis regaliter vtantur, hoc est Regia manu vias publicas securas, & purgatas latronibus, & furibus, plagiarijs, ac prædonibus suis sumptibus teneant*; idque bono Præsidi congruere inquit *Vlp. in l.congruit ff.de offic.Præsid.*

Hinc, cum viæ publicę sint sub Regia custodia, & protectione, iustè traditum est, vt quicunque itinerantes
3 offenderit, siue in persona, siue in bonis dicatur violare Regiam protectionem,

nem,& securitatem,prout eleganter *ex Ludouic.Peguer.in prax. crim.c.15. nu.1.* aduertit *Dominus meus loc. proximè citato.*

Hoc sibi iniunctum munus benè agnoscentes Serenissimi huius Regni Reges, & qui eorum vices gerunt solertissimi Proreges,Supremūque Collaterale Consilium multis arduis prouisionibus publicæ prouiderunt viatorum securitati, vt videre est in *Pragmaticis sub tit. de exulib.* quò etiam tendit potestas illa extraordinaria procedendi *summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, omni appellatione remota,*
4 *& ad modum belli*, qua vtitur Regium Tribunal Campaneæ, quod iam triēnio per me regitur iussu *Excellentissimi Montis Regij Comitis Proregis optimi, & iustitiæ zelantissimi*:eiusq; materiam eruditè admodum prosequitur *Io. Grand. in opusculo* quod inscribitur *de bello exul.*

Igitur inter alias egregias prouisiones vnam fuisse existimo, quàm edidit Inuictissimus Cœsar Carolus V.in anno 1536.registrata *sub tit. vbi de delict. quis conuen. deb. in volumine Pragmaticarum prag.5.*qua conceditur Iudicibus ordinarijs potestas capiendi malefactores,etiam delinquētes extra territorium,dummodò illos remittant ad Iudicem loci delicti,nisi tamen delinquentes essent publici latrones, & disrobatores stratarum publicarum: quos liceat vnicuique capere, & punire, etiam si aliàs in eos iurisdictionem non haberet: quò magis assidui,& intenti reddantur Iudices ad eorum maleficorum persecutionem.

5 At quia publicus latro Iuris non facti nomen est, vt *Angel. ait in cons. 403.in principio* relatus *in additione ad decis.40. Ludouic.Peguer.*ideò cùm quæritur de interpretatione huiusmodi pragmaticæ, recurrendum est ad ius,ideſt ad sciendum quis de iure sit publicus latro,seu disrobator stratarum, vt pragmatica vendicet sibi locum.

De hoc disceptatum fuit in causa Illustris Ducis Suessæ petentis remissionem cuiusdam eius vasalli, qui commiserat furtum in strata publica, mea industria capti per milites Campaniæ, quos elegantiori Miner-
6 ua *stationarios* appellat *text. in l. 1. §.cura carnis,ff.de offic.Præfect. vrb.& limitaneos in l.2.de C. de offic. Præfect. Præt. Afric.* & eleganter *notat Andr. Gail.pract. obseruat.lib.2. obseruat.64. num.2.* iisque militibus dispositis per opportuna loca stationibus vsū fuisse Augustum ad inhibendos grassatores tradit *Suet.in eius vita cap.30.* cuius verba refert *Dominus meus eod.tit. de public.latron.ad prag.1.nu.3.*

Dicebat Aduocatus Illustris Ducis, sibi nō obesse realem ipsam præuentionem factam per Regium Tribunal, quia reus de vno tantùm furto in strata commisso, licet cùm armis,inquiritur; vndè consequitur cōtrouersiam esse extra terminos pragmaticæ quæ iurisdictionem dat capienti publicum latronem, cum tamen exploratum sit in iure talem
7 non nisi illum dici, qui pluries in vijs publicis depredatur, *ex tex.vulgat.in l.capitaliū §.grassatores ff.de pœnis* ibi *vtique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserunt*, per quem ita *post antiquiores* tenet *Farinac. de furt. q. 166. num.14.* dicens esse veram, & magis communem sententiam,quam etiam tenet *Paris de Put.de syndic.verb.latro cap.2.nu.2.Tiber. Decian. tract.crim. lib.6.cap.28.nu.2.* latè *Ludou. Peguer. decis. 40. cum adductis per Capiblanc. tom.2.de Baron.cap.29.num.10.*& talis non dicitur, nisi qui commisit tria furta, prout post *Ias. Alex. & Fulgos.*

docet

docet *Petr.Greg.Tholosan.in syntagm. iur.vniuers.par.3.lib.36.cap.2.num.3.*

8 Vnde descendit id, quod communiter tradunt *DD.* in terminis *cap. inter alia de immunit. Eccles.* per quod excluditur ab ecclesiastica immunitate publici latrones, vt locũ habeat in ijs, qui pluries in publicis itineribus grassati sunt, latè *Decian. loc.cit. Mar.Giurb. cons. crimin. 90. post plures, quos refert n.12. Capiblanc.d.c.29. num.15.*

Requiritur ergo actuum frequentia, vt quis latro publicus dici possit, & proinde subijciatur pœnis impositis publicis latronibus, eandemque
9 rationem habere locum in terminis pragmaticæ supradictæ concedentis iurisdictionẽ ijs, qui in eorum captura præuenerint, ita demùm si probatum sit plura furta commisisse; tenet idem *Capiblanc.in d.to.2. de Baron.cap.52. num.4.* vbi ait, *& proinde vt habeat locum pragmatica quæ à iure communi interpretationem recipit, oportet vt ij pro latronibus sint diffamati, & per Cãpaneam incedant latrocinia committentes*; & ad idem allegabatur *Mastrill. decis.147. nu.7. & de magistrat.lib.4. cap.16.num.218.*

Secundò dicebatur, id regulare esse in omni statutorum materia, vt semper interpetrari debeant, vt iuri communi non aduersentur, nec fiat tertio præiudicium, vt probat *tex. in*
10 *l.2. vbi Bar.C. de noxalib. cum alijs per D.Regent.Rouit.ad pragm.1. vbi de delict. num.14.* at maximum orietur præiudicium prædicto Illustri Duci, qui merum, & mixtum Imperium habet in suos vasallos, si diceremus pragmaticam supradictam sibi tollere iurisdictionem, eo præsertim cũ certum sit priuilegium ipsius esse antiquius dispositione Reg.Pragmaticæ: vnde succedit id quod eleganter ad rem nostram notat *Afflict. in constitutione ea, quæ ad decus num.33.& 34.* & sequitur *Ioann.Grand.in d.tract. de bell. exul. in prædicam. qualit. §. tertio*
11 *quæro nu.2.* quod ille, qui habet priuilegium meri Imperij, illud non perdit ex speciali prouisione facta virtute nouę cõstitutionis, quia per eam non censetur illi derogatum, *ad text. l.3.C.de silentiar.lib.12.* quod etiam comprobat *ex Paride de Put.de syndic. verb.arbitrium num.10.* & ex *Roman.*
12 *cons.393.* vbi firmat, quod concessio iurisdictionis specialis non adimit iurisdictionem ab eo, qui est Iudex generalior, & ordinarius.

Verumtamen pro fisco respondebatur: omnia supradicta, quę de actuũ frequentia dicta sunt, eò tendere vt dignoscatur, quibus casibus sit pra-
13 cticanda dispositio *tex. in d.l. capitalium §. famosos,* ex quo statutum est famosos, seu publicos latrones (quod idem esse docuit *Andr.in cap.1.§. publici latrones, de pac.tenend. Decian.d. cap.28.num.2.uers. sed posset dubitari*) furca figẽdos esse in locis vbi grassati sunt. Ad hoc enim iure communi inspecto necessaria est furtorum frequentia, vt claris verbis differit *Consultus in d.§. grassatores,* ibi, *capite puniuntur utique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserunt: cæteri in metallum dantur, uel in Insulam relegantur;* meritò igitur nostrates in his terminis dicũt publicum, & famosum latronem non nisi illum dici, qui plura furta in vijs publicis commiserit *Bart. Angel. & alij,* quos referũt *Peguera d.dec.40. Thesaur.lib.1. quæst.forens.cap.80.nu. 17.& seq.*

At in Regno hoc necessaria cùm
14 non sit distinctio tradita *in d. §. grassatores,* quia per *Capitulum Regni ad hoc ut nostrorum* imposita est pro furto excedentę vncię valorem pœna vltimi supplicij: cuius dispositio licet
15 simpliciter non seruetur, nisi furtum sit

sit commissum aliqua qualitate aggrauante, vt *post alios Dominus meus in scholijs ad cap. prædictum nu. 13. & 14. sub tit. de furt. & rapin. lib. 5. iur. Regn. & per Gizzarell. decis. 13. in fin.* nulla tamen qualitas grauior considerati potest, quàm si sit commissum in
16 via publica, & ideò licet vnicum sit, & paruæ quantitatis, vltimum fur subit supplicium; sicque quotidie seruatum vidi in Regijs Regni Tribunalibus, prout etiam testatur *Dominus meus in d. rubr. de publ. latron. num. 4.* Si ergo vnicum furtum sufficit ad plectendum reum pęna vltimi supplicij, meritò & hic dicetur publicus latro, quia à mensura pęnæ irrogandæ metiri debemus definitionem illam. Idque facilè ad oculos occurret dilige-
17 ter intuenti id quod magistraliter discurrit *Peguer. in prædicta sua famigerata decis.* 40. quam omnes sectantur, vbi distinguit terminos iuris communis à iure municipali illius Regni, in quo pariter viget consuetudo, vt pro vnica grassatura imponatur pęna mortis naturalis. Primo enim casu non esse in dubium reuocandum concludit, eum dici publicum latronem, qui pluries vias publicas obsederit, & proinde ecclesiastica immunitate priuari non debere eũ, qui semel tan-
18 tùm huiusmodi crimẽ patrauit, quia dispositio Sacrorum Canonum hac in parte regulatur secundùm ius cõmune, cui per statutum Principis sæcularis non potest derogari in præiudicium libertatis Ecclesiæ, vt benè ipse alloquitur *num. 7. vers. quinimò consuetudo*, & alijs relatis sequitur *Giurb. d. cons. 9. n. 22.* sed circumscripta quæstione de Ecclesiæ immunitate, quòad reliqua, quæ ad punitionem attinẽt, quocirca dispositio statuti seu consuetudinis licitè potuit derogare iuri communi; cùm & hæc ad Principis sæcularis iurisdictionem spectent, vt benè aduertit *Giurb. eod. loc.* inquiẽs *etenim statuere potest Princeps, vt quod sui natura delictum non est, delictum sit, vel quod grauiori pœna puniatur, & qui grassator de iure non est, grassator sit:* hoc inquam casu eũ haberi pro publico latrone sentit, qui semel tãtùm vias obsederit, & proinde vltimo supplicio puniendus sit: attende sententiam, & mẽtem *Peguera* per sepiùs inibi repetita verba *n. 7. aut semel tantùm hoc commiserunt, & tunc licet eos Regium Consilium soleat vltimo supplicio tradere propter delicti frequentiam in Prouincia, & habeat se cum eis, tanquam cùm publicis latronibus qui sæpiùs furati fuerunt, tamen secus est de iure communi*, & inferiùs, *quinimò consuetudo, & practica Regij Consilij, qua qui semel latrocinium commiserunt, quòad punitionem habentur pro publicis latronibus, &c.*

Ex quibus palam fit nihil conferre ad huiusmodi quæstionis decisionem allegationes Doctorum, qui loquuntur in terminis iuris communis omninò à nostro diuersis.

Sed nihilominus licet responsio hæc verè eliciatur ex traditis per *Peguer. ibidem*, non tamen mea sẽtentia habet vndique iuris assistentiam; etenim nihil in se habet augumentum pœnæ per nouam constitutionem inductum, quod possit alterare, & immutare priorem criminis naturam, & cognitionem, vt scilicet de priuato publicum fiat; non enim mensura pę-
19 næ criminis qualitatem variat, sed ipsius natura facit illud censeri publicum, vel priuatum, prout grauiter obseruat *Luc. de Pen. in Cap. Reg. cura nobis nu. 6.* subdens; *& postquam à veteribus iuris auctoribus crimen furti fuit positum pro priuato, licet per noua iura in ipso pœna mutetur, non ex hoc natura mutanda est*, cum sequitur *Affl. in Cõstit. Reg. eos, qui scienter nu. 3. & Tiber.*

L Dec.

Decian. lib.5. de public. iudic. cap. 4. nu. 13.

Mihi verò (prætermisso eo, quod tradit *Angel. in l.capitalium §.famosos de pœn.* relatus per *Ioannem Anton. de Nigr. ad Cap. Regn. ad hoc nu.5.* quod publicus, & famosus latro non dicitur is, qui assiduè furatur, sed qui cum armis aggreditur in stratis publicis, ha-
20 bendo respectum ad locum in quo grassatur, non ad actuum frequentiã, vt inquit *Tiber. Decian. d.lib.6. c.28. nu.2. vers. neque tamen, Dominus meus in d.rub. de publ. latron. nu.2. Io. Grand. in d. prædicamento qualitatis c.1. nu.6.* rem huiusmodi, quæ non minùs fisco Regio, quàm communi bono, publicęque vtilitati valdè præiudicialis est, attentè consideranti occurrit: quæstionem huiusmodi de publici, & famosi latronis diffinitione esse omninò ineptam, & impertinentem ad casum nostrum; quandoquidem lex,
21 seu Pragmatica non tantùm de publicis latronibus, sed etiã de disrobatoribus stratarum sermonem facit,
22 qui termini valdè inter se differunt. Latrocinium namque species furti est, quod committi potest non solùm in itineribus, & cùm armis, sed etiam in domibus priuatorum, & sine armis; vnde proditum est id, quod docuit *Tiber. Decian. lib.6. cap.28. nu.2. vers. sed posset dubitari,* quod latro publicus non tantùm sit is, qui in vijs publicis cùm violentia solitus sit deprædari, sed etiam si in domibus priuatorum id faciat, & proinde Ecclesiastica immunitate non sit tutãdus; quàm doctrinam cùm alijs inferiori *capite 32. num.6.* commendauimus; at disrobatio in strata publica nõ datur sine armis, & sępe in strata publi-
23 ca fieri debet; nàm aliàs etiã si in ruribus, vel alijs locis furaretur, nõ diceretur furtũ cõmitti in strata, nec habere locũ pęnas impositas contra disrobatores stratarum, vt benè aduertit *D. meus in rub. de publ. latron. nu.3. Cancer. lib.3. var. tit. de sono emisso nu. 21.* quem sequitur *D. Capib. d. cap. 52. n.6.* differunt ergo crimen publici latrocinij à disrobatione in strata publica, tanquàm species furti inter se diuersæ, vt eleganter obseruat doctus *Muscatellus in prax. delictorum tit. de furt. &c. à nu.7. vsq; ad nu.18.* quam etiam differentiam agnouit *D. Vinc. de Franch.* in terminis nostrę pragmaticæ *decis. 142. nu.2. & n.5. in fine,* ibi, *excipit deinde latrones publicos, & disrobatores stratarum;* atqui cùm casus noster magis conueniat disrobationi stratæ publicæ vtpotè quæ cõmissa est in via publica in personam viatoris, & cùm armis; impertinẽs videtur tota illa quæstio de publici latrocinij definitione, vtpotè quæ tantùm pertinet ad primã nostræ pragmaticę partẽ, aliãque delicti speciẽ, & proinde doctus *D. Garf. Mastrill. in tract.*
24 *de indult. cap.33. nu.7.* in materia indultus generalis, per quem excludũtur etiam disrobatores stratarum; tenet quod ad hoc sufficit, quod semel delictum sit commissum, subditque, *& prædicta allegata per DD. procedunt, vt aliquis dicatur publicus latro, & grassator; & ideò sufficit quod semel tantùm spoliasset;* & ita fuisse semper in Regno Siciliæ iudicatum.

Ex quibus cõsequitur non rectè arguisse *D. Capib. d.c.52.* ex traditis per *DD.* in terminis iuris cõmunis ad speciẽ nostræ pragmaticæ, quæ nõ tantũ de publicis latronibus; sed etiã de stratarũ disrobatoribus sermonẽ facit, & *Mast. d. dec.147. n.7.* agit de furto cõmisso in càmpis, non in via, & itinere publico.

Sit proinde cõclusio, eum, qui semel in itinere furtum commisit, verè dici disrobatorem stratæ publicę, & proinde esse subditum iurisdictioni

eius

eius, qui præuenerit in captura, attenta nostræ pragmaticæ dispositione.

Quod vel ex eo redderetur incōtrouertibile; auctoritate scilicet rerū sic perpetuò iudicatarum in Regijs
25 huius Regni subsellijs, quæ consuetùdo est optima legum interpres ad *tex.in l.si de interpretatione ff.de legib.* ita vt quotidie, tàm in materia indultus generalis, quàm remissionis causarum hoc sit pro absoluto habitum.

Et ad id, quod dicebatur pro Illustri Duce pragmaticam nostram sic intellectam suo priuilegio præiudicium afferre. Quidquid sit de eâ quç-
26 stione, an potestas procedēdi ad modum belli cōcessa Cōmissarijs Campaniæ, & Præsidibus Prouinciarum contra huiusmodi delinquentes sit priuatiuè quòad Ordinarios, & Barones, ita vt eis auferat iurisdictionem procedendi in suis casibus; cuius affirmatiuam partem defendit *Io.Grād. in d.prædicam. qualitat. §. tertiò quæro*
27 *n.3.* & etiam iure communi attento, animaduersionem in eos, qui itinera frequentata obsident, esse de Regia iurisdictione priuatiuè ad Barones, *arg.tex.in l.seruitutes §.publico ff. de seruit. & in l.2.§. via ff. ne quid in loco publ.* sicque iudicare Regium Consilium Principatus Cataloniæ refert *Ludouic.à Peguer.d.cap.15.prax.crim. n.2.uers.ampliatur primò*; idque procedere sine dubio, vbi Rex præuenit in cognitione huiusmodi criminis, mordicùs defendit *Font.anell.de pact. nupt. tom.1. clauf.8.glos.14. num.23.* sequitur *Mastrill. de magistrat. lib.4. cap.16.num.149. & 150.*

28 Respondebatur non esse prohibitū Principi iuribus priuatorum præiudicare ex rationabili causa, dummodò id faciat per modū legis condendæ, quo casu potest restringere, derogare, & reuocare priuilegia, etiā si in lege non sit apposita clausula derogatoria vt per *DD.in l.omnes C.si contra ius, vel utilit.publ. Felin.in cap. quæ in Ecclesiarum num.26. & 27. de constitution. Aymon.Crauett.cons.5.per totum* cùm alijs ad propositum relatis *per Io.Grand.loc.sæpè cit.§.3.num.3. & Hieron. Gonzal.ad reg.8. Cancell.glos. 36. num.31. & 32.* vbi rationem assignat, eleganter *Natta cōs.580.* relatus per *Mastrill. de Magistr. lib.4. cap.16.num.240. & seq.* Et considerat etiam *Vinc.de Franch. d. dec.142. num.7.* licet re vera non sit verum assumptum, quod per pragmaticam prædictam tollatur ius Baronibus; nā potiùs tribuit eis iurisdictionem, quā non habent, si ceperint latronem sibi non subditum ratione originis, domicilij, vel delicti; quo casu ex sola captura fundatur iurisdictio, & sic potest aliquibus casibus nocere, alijs verò prodesse, vt benè aduertit idem *Vin.de Franch.d. decis.142. in finalibus verbis*, & clariùs *dec.722.* dicit de hac *pragm.* Barones Regni non posse conqueri; sequitur etiam *Mastrill.d.decis.147.num.3.*

His nouiter elucidatis in articulo millies deciso, nunquam tamen discusso, securè iudicaui esse procedendum in causa prædicti inquisiti in Regio Tribunali Campaniæ, non obstante remissione petita nomine Illustris Ducis Suessæ. Pendet nunc reclamatio in Regio Collaterali Consilio.

SVMMARIVM.

1 *Statuta extra propriam verborum significationem extendi nequeūt.*
2 *Constitutiones Regni sunt strictissimi iuris, ideòque in pœnis in eis impositis non fit extensio.*
3 *Pœna à statuto loquente in personam imposita non extenditur ad non expressum, secùs si loquatur in rem, sed vide n.22.*

 4 Sta-

4 *Statutum compellens aliquem vendere, non cogit emere.*
5 Text.in l.1.C.de cupress.lib.11. *declaratur, sed de veritate nu.19.*
6 *Correlatiuorum natura est, vt dispositum in vno censeatur dispositum in alio.*
7 *Statutum in vno ex correlatiuis non extenditur ad aliud respectu pęnę, sed de veritate num.23.*
8 *In lege pęnali duo requiruntur. Ratio iustitiæ, & Principis voluntas.*
9 *Lex pęnalis extenditur in correlatiuis, vbi militat eadem ratio.*
10 *Correlatiuorum cognito vno, cognoscitur & aliud.*
11 *Dispositio etiam pęnalis comprehendit vtrumque correlatiuum.*
12 Tex.in l.1.de cupress.lib.11. *in sua decidendi ratione ponderatur.*
13 *Statutum prohibens emere includit vendentem.*
14 *Emere permissus sine solutione gabellæ censetur permissus etiam vendere.*
15 *Pęna imposita recipienti aliquid per barattariam, comprehendit etiam dantem.*
16 *Pœna imposita vendenti per statutum censetur repetita respectu ementis.*
17 *Dispositum in uno ex correlatiuis habet locum in alio, non ratione extensionis, sed tacita comprehensionis.*
18 *Statutum in uno ex correlatiuis non potest uerificari sine alio.*
20 *Pragmatica Ducis Ossuna circa pœnã exfractationis monetariorum à Regno ab eodem declarata.*
21 *Pœna imposita per statutum, quæ respicit publicum bonum, extenditur etiam ad aliam personam non comprehensam.*
24 *Statutum pœnale habens respectum ad commercium, comprehendit tàm ementem, quàm uendentem.*
25 Bald.in l.1.C.de com.seru.man. *declaratur.*

Pœnam perpetui exilij ab hoc Regno impositam per Regiam pragmaticam contra impendentes, seu vendentes monetam adulterinam, habere locum etiam contra ementes.

CAPVT XVIII.



1 SI statuta eius sunt naturæ, vt extra propriam verborum significationem extẽdi nequeant, præsertim quæ à regulis iuris communis sunt exorbitantia, vt docet *Alberic.de Rosat.in tract.de statut.q.9.num.39.* Vnde in eis fieri strictissimam interpretationem, *ex tex.in l.constitutionibus ff.ad municip.* dicunt *DD. in l.cunctos populos C. de sum.Trinit.Surd.decis.191.num.6.* & facit *tex.in cap. cùm dilectus §. quia nobis de consuet.* prout latiùs disseruimus *infra cap.47.nu. 6. & seq.* vbi ex *Gram.dec.28.n.29.& 30.* diximus regulam procedere, præsertim in pęnis
2 statutis per huius Regni Constitutiones, quia eorum dispositio stricti iuris est, nec extra casus de quibus expressè loquuntur, extenditur; multò ergo fortiùs id videbatur dicendum in terminis pragmaticæ editæ per Excellen-

cellentissimum Ducem Albæ Regni huius Proregem sub die 18. Februarij 1623. quæ hodie *est 19. in nouissima compilatione sub tit. de monetis, ubi in §.2.* disponitur, quod impedentes, siue quomodocunque cooperantes in impensione falsæ monetæ cōprehendantur sub dispositione pragmaticę editę per Excellentissimum Ducem Ossunæ 21. *Nouembris* 1616. per quam disponitur, vt tales inquisiti etiam si liberati fuerint post torturā, vel factis defensionibus, exules perpetuò permaneant ab hoc Regno; ideòque videbatur non posse de iure substineri instantiam Fisci patroni in causa Andreæ Imparato inquisiti de emptione falsæ monetæ, & postquā substinuit torturam, liberati in forma.

Quod magis confirmatur eadem *DD.* traditione, qua vsi fuimus *d. cap. 47. num. 5.* nempe quod ad dignoscēdum, an res, de qua agitur sit subiecta pęnis à statuto impositis, sit intuendum an verba ipsius dirigantur ad personam, an verò ad rem: vt primo casu pęna nō sit vlteriùs protrahēda,
3 quàm expressis statuti verbis continetur: secundò verò ex identitate rationis fiat extensio iuxta doctrinā *Bart. in l. aut qui aliter §. ultimo nu. 3. ff. quod ui, aut clam*, & in alijs relatis *per Decian. tract. crim. lib. 9. c. 32. n. 10.* & alios quos ibi retulimus. Cū ergo pragmaticæ verba dirigantur ad personam vendentis, nō videbatur posse ad ementem extendi; vnde subtilis *Bald. in l. a. num. 1. C. de comm. ser. a. manumiss.* dicit, quod licet statutum cōpellat aliquem vendere, non tamen
4 compellit alium emere, nec è contra; quia vnum statutum non includit aliud subditque notabiliter satis ad rē
5 nostram non obstare *textum in l. 1. C. de cupress. lib. 11.* vbi pœna imposita ementi censetur imposita vendenti, quia in eo sit prohibitio ratione rei & ideò comprehendit vtrumque cōtrahentem, licet verba ad vnum dirigantur, sequitur *Ioannes de Plat. in ead. l. 1. C. de cupress. & addentes ad Bar. ibid.* Rursus licet emptor, & venditor sint correlatiua, & proinde statutum
6 in vno videatur dispositum in alio etiam non expresso ad *reg. sex. in l. fin. ubi Bart. C. de indict. uiduit. tollen. & in l. fin. ubi idem Bart. ff. de acceptilat. Ias. in auth. sacramenta puberum C. si aduers. uendit.* adhuc talem extensionem non posse fieri quòad pęnā, sed tantùm quòad alia docuit ante alios *Ioannes Andreas in cap. dispendia de rescript. in 6. cum relatis per Felin. in proœm. decretal. n. 9. Dec. in l. factū §. in pœnalibus de reg. iur. Abb. in cap. 1. de*
7 *locat.* dicens quod dispositio odiosa respectu tantummodò peccati extēditur ad correlatiua; nō autem respectu pęnæ, *Bald. in l. cùm proponas C. de hered. instit. Afflict. decis. 21. nu. 6. Viu. comm. opin. 271. Rota Roman. in nouiss. par. 1. decis. 139. num. 6.*

Vlteriùs, quia magis ex voluntate Principis legem ferentis, quàm ex ra-
8 tione iustitiæ pendet determinatio penæ ad talem casum; etenim nulla ratione cogitur Princeps ad imponendum talem pœnam pro tali delicto, cùm posset imponere nullam, vel aliam; cùm ergo deficiat volūtas Legislatoris, in casu non expresso non sufficit ratio iustitiæ vt extendatur pœna, prout argumentatur *doctiss. Pater Franc. Suar. in tractat. de legib. lib. 6. cap. 3. num. 5.*

Item etsi ad casum non expressum esset trahenda dispositio legis pęnalis ex sola ratione: id posset habere
9 locum vbi ratio scripta in eadem lege vniformiter cōciperet vtrumque casum, *l. Prætor ait uers. interdictum est hoc, ubi glos. in uerb. expressum de oper. noui nunc. cùm alijs relatis, per Decian. d. cap. 32. num. 8.* ideò *Nell. de San-*

Sancto Gemin.in d. l.fin. C. de indict. vid. tollen. tenet quod in pęnalibus statutum in vno de correlatiuis non habet locum in alio vbi est diuersa ratio, sequitur *Baptista de S. Blas.loc. cit.nu.*40.multos cumulat *Ant. Gabr. d. conclus. 3. num.*5 1. pluresuè *Aug. Barbos.in opusc.de loc. comm. arg.iur. loc.*29.*num.*2. *Rot. Roman. decis.*139. *num.*7. At ratio, quæ militat in vendente adulterinam monetam, nō videtur habere locum in emente; etenim is, qui vendit, verè impedit, & publicum cōmercium lædit, qui autem emit sibi tantummodò damnum inferre videtur, imò impedire, ne cōmercium publicum lædatur; cum possit pecuniam non impēdere, sed in alios vsus consumere, & conuertere.

Verū enimvetò dicebatur cōtra;
10 correlatiuorū naturā vnam, eādemque esse, ita quod impossibile sit cognosci vnum sine alio, vt *Philosophus* ait *6.Topic.* ideò *Bald. in rub.C.de reb. cred.* eleganter docuit, quod correlatiua sunt simul in natura intelligibilia, quia intellecto vno intelligitur & reliquum, refert *Mars. in l. si quis ui-*
11 *duam num.*15 *de quæst.* & dispositum in vno censetur etiam dispositum in alio, etiam si dispositio pęnalis sit, vt docet *Bart.in auth.qui semel C.quom. & quando iud. Abb. in proœm. decret. uerb. Gregorius num.*30.*ubi addentes,* concordantes referunt *Dominic. in cap.incipientes* §. *denique de elect. in 6. Ioann.de Plat.in l.*1.*C.de cupress.lib.*11. *Gregorius Lopez ad l.*13.*tit.*17. *par.*7. *glos. homeuil. D. Io. Franc.del Castillo tom.*2.*decis.*176.*nu.*14.*& Bald.in cap. ultim. de probat.* dicit, quod natura correlatiuorum est communis vtriq; extremo, *Petrus Andr. Gammar. in tract.de extension.leg.num.* 22. *& latè Baptista de Sancto Blasio in tract. de correlat. num.*5.6. *& seq. Ant. Gabr.* *comm.concl.lib.*6.*tit.de legib.num.*37. *& *38.vbi infinitos recenset, *et nu.*42. probat id procedere etiam in statutis.

Inde elucescit quantum sit rationi consona Imperialis decisio *tex.in l.*1.
12 *C.de cupress.lib.*11. vbi statuitur eandē esse irrogandam pœnam vendentibus arbores cupressi ex luco Daphnensi, vel Perseidis, quæ per priùs erat statuta contra ementes: non alia quidem ratione, nisi quia prohibitum est eas comparare, quem *textum* esse meliorem de iure ad hoc probandū dicit *Ias.in d.auth. Sacramenta puberū num.*51.*C. si aduers.uendit.* cui consonat *tex.in l.fin.ff.de damn. infect.* vbi tàm vendens, quàm emens domum causa demoliendi eam punitur eadē pœna, & rursus *l.grauissimè C.de curs. publ.lib.*12.ibi, *ementis, & distrahentis coercitione prohibemus:* & de iure Regni habemus *Constitutionem*, quæ incipit, *Ea̅dem pœna*, vbi statuitur emptorem malorum medicamentorum esse puniendum eadem pœna statuta contra venditores per *Constitutionem*, quæ incipit, *mala, & noxia;* quàm dispositionem hac ratione non fuisse necessariam benè aduertit *Afflict. ibidem num.*1 Hinc *Bart. in l.final. C.*
13 *de acceptilat.* docet, quod statutum prohibens emere sine licentia alicuius officialis includit etiam venditorem, & ibi ait, quod pœna imposita ementi censetur eò ipso imposita vēdenti, & *Abb.in cap. quia clerici de iure patronat.* expressè docet, quod lex pęnalis loquens de emptore extenditur ad venditorem, & tenet etiam *Angel.in l.fin.C. de exact. trib. Andr. Barbat.in cap.*1.*col.penult. de testam.* cum alijs relatis per *Mars. loc. proximè citato & Dominic. post Imolam in cap.eos* §. 1. *de temp. ordina. in 6.* ait,
14 quod eodem statuto quo quis est permissus emere sine solutione gabellæ intelli-

intelligitur etiam permiſſus vendere,
latiuſque comprobat materiam de-
clarando *doctiſſ. Felin. in commen. ad*
proœm. decretal. verb. Gregorius. num. 5.
& 6. latè *Bald.* loquens ſpecificè de
emente, & vendente in *rub. de rebus*
credit. in fin. & in l. nemo Apoſtolorum
15 *C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. 1. ff. de ca-*
lumn. docet, quod pęna impoſita re-
cipienti aliquid per barattariam, ha-
bet etiam locum in dante: & magis
in ſpecie *Abb. Panorm. loc. proximè ci-*
tato inquit: *Et ideò ſi ſtatutum imponit*
pœnam vendenti certam rem; eadem
16 *pœna intelligitur repetita reſpectu emē-*
tis, ſequitur *Hippol. in d. l. ſi quis vi-*
duam num. 18. de quæſt. Inde notabili-
ter *Rebuff. in d. l. 1. C. de cupreſſ.* ſic ait;
& hæc iura faciunt, quod ſi fuerit procla-
matum ſub pœna decem librarum, vt
nullus audeat vendere equos, niſi eun-
tibus ad exercitum, quod etiam pœna
extenditur ad emptores contrafacientes
pro quo ff. de action. empt. l. veteres ſup.
de maleſ. l. culpa, & 26. q. 5. c. aliquanti,
arg. contra ff. ad municipal. l. conſtitu-
tionib. quia ſtatuta municipalia ſunt
ſtricti iuris, pro hoc ff. ſol. matr. l. ſi verò
§. de viro; ſed credo, quod incident in
pœnam emptores, ſicut venditores, per
ſuperiùs allegata de ſecuro; idque con-
ſtanter ſequitur *Baptiſta de San. Blaſ.*
in tract. de correlat. num. 6. verſ. 5. pro-
cedit, Ant. Gab. poſt multos d. conc. 3. nu.
12. 13. & 14. & ſine difficultate pro-
cedit vbi eadem eſt in vtroque ex
17 correlatiuis ratio, eò, quod ex vi ta-
cita verborum comprehenditur cor-
relatiuum non expreſſum, & hoc ca-
ſu lex non extenditur, ſed dicitur cō-
prehendere id quod tacitè contine-
tur, *arg. tex. in l. his ſolis* ibi, *tacitè cau-*
tum putamus C. de reuocan. donat. &
docet *gloſ. in cap. 1. verſ. Italiæ de tem-*
por. ordinat. in 6. quæ loquitur etiam
reſpectu pœnę cùm alijs relatis per
eundem *Felin. loc. cit. num. 9. verſ. ſed*
tantùm veriùs, Abb. vbi ſupra, perbellè
Hippol. loc. cit. nu. 24. Vinc. de Franch.
deciſ. 570. in fine.

Huiuſmodi autem tacitę compre-
henſionis ea eſt vis, atque poteſtas,
18 vt in neceſſariam conſequentiã tra-
hat poſt ſe alterum ex correlatiuis in
ſtatuto non expreſſum, ita vt ſine illo
eius diſpoſitio verificari non poſſit,
iuxta notata per *Bal. in l. fin. de fidei-*
comm. libertat. quem allegat *Philippus*
Dec. in annot. ad eundem Bald. in l. 1. C.
de commun. ſeru. manumiſſ. inquiens,
19 *quia ſtatutum compellens emptorem,*
videtur in conſequentiam compellere
venditorem, ſine quo ſtatutum verifi-
cari non poteſt.

Quod ſi nudæ verborum proprie-
tati quis inniti velit, nec admittat v-
trumque correlatiuorum ſub impen-
dentis vocabulo tacitè comprehẽdi,
non ideò minùs diſpoſitionem Regiæ
Pragmaticæ euitabit, quæ non tan-
tùm ſermonem facit de impendente,
ſed expreſsè loquitur de cooperãte,
& auxilium quomodolibet præſtan-
te impenſioni, ibi, *ò che haueſſero dato*
agiuto, ò in qualſiuoglia maniera coope-
rato, à falſificare, ò retagliare la mone-
ta ò ſmaltire la falſa, ò retagliata, &c.

Sed vt omnis tolleretur prorſus
dubitandi ratio, idem Excellentiſſi-
20 mus Oſſunæ Dux, qui primus om-
nium eam pęnam edixit per *Pragma-*
ticam ſanctionem promulgatam 21.
Nouembris 1616. verba ipſius prag-
maticæ declarauit per reſcriptum di-
rectum tunc temporis Regio Con-
ſiliario Scipioni Rouito ad præſens
meritiſſimo Regenti Regiã Cancella-
riã, & Collater. Cõſiliario, & D. meo,
vt ſcilicet pragmatica comprehendat
etiam recipientem ſcienter adulteri-
nam monetam, idemque confirmauit
Eminentiſſimus Cardinalis Zapata
alio reſcripto ad verbum relato per
accuratũ *Eliſeum Danſa* in ſuo ope-
re,

re, quod inſcribit *pugna Doctorum tit. de falſ. monet. cap.* 2. Ex quibus dicebatur, non eſſe in dubium reuocandum prædictum Andream Imperato à Regni finibus eſſe arcendum, ſeruata forma ipſius pragmaticæ. Et ſi quis velit ex abundanti contrarijs ſatisfacere dicat, falſum eſſe aſſumptum, quod pragmatica loquatur in perſonam, non in rem; nàm damnum, quod commercio publico oritur in hoc caſu, prouenit ex re ipſa, ideſt ex falſa moneta, vt patet ad ſenſum; at ſtatu-
21 tum, ſeu lex pœnalis, quę bonum publicum reſpicit, ex identitate rationis extenditur etiam ad aliam perſonam ex *Bar. in l. quemadmodum C. de agric. & cenſit. lib.* 11. *Aug. ad Angel. de maleſ. verb. & Sempronium mandatorem ſub num.* 33. *Boſſ. tit. de pœn. num.* 12. *& ſeq. & poſt Crauett. & alios* notat *Peregr. Iannin. inter conſilia Farinac. conſ.* 85. *num.* 75. ſubdens id maximè procedere in correlatiuis, ex *Baptiſta de S. Blaſ. in d. tract. de correlat. num.* 19. *verſ.* 54. *facit.* Præterquam quod axioma illud deſumptũ ex theorica *Bar-*
22 *toli in locis allegatis* non eſt perpetuò verum, vt benè obſeruat *Tiber. Dec. tract. crim. lib.* 9. *d. cap.* 32. *nu.* 10. *verſ. ſed tamen*; nã & in terminis illius quęſtionis, quam poſuit *Bart.* an ſcilicet mandans comprehendatur in ſtatuto, obſeruat *Decian.* etiam dari caſus, in quibus comprehendatur mandãs, & nihilominus ſtatutum loquatur in perſonam, vt in iuribus, & exemplis inibi per eum propoſitis, ideòque ſubdit; *ſed cùm ſtatutum loquitur in perſonam, recurrendum eſſe puto ad coniecturas, de quibus ſupra; nàm non eſſet vera concluſio generaliter, ſi hac ſtatueretur, quod quando lex loquitur in perſonam, ſemper mandans non comprehendatur, quia apertè repugnant iura ſupra citata.*
23 Et ad id, quod dicebatur ex *Io. Andr. in d. c. diſpendia de reſcript. in* 6. quod ſcilicet extenſio fiat tantummodò reſpectu peccati; non autem reſpectu pœnæ; reſpondit magiſtraliter *Felin. ibidem* ex ijs, quæ nos ſupra notauimus, quod ſcilicet, vt correlatiuum comprehẽdatur in diſpoſitione facta reſpectu alterius, non eſt neceſſaria extenſio aliqua, cùm vtrumque ſit comprehenſum in mentè ſtatuti, & habeatur pro expreſſo; ſequitur *Hippol. de Marſ. poſt Panormit. & alios loc. ſæpiùs cit. num.* 18.

Ex quibus facilè eſt intelligere, an ſit applicabile ad caſum noſtrum quod dicit *doctiſſ. Pater Suar. loc. cit.* vt ſcilicet deficiat hoc caſu voluntas Principis ſtatuentis; nàm id poſſet procedere vbi ageretur de extenſione legis; cùm autem ſupponamus vtrũque correlatiuum comprehendi ſub diſpoſitione, non eſt cur dicamus voluntatem Principis ſtatuentis magis ad vnum, quàm ad aliud porrigi; Etenim vulgatum eſt quoque in iure, quod vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia debet pariformiter ea determinare. Et tandem negandũ omninò eſt diuerſã eſſe rationem in vendente ab ea, quæ eſt in emen-
24 te; nàm quando lex prohibens venditionem habet reſpectum ad commercium; tunc eadem eſt in emente ratio, & prohibitum in vno cenſetur prohibitum in alio, vt docet *Salicet. in l.* 3. *C. quæ res vendi poſſ.* cùm alijs relatis *per Ant. Gabr. lib.* 6. *concl. tit. de legibus concl.* 3. *num.* 15. & ſic procedunt dicta per *Bald. d. l.* 1. *C. de comm.*
25 *ſeru. manumiſ.* vt benè intelligit *Boer. deciſ.* 45. *nu.* 21. & faciunt tradita per *Bart. in tit. quæ ſint reg. circ. princ.* vbi regalia prohibentur tàm vendi, quàm emi, eo quod tãquàm Principi reſeruata non ſunt in commercio ſubditorum, notat ad propoſitum *Baptiſta de Sancto Blaſ. loc. cit. num.* 20.

Die

Die 14. Ianuarij 1634. fuit per Mag. Cur. delegatam decisum Andream Imperato inquisitum de emptione falsæ monetæ esse à Regni finibus expellendum, vtpotè comprehensum sub dispositione Regiæ pragmaticæ loquentis de impendente, siuè vendente eam. Referente nobilissimo Iudice D. Hieron. Salamanca.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis in factum competit, vbicunque lex tribuit actionem criminalem ad pœnam.*

2 *Interesse ciuile ex delicto proueniens quomodò computetur.*

3 *Iudicia ciuilia, & criminalia sunt inter se distincta.*

4 *Actio ciuilis, & criminalis non possunt simul exerceri, & cumulari.*

5 *.. in criminali iudicio emergens potest coràm Iudice criminali intentari.*

6 *Inditia grauia non semper euacuantur per torturam, ita vt nequeat reus cõdemnari ad pœnam extraordinariam.*

7 *Præsumptiones sufficiunt in ciuilibus ad condemnationem.*

8 *Probationes leuiores requiruntur in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

9 *Socij criminis depositio cum tortura sufficit quoàd ciuilitatem.*

10 *Inditia grauia nõ euacuantur per torturam quoàd ciuilitatem.*

11 *Confessio facta coràm incompetenti Iudice præiudicat in causa ciuili.*

12 *Iudex non potest ad interesse condemnare, nisi per confessionem rei de delicto constet.*

13 *Testes, & contumacia rei non faciunt fidem nisi ad id, de quo principaliter agitur.*

14 *Ex probatione facta per testes, vel cõtumaciam non oritur officium Iudicis.*

15 *Condemnatus ad pœnam extraordinariam non dicitur condemnatus tanquam delinquens; sed potius tanquã de crimine suspectus.*

16 Philipp. Corn. consf. 300. num. 3. lib. 3. *commendatur.*

17 *Mulier quamuis possit in pœnam adulterij condemnari ex inditijs, hoc non procedit quoàd amissionem dotis.*

18 *Iudex quoàd pœnam corporalem potest arbitrari ex inditijs, non autẽ quoàd interesse partis.*

19 *Præsumptiones sufficiunt in causa ciuili ciuiliter, & principaliter intentata.*

20 *Iudex potest ex præsumptionibus condemnare, si tamen sint vrgentes, & indubitatæ.*

21 Textus in cap. afferte de præsumpt. *nouiter declaratur.*

22 Stephan. Guazzin. *refellitur.*

23 Domin. Præs. Vinc. de Franch. decis. 460. *declaratur.*

24 *Pœna vbi minoratur propter beneficiũ ætatis, vel qualitatis, tunc rectè sequitur condemnatio ad interesse.*

25 Paschal. de virib. patr. potest. *refellitur.*

26 Capiblanc. in pragm. 6. de Baron. nu. 105. *confutatur ex ipsiusmet allegationibus.*

27 *Depositio socij criminis cum tortura probat quoàd ciuilitatem, cum deponit non tanquã reus; sed tanquã testis.*

28 *Depositio socij criminis etiam cum deponit tanquàm testis, facit tantùm qualem qualem præsumptionem.*

29 *Reus, qui confitetur delictum cum qualitate ipsum excusante, vbi venit cõdemnandus aliqua pœna, an debeat ad interesse condemnari?*

30 *Decisio notabilis Sacri Consilij.*

31 *Exculpatio damnum passi prodest reo pro interesse.*

32 *Expensæ factæ per Fiscum in causa criminali quando debeant solui per partem remissiuè.*

Maleficiorum Iudicem super interesse partis in iudicio maleficij incidente, non nisi vbi pœna ordinaria criminis venit irroganda, pronunciare posse.

CAPVT XIX.



Vbium non est in iure, quod vbicunque lex tribuit actionem criminalem ad pœnam, competit etiā actio in factū ad interesse passum *ex Vlpian. responso in l. qui nomine ad l. Cornel. de fals. vbi Bar. l. fin. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. l. ex hac lege ff. si quadr. pauper. fecisse dicat.* & exemplum est in fure *per tex. in l. interdum §. qui furem de furt. & notat Vinc. de Franch. decis. 460. num. 2. & 3. Anton. Gomez de delict. tit. de homicid. num. 37. & in tit. de iniuria numer.* 10. & eleganter *Bal. cons.* 249. *nu.* 2. *vol.* 3. & quæ veniant, & quomodo computetur huiusmodi interesse, notant eleganter *Ioseph Ludouic. decis. Lucen. 61. num. 25. & seq. Menoch. Couar. Gomez, & alij relati per Surd. decis.* 89. *num.* 7. Sed quia iudicia ciuilia, & criminalia sunt inter se distincta, *l. non ignorat C. de fruct. & lit. expens.* prout est hodiè in Regno iurisdictio ciuilis, & criminalis M. Cur. Vicariæ, ita vt Iudex criminalis nequeat se intromittere in exercitio iurisdictionis ciuilis, *ad reg. text. in l. solemus §. latrunculator de iudic.* nec etiam de partium consensu, *per l. testamenta omnia, vbi Bald. C. de testament. & nos. per Cyn. & Bald. in l. si quis ex consensu C. de Episcop. audien.* imò & actio criminalis adeò est cum ciuili incompatibilis, vt vna cum altera non possit cumulari, & exerceri, *l. interdum de public. iudic. l. 2. §. 1. de vi bonor. raptor. latissimè Farinac. tom. 4. quæst.* 100. *num.* 120. *& sequent. & notant DD. in dicta l. interdum §. qui furem de furt. cum concordant. allegatis per Marant. in specul. quarta part. distinct.* 20. *numero* 5. *& Clar. libro* 5. *sentent.* §. *finali quæst.* 2. *in princip.* Diximus nihilominus in Magna Curia hoc esse intelligendum, vbi criminalis, & ciuilis actio æquè principaliter intentantur, secus autem vbi incidenter Iudex maleficiorum vult de ciuili causa in criminali iudicio emergente cognoscere, veluti de interesse partis maleficium passæ; quia eo casu rectè pronunciat, vt probat *tex. expressus in l. sed & loci §. si dicantur,* ibi; *Iudex, qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest ff. fin. regun. & tradit* Bal. *in l. cū vendente C. vbi caus. fiscal. & in l. data opera nu.* 4. *C. de his, qui accus. non poss. Felin. in c. cum oportet col. fin. de accus. Magon. decis. Lucens.* 92. *num.* 32. *Surd. cons.* 266. *num.* 3. *in fine lib.* 2. *Scaccia de sentent. & re iudic. glos.* 14. *quæst.* 19. *nu.* 61. *Clar. d. quæst.* 2. *vers. & hæc quidem, & ibi Baiard. & plures cumulat Roland. à Vall. cons.* 30. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Capell. Tholos. decis.* 22. *& Addentes ad ipsam, Farinac. de inquis. quæst.* 1. *n.* 62. *&* 63. *& q.* 100. *n.* 152. *Surd.* in pulchro casu *in tract. de alim. tit.* 7. *q.* 16. *n.* 70. *Facch. cōtr. iur. lib.* 9. *c.* 2. *vers. sed istud, Carol. de Graff. de effect. cleri. effect.* 1. *n.* 1155. *& Ricc. coll.* 1298. *Menoc. de arb. lib.* 1. *q.* 82. *n.* 10. *Pegu. dec.* 27. *in fin. Ant. Gomez lib.* 3.

lib.3.var.cap.3.titulo de homicid. num. 38. in fine & posse super hoc incidenti pronunciare etiam ante sententiã tenet *Zuccard.conf.52.num.10. in fin.* cum alijs nuper relatis per *Ram. conf. 51.num.1.& conf.52.num.11.* & plura ad confirmationẽ adducit *Caball. resol. crimin.lib.1.cas.82.* subdens, quod adhuc quando formatur libellus, seu accusatio de furto, vel quid simile, petendo reum puniri, & condemnari ad rem restituendam, vel damnum emendandum; tunc non videtur intentata actio criminalis, & ciuilis æquè principaliter; sed dicitur accusator intentare criminalem tantùm, & incidẽter implorare officium Iudicis ad rei restitutionem, vel damni emendam. Quod quidem axioma præterquam quod iure communi procedit sine dubitatione: nostro tamen Regni, ex *Cap.Regis Roberti 216.* quod incipit *si de furto*, expresè sancitum est, ibi; *Iudex aditus super his, comperto facinore, nocentem reum pœna debita feriat, & in eadem instantia per suum officium in rei subtracta, vel violenta celeri restitutione condemnet.*

His præsuppositis, dum pro quodã magnæ pecuniarum quantitatis furto cum effractione commisso in hac fidelissima Ciuitate Neapolis in domibus Flaminij de Sio fuisset vnus ex latronibus tortus per M.Cur.Vic. delegatam, & persistens in negatiua condemnatus ad pœnam trire-
6 mium per quinquennium, prout fieri posse quando inditia sunt grauia, nõ ambigitur ex traditis *per Brunum in tract.de tortur.par.1. quæst.4. num.5. Gram.decis.8.num.5.in fin.Vinc. de Franch.decis.538.& rursus decis.577. num.17.late Menoch.de arbitr. cent.3. cas.273.num.5.& 10. Gasp. Thesaur. lib.2.quæst.forens.cap.45.num.6. & 7.* & palam fit ex decisis per Supremũ Collaterale Consilium in casu relato per *D. Reg. de Ponte decis.24. in princ* quidquid cõtra sentiat insignis *Mendoza dispu.iur. ciuil.lib.1. cap.3. n.40.* dicens, hanc communem praxim sẽper sibi visam fuisse iniquam: instetit posteà furtum passus, eundem furem condemnari ad restitutionem ipsius pecuniæ, & ad omne interesse. Hinc agi oportuit de ea quæstione, quam nondum vidi apud Iureconsultos ad saturitatem discussam: an scilicet reus damnatus ad pœnam extraordinariã ob inopiam probationũ, possit quoq; condemnari ad interesse partis.

Dicebatur pro actore suam instãtiam etiam iure diuino comprobari ex illa memorabili sentẽtia *Regis Salomonis*, de qua *lib.3. Reg.cap.3.* relata postmodum in *cap. afferte de præsumpt.* vbi conspicitur ex vna tantùm
7 licet violenta probatione restitui iussisse filium veræ matri: eamque ex bono Regis dolo latam fuisse dicit *Andr. in cap.1.§. publici latrones circa fin.de pac.tenen.* ex quo *text.DD.* vnanimiter concludunt, posse quem in ciuilibus cõdemnari ex præsumptionibus. Ita *Præpos. in cap. is, qui fidem nu.4.de spons.Boss.in tit.de part. suppos. num.31. Sarmient.lib.1.select. cap.1. num.8. & plures refert Farinac. de reo confess.q.86.n.113.& Addẽtes ad ipsũ*
8 *cõs.78.n.1.* imò leuiores probationes requiruntur in ciuilibus, quàm in criminibus, & multa, quæ non sufficient ad condemnationem pœnæ, erunt sufficientia pro condemnatione interesse, & damni, prout notat *Caroc. decis. 54.num.7.* vnde *Sebastian. Guazzin. in tract.de pace quæst.42. num.21.* testatur pro hac parte in Curia Romana bis iudicasse condemnando reum ex præsumptionibus vltra pœnas fiscales ad interesse partis; eamque opinionem videtur secutus *D. Vinc. de Franch.dec.460.* & esse in iure veriorem, & tenendam dixit *Paschal. de*

*viri6.patr.poteſt.par.4.c.3.ſub nu.*38.
*Coſta de remed.ſubſid. rem.*51.*num.*1.
*Maſull.ad Capic.deciſ.*141.*num.*8.*Ca-
piblanc.in comment. ad prag.*6. *de Ba-
ron.num.*105.& conferunt tradita per
*D. Regen. de Ponte deciſ.*24. *num.* 27.
& 28.
Et nullam pati difficultatem in caſu
noſtro, eò quod inditia, ex quibus
reus fuit tortus erant plura, eorum-
9 que præcipuum conſiſtebat in depo-
ſitione ſocij criminis cum tortura, ex
qua ſola induci probationem quòad
ciuilitatem docuerunt *Salicet.in l.fi.
C. de accuſat. Menoch.de arbitr. caſ.*
474.*num.*65.*&* 66. *& poſt alios Ma-
ſcard.de probat. concluſ.*1317.*num.*55.
& huiuſmodi inditia tanquam vrgen-
tia non ſunt euacuata per torturam;
10 *Vinc.de Franch.d.deciſ.*577. præſer-
tim quòad ciuilem actionem, prout
fundat *Morotius conſ.*17.*num.*15. *&
ſequens.*
At pro reo, qui nullum habebat
Aduocatum videbatur dicendum;
quod licet verum ſit, Iudicem male-
ficiorum incidenter cognoſcendo
poſſe ad partis intereſſe reum con-
demnare: tamèn id vno tantùm caſu
admittendum, quoties videlicet de
delicto conſtet ꝑ propriam ipſius rei
confeſſionem: ea quidem ratione,
quia confeſſio etiam facta coram in-
11 competenti Iudice pręiudicat in ci-
uili cauſa inter eaſdem partes *Bart.in
l. Prętor ait §. hoc edicto num.*5. *de vi
bon.rapt. Rota Roman.deciſ.*253.*nu.*2.
inter 372. *deciſiones criminum, & te-
ſtium collectas per Farinac.* cùm verò
de delicto conſtet per teſtes, vel per
12 contumaciam, tũc non poteſt Iudex
condemnare ad intereſſe partis, quia
excederet ſuæ iuriſdictionis metam:
cùm re vera non ſit Iudex cauſæ ci-
13 uilis; teſtes verò, & contumacia non
faciũt fidem extra illud, de quo prin-
cipaliter, & primario agitur, vtpotè
ad vindictam *cap.veniens de teſtib.* Eſt
namque ratio diſcriminis illa; quod
officium Iudicis, cũ reus fatetur cri-
men, deſeruit confeſſioni, non autem
principali accuſationi, & ideò rectè
imploratur, licet incidenter pro re-
ſtitutione rei ablatę; probationi ve-
aliter factæ, quàm per confeſſionem
non poteſt Iudex inhęrere, nec ciuili-
14 ter condemnare, niſi ex nouo pro-
ceſſu: quia ex ea non oritur officium
Iudicis, vt notatur *in l.ſi poſſeſſori §.fi-
nal.de iureiuran.* ita tàm argutè, quàm
doctè ſuo more diſcurrit ſubtilis *Bal.
in l. qui crimen numer.* 23. *C. qui
accuſ. non poſſ. ſequitur Ruyn. conſ.* 35.
*col.*1.*lib.*5.*Alex.Felin. & alij, quas ſe-
cuta Rot.Lucen.apud Magon. deciſ.*91.
*num.*9. pro hac parte iudicauit, & eſſe
communem opinionem dicit *Rolan.
conſ.*30 *nu.*18.*latè Bertazol.conſ.*232.
*num.*6.*in fine, Iul.Clar.d.quæſt.*2.*verſ.
vnum tamen, & ſequitur Grattan. di-
ſcept.forenſ.tom.*3.*cap.*525.
Quod ſi *Baldi* opinio ſoli confeſ-
ſioni rei alligata nimis ſtricta videa-
tur, velimuſque tantùm tribuere ve-
ris, & liquidis probationibus teſtiũ,
quantum *Baldus* ſòli tribuit confeſ-
ſioni; quę ſententia placuit *Auguſtino
in addit.ad Angel.tract.de maleſ. verb.
per Iudicem maleficiorum in prima
addit.* vbi dixit rationes *Baldi* eſſe fri-
uolas, *Ruin.ſibi contrario in conſ.*4.*col.*
12. *volum.*4. *Farinac. de inquiſit. q.*1.
*num.*66.*verſ.ſed quòad teſtes, Carolo de
Graſſis de effect.cleric.effect.*1.*n.*1159.
*Peguer deciſ.crim.*27.*in fine*, dicendũ
erit extra hos duos caſus, ideſt cùm
reus eſt confeſſus, vel legitimè con-
uictus, nunquam poſſe deueniri ad
condemnationem pro intereſſe, &
damno partis, quamuis pro furto, ſeu
alio maleficio propter inditia per tor-
turam fortè non ſufficienter purgata
deuentum ſit ad aliquam condem-
nationem corporalem extra ordinẽ,
præ-

præsertim vbi cōdemnatio interesse, seu restitutionis non est statuta ab ipsamet lege pœnam criminalem imponente, iuxta tradita *per Iul. Clar. d. q. 2. vers. vnum tamen nota, quem sequitur Farinac. d. q. 1. num. 66. vers. aduertas, & q. 11. num. 106. in fine*, hoc
15 enim casu imputatus de crimine non dicitur condemnatus tanquam reus, & delinquens: constat enim ad hoc debere esse probationes luce meridiana clariores, *l. scia[illegible]ncti C. de probat.* sed potiùs dic[illegible] condemnatus tanquam de crimine suspectus: quæ suspicio quòad interesse partis non est sufficiens ad cōdemnādum: Ita hanc partem neruosè defendit *doctiss. Petrus Caball. resol. crim. cas. 82. nu. 15.* dicens se nunquàm meminisse aliquem condemnatum ad pœnam extraordinariam, & ad interesse partis: & ante eum id tenuit *Ripa in l. admonendi num. 11. de iureiuran.* Eorumque sententia confirmatur egregiè
16 ex traditis *per Philip. Corn. cons. 300. num. 3. in fine lib. 3.* vbi Consultus, anstante statuto quòd cōtumax habeatur pro confesso, posit ex hac ficta confessione reus condemnari ad interesse partis, mordicùs defendit, non habere locum talem condemnationē per theoricā *Bart. in l. eius, qui delatorē in fine de iure Fisci*, ideò subdit *Corn. vnde dicta confessio nō facit fidē in hac causa, eùm constet esse aliam causam, quia hæc ciuilis, illa criminalis: hæc ad interesse partis, illa ad pœnam applicandam Fisco. Ex quibus concludo intrepidè tenendum esse, quod partes Iudicis si aliud non docetur, sint in absoluendo dictos Amorosum, & Baldum, ex quo delictum sufficienter contra eos non probatur ex præmissis.*

Et comprobatur vlterius hæc pars ex doctrina *Augustini ad Angel. in tract. de malef. in verb. qui dominus Iudex sub num. 38. & Bertazol. cons. crim. 17. nu. 10. & 11. & Anchar. cons. 408.* vbi tradunt, quod licet in pęnam adulterij possit mulier condemnari ex ipsius contumacia, cum habeatur pro confessa: hoc procedit quòad pęnam criminalem, secùs si tractetur de amissione dotis ad fauorem mariti: quia hæc pœna cum sit ciuilis, & applicanda parti, non potest irrogari nisi adulterium sit verè per cōfessionem, vel conuictionem probatum. Per quos terminos *doctiss. Sigismund. Scacc. de sentent. & re iudic. d. glos. 14. q. 19. num. 66.* tenet opinionem Caballi, licet eo non relato, subdens so-
18 lum esse permissum Iudici ex inditijs arbitrari quòad pœnam, non autem quòad interesse partis: & quod si quandocunque toleratur, quod reus possit condemnari ad aliquam pœnā arbitrariam ex inditijs, est certa tolerātia priuilegiata, & cōtra regulas iuris communis quæ non debet trahi ad consequentiam, vt possit ex inditijs quoque condemnari ad interesse, & damna, & sic vidisse practicari. Et hæc opinio (ni fallor) indubitanter procedit in Regno, ex dispositione supracitati Capituli Regis Roberti, propter illorum verborum *(comperto facinore)* naturam, per modum ablatiui absoluti prolatorum, quæ conditionem important, *l. à testatore 101. de condit. & demonstr. l. facta § rescripto ad Trebell.* & hæc plenè, & in forma specifica adimpleri debet, *l. Manius, & l. qui hæredi de condit. & demonstr.* & eleganter ad rem considerat *Castillo decis. 156. num. 8.* quasi Rex diceret eo tantùm casu esse furem condemnandum ad rei subtractę restitutionem, cum facinus compertum, idest probatū sit, quod fieri nequit nisi per legitimam cōfessionem, siue

siue testiũ cõuictionẽ, ad tradita per
*Bar. in l. Lutius Titius 83. de cõd. & de-
mõst. cũ alijs per Castril. loc. proximè cit.*

Ipsa igitur vti veriore retenta,
nihil officiunt contraria. Et pri-
mò *tex. in d. cap. afferte de præsumpt.*
qui est scopus, & cardo illius senten-
tiæ, nam relicto communi *DD.* intel-
lectu ad illum, quem refert *Farinac.
de reo confess. & conuict. q. 86. n. 17.* qui
præterquam quod nõ satisfacit, cum
nullam assignet discriminis rationẽ,
quare in ciuilibus possit ad condem-
nationem deueniri ex prçsumptioni-
bus, in criminalibus verò non item:
19 nihilominus hæc theorica posset
procedere, vbi causa ciuilis ciuiliter
intentatur, non autem vbi ad ciuilem
condemnationem agitur incidenter,
& in consequentiam actionis crimi-
nalis.

Mihi tamen videtur verius, & ap-
tius responderi posse: præsumptionẽ,
20 de qua *in d. cap. afferte* fuisse nimis
violentam, indubitatam, & vrgẽtem,
quo casu, & non aliàs posse Iudicem
ad condemnationem pecuniariam
deuenire dicit *Farinac. d. q. 86. nu. 83.
& sequitur Gilbaus: in arb. Iud. crim.
cap. 6. par. 5. num.* 161. & quamuis se-
cundum veriorem, & receptiorem
sñtiã, quã neruosè defendit *Menoch.
de præsum. lib. 1. præsũ. 97. n. 23. cũ seq.*
21 contrarium sit verum, siuè in crimina
libus, siue in ciuilibus: nihilominus
tamen obseruandum est in illius fa-
cti serie non potuisse sapientissimum
Salomonem temperare suam sentẽ-
tiam, prout fieri debere quando ex
præsumptionibus iudicatur, dicit
Menoch. loco cit. quia res de qua di-
sceptabatur, erat indiuidua; nã filius
vni matri, non duabus erat dandus;
çquum proinde fuit tradere illum ei,
quæ habebat iuris violentam pro se
præsumptionem, non alteri aduersus
quã resistebat. Ergo decisio illa, quç
processit ex necessitate facti potius,
quàm ex iuris rigore trahenda non
est ad consequentiam.

22 Corruunt post hæc facillimè tradi-
dita per *Guazin. d. q. 42. nu. 21.* vt po-
tè qui ad suæ sententiæ confirmatio-
nem non nisi *textum in d. cap. afferte
allegat.* cum tamen nec desit *Guliel. de
Bened. in c. Raynutius, verb. mortuo ita-
que testatore n. 175. cum seq. de testam.*
vbi tenet etiam ex contumacia posse
reum cond[illegible]nari ad rei restitutio-
nem, quand[illegible]otest ex ipsa crimina-
liter puniri, eum allegat *Baiar. ad
Clar. d. q. 2. num.* 10.

Et pariter quæ dicit *D. Præs. Vinc.
de Franch. d. decis.* 460. nàm siue attẽ-
damus casum inibi decisum, siue po-
steriora verba decisionis non meren-
tur ad hoc allegari. Non primùm,
quia inibi homicidium non fuit deli-
beratum; ideòque pçna relegationis
delinquenti imposita, non fuit extra-
ordinaria, sed ordinaria illius delicti:
vnde rectissimè subsecuta fuit con-
24 demnatio ad interesse: vbicunq; enim
mitior pœna imponitur propter be-
neficium ætatis, vel qualitatis delicti
excusãtis, vel aliam similem causam,
quæ tamen non respiciat delicti pro-
bationem, aut culpam offensi, tunc
non ambigitur criminalem punitionẽ
iustissimè subsequi cõdemnationem
ad interesse, prout accuratè aduertit
Scacc. d. glos. 14. q. 19. num. 70. Non
tandem quæ dicit *idem de Franch. in
d. decis. in fine num.* 9. quia hac in re ni-
hil affirmat, sed remittit se ad aliàs
dicta: Ideo *Horat. Viscont. in addit.
ad decis. 333. eiusdem Vinc. de Franch.*
dum allegat prædictam *decisionẽ* 460.
potius intelligit *D. Præsidem* dubitare
in hac quçstione: & hçc dubietas au-
geri potest ex his, quæ aliàs ipsemet
tradit *decis. 510. nu. 16.* dum ait, quod
eo ipso quod quis condemnatur ad
mortem, ex iuris dispositione venit
interesse,

interesse, & ad hoc allegat dicta in eadem *decis.* 460. ergò potius negatiuam sectatus fuit opinionem, quàm affirmatiuam, ad quod in præsenti allegatur.

Et ad *Pascal. de virib. patriæ potest.*
35 respódetur, ipsum deceptum eodem laqueo, quo decipitur *Guazzin.* scilicet *ex tex. in d. cap. afferte*; & quod deducere vult *ex Farinac. d. q.* 86. *nu.* 78. id prorsus ei aduersatur, si rectè inspicias; tradit nãque *Farinac. ibi ex Paul. de Castr.* & alijs, quod ex præsũptionibus, & inditijs non potest quis cõdemnari ad pœnam corporalem, secùs ad pecuniariam; hoc intelligendo criminaliter, scilicet de pœna pecuniaria applicanda Fisco, nõ autem de ciuili condemnatione ad interesse partis, de qua est nostra quæstio: hæc namque condemnatio non est pœnalis, sed oritur ex actione ciuili in factum, vt initio præfati sumus. Prætérquam quod *Pascalis* ipse nullatenus respondet motiuis, & rationibus adductis per *Caball.* quem ipse fatetur bene quæstionem explicare. *&* *Costa d. remed.* 51. *num.* 1. nihil allegat pro suæ sententiæ confirmatione, nisi illud idem, quod supra fundauimus, nempè maleficium committentem teneri damnum resarcire vltra pœnã corporalem, *ex tex. in d. l. qui nomine ff. ad l. Cornel. de falsis*; sed an in casu nostro, verbum nullum.

36 Et vt ostendamus non posse subsistere tradita per *Capiblanc. ad d. prag. 6. de Baron. num.* 105. digito demonstrabimus allegationes, ex quibus mouetur; ea non probare, vtque sigillatim de his videamus dicit, primò *dec. Rot. Lucen.* 91. *apud Mangon.* esse in terminis suæ opinionis; sed totum contrariũ cõspicitur vel ex eo, quod nos illam attulimus supra ad probãdum, non posse Iudicem condemnare ad interesse partis, nisi de delicto constet per confessionem ipsius. Secundò allegat *Clarum lib. 5. sent. §. fin. q.* 2. sed ex ipsius verbis similiter totum contrarium desumitur; sic enim inquit. *Illa tamen intellige, vt procedat quando talis condemnatio ad restitutionem rei furtiuæ non venit ex eadem lege, vel statuto pœnam criminalem imponente: nam eo casu non potest Iudex, nisi reus, vel per testes conuictus sit, vel proprio ore confessus, officium suum impartiri.* Tertio affert *Menoch. de arb. cas.* 122. cuius dicta eò tantùm tendunt, vt interesse damnum passo resarciendum sit, quod nos non negamus. Quartò adducit *Vinc. de Franch. dicta dec.* 460. cui iam est supra responsum, & tandem non video cur alleget *Caball. dicto casu* 82. pro sua opinione, qui, vt patet, est contrariæ primarius defensor, & antesignanus.

Et quod vltimo loco ponderatur, depositionẽ socij criminis cum tortura inducere probationem quòad ciuilitatem, id *DD.* intelligunt, cum socius non deponit tanquam reus; sed tanquam testis, id est vbi de crimine ciuiliter agitur, prout egregiè respondit *Ruin. cons.* 105. *in fine lib.* 4.
38 *& cons.* 158. *nu.* 15. *lib.* 5. *Boer. q.* 319. *num.* 5. *vers. sed intellige*, ad quod allegauit mihi Dominus *D. Ferdinandus Muñoz dignissimus Collega noster, tex. in cap.* 1. *de testib. in* 6. qui videtur id expresse probare, & in eo casu facere qualem qualem præsumptionẽ scribit *Abb. in cap.* 1. *de confess. & Dec. in cap. quoniam in fine de testib. relati per Menoch. d. ca u* 474. *num.* 65.

Eccè quàm facili negotio ruunt fundamenta affirmatiuæ sententiæ, restatque *Caballi* negatiua opinio solidioribus fundamentis nixa.

Sed quid si reus fateatur delictum, puta homicidium, dicat ta-
39 men fecisse ad sui defensionem, vel tuendi proprij honoris causa, & nihilomi-

hilominus veniat per Iudicē puniēdus de aliquo excessu circa modum defensionis; an debeat quoque condemnari ad interesse propter illum excessum? Hunc articulum paucis absoluit *Anton. Gomez lib. 3. var. tit. de homicid. sub num.* 38. *vers. adde tamen*, docens, quod licet non in totū teneatur, tamen in aliquo Iudicis arbitrio propter excessum veniet condemnandus; & faciūt tradita *per Bucceron. de differ. inter Iud. ciuil. & crim. differ.* 42. licet re vera casus propositus *in l. scientiam §. sed si defendendi ad l. Aquil.* sit longè diuersus à nostro, vt colligitur ex animaduersis per ipsum

30 *nu.* 3. Nihilominus Sacrum Consiliū in causa Antonij della Vita, qui confessus fuit occidisse Victoriā de Vrso suam vxorem, & Erasmum Russum adulterum, estò quod non negaretur excessisse modum à lege præscriptū, absoluit inquisitum ab interesse, reformando quòad hoc sententiam M. C. V. hoc pro vero habens, quod pro eo, quod quis excedit ad sui defensionem non potest condemnari ciuilitèr, quāuis aliquatenus criminaliter teneatur, ad tradita per *Affl. dec.* 206. *n.* 2. *& seqq. cū alijs relatis per Guazzin. de treug. & pac. p.* 2. §. 3 *q.* 42. *nu.* 24. *referente nobilissimo, & eruditissimo Consiliario D. Flaminio Constantio, die* 10. *Februarij* 1633.

Vnum tamen notandum censuit

31 *Io. de Platea in l. nulla in fine C. de delat. lib.* 10. quod pro ex onerando reo ab interesse, sufficit exculpatio damnum passi, *sequitur Dominus Reg. Rou. ad pragm.* 1. *de pœnis nu.* 34. *sed Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 114. videtur aliter sentire, nec non *Surd. decis.* 261. vbi habes, an damna veniant expensarum appellatione.

32 Ex his facilè dignosci potest, quid dicendum sit in expensis factis per partem, seu Fiscum in causa criminali, & an de iure subsistat distinctio facta per Pedamontanum Senatum in casu relato per *Gaspar. Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens. q.* 45. *nu.* 7. *&* 8. quod scilicet vbi inditia sunt taliter vrgentia, quod adhuc post torturam reus condemnatur ad pœnam extraordinariam, & tunc debeat quoque & in expensis condemnari; si verò post torturam fuit absolutus, cessabit expensarum condemnatio; de qua etiā re agit *Franc. Marc. decis.* 191. *par.* 2. Nuper in lucē prodierunt post hæc scripta, doctissimæ decisiones *celeberrimi I. Consulti, & Domin. mei Regentis Rouiti*, qui subtilissimo calamo pro suo more, quæ nobis hic desunt, magistraliter enucleauit in *decis.* 67. nostram quoque sententiam comprobando.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non tenetur reum in iudicio criminali condemnatum condemnare ad interesse in eodem criminali libello peti omissum.*

2 *.. ex officio tenetur ad interesse condemnare.*

3 *Fur non tantùm tenetur ad rei subtractæ restitutionem, sed ad æstimationē quantiplurimi.*

4 *Iudex super interesse pronunciare non potest post latam sententiam.*

5 *.. pronunciare potest post sententiam super interesse, si fit relatiuum ad instrumentum.*

6 *Iudicis delegati iurisdictio expirat etiam nulliter iudicantis.*

7 Bald. conf. 249. vol. 3. *declaratur.*

Lata

Lata diffinitiua sententia non licere Iudici super interesse & expensis pronunciare.

CAPVT XX.



1 Quamuis ea, quæ in præcedẽti disserui-mus, vera sint, dicebatur tamẽ pro parte inquisiti in causa prędicti furti, locum habere vbi in eodem libello iudicij criminalis petita fuit refectio expensarum, & interesse, quod cum de his actum non sit per Flaminium de Sio, vnde Magna Curia omisit super eis pronunciare; *l.4.§.hoc autem iudicium vbi DD.de damn. infect. & tenet Ioannes Ant. de Nigris ad d. Capitulũ Regni si de furto num.*18.*in fine*, consequitur nec hodie hoc petere posse, *secundum Anton. de Butr. quem refert Guid. Pap. decis.*405.*num.*2. vel saltim debebat hoc petere ante sententiam, vt dicit *Cravett.cons.*14.*dub.*2.*num.*3.*& seq.*& ita vidisse obseruari ait *Caball.resolut. crimin.d.casu* 82.*num.* 12.

Quod si rursus instet Flaminius ad hoc teneri Iudicem, siue procedat per inquisitionem, siue per accusa-
2 tionẽ, etiam parte non petente, aliàs ipse tenebitur de proprio, *vt per Cravett.cons.*53.*nu.*3. *Anton. Sola ad Constitut. Sabaud.*.*fol.* 170. *Baiard. ad Clar.d. quæst.*2.*num.*7. *& quæst.* 93. *numer.* 5. *Dominus meus ad capit. si de furto sub titulo de furtis lib.* 5. *Iur.Regn.*& in terminis aduertit *Vinc. de Franch. decis.*333. & practicatum fuit in præcitata *decis.*460. quoniam
3 fur non tantum tenetur ad rei furto substractæ restitutionem, sed etiam ad quantiplurimi interesse à die furti commissi, vt tenet *Couar. in reg. peccatum part.* 2. *§.* 6. *numer.*2. *de regul. iur. in* 6. [illegible] *Bergnin. Caual. de tutor. & curat. numer.*237.*& Baiard.d.q.*2.*num.*8.

Replicabatur, iam tempora non largiri: post enim latam diffinitiuam sententiam cessat omninò Iudicis officium, ita vt nequeat in accessorijs se intromittere, nisi eadem die vellet super his illam supplere; quia id incontinenti videtur factum ex *text. expresso in l. Paulus* 42. *de re iudicat. & in l. Iudex postea quam eodem titulo, l. terminato C. de fruct. & lit expens. & notant Bald. & Salicet in l.* 4. *C. depositi, Abb. in cap. sæpè in fine de appellat. Paul. de Castr. in l. Sancimus C. de Iudic. Maranta in suo Spec.* 3.*part. sextæ par. numer.* 31. *Bartol. in l.* 2. *num.* 4. *C. de sentent. ex breu. recitand.* & ita decisum per Senatum Pedamont. refert *Thesaur. decis.* 135. *numer.* 1. *Scaccia de sentent. & re iudic.glos.*14. *quæst.*17.*num.* 16.

Idque probatur egregiè ex eodem *Capitulo Regni si de furto*, vbi specificè statuitur, talem condemnationem esse faciendam in eadem in-
5 stantia; vel nisi interesse, de quo vult Iudex pronunciare, sit relatiuum ad instrumentum; super quo iudicium agitatur, vt perbellè docet *Thesaur. d. decisio.* 135. Extra hos duos casus non est audienda pars interesse petens, nisi coram Iudice appellationis præsertim si Iudex, qui sententiam tulit sit delegatus: nam eius iurisdictio, lata sententia diffinitiua, remanet totaliter extincta, *vt not.DD. in d. l.Iudex postea quam de re iudic. & in l. si, vt proponis la* 1. *& ibi Bald.C. quomodo, & quan. Iud.*

& in l. qualem in fine de arb. & in cap. absentem de pœnis, & in capit. cum terra de electione, & in cap. significasti de offic. delegat. Innocen. & Io. Andr. in capit. in literis de offic. delegat. Io. Monac. in cum expediat de electione in 6. cum aliis relatis per Tiraquell. ad l. Boues §. hoc sermone in principio num. 40. *& limit.* 21. *de verbor. significatio.* & rectè obseruat *Hartman. decis.* 18. *de sentent.*
6 *quem refert Riccius collect.* 1474. etiam si delegatus esset Principis, & nulliter iudicasset ex relatis *per Giurb. cons. crimin.* 39. *num.* 8. *&* 9. *Capyc. decis.* 19. *ad finem, Gratian. discept. forens. tom.* 1. *capit.* 42. *num.* 30. *Tiraquell. loco citato num.* 40.

7 Hisque nec quidquam obstabunt tradita per *Bald. cons.* 249. *volum.* 3. quem sequitur *Caroc. tract. de sequest. par.* 3. *quæst.* 8. *num.* 4. quæ possent iure communi attento habere locum in Iudice ordinario, de quo ipse loquitur, non autem in delegato; nostro autem municipali neutri licere post sententiam super interesse pronunciare ex dispositione præcitati capituli concludendum est.

De his actum fuit me absente, in Magna Cur. Vic. sed tamen audiui, iussum fuisse restitui prædicto Flaminio pecuniam inuentam in domo inquisiti tempore carcerationis, nec potui scire motiua, & fundamenta huiusmodi decisionis.

SVMMARIVM.

Bona Ecclesiastica immobilia non possunt vltra triennium locari, nec in emphiteusim concedi.

2 *Clausula* prorsus nullas, & irritas *quid importet.*

3 *Contractus nullus potest per Papam ratificari, vel confirmari.*

4 *.. postquam fuit declaratus in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, nulla alia indiget solemnitate.*

5 *Assensus requirit extrema habilia, & nihil operatur, vbi non inuenit, quò figat pedes.*

6 *.. non potest subsequi vbi versatur præiudicium tertij.*

7 *.. vbi interponitur super actu nullo, ille actus debet de nouo fieri, & validatur ex nunc, non ex tunc.*

8 *Ratificatio non retrotrahitur ad tempus, in quo actus fuit omninò nullus.*

9 *Nullitas alienationis rei Ecclesiæ est inducta fauore ipsius Ecclesiæ.*

10 *Ecclesia habet electionem si vult stare contractui, adhibendo legitimas solemnitates.*

11 *Nullitas contractus alienationis rei Ecclesiæ non potest ab alio allegari, quàm ab ipsa Ecclesia.*

12 *Idemque in minore.*

13 *Nullitas contractus rei Ecclesiasticæ potest etiam à contrahente opponi ante assensus impetrationem, sed de veritate num.* 15.

14 *Contractus gestus cum Ecclesia potest reuocari, antequam assensus interponatur, ad instar contractus alienationis feudi.*

16 *.. dicitur perfectus simul ac partes conueniunt, licet exequutio differatur ad tempus conditionis implendæ.*

17 *Emptori non licet recedere à contractu gesto cum Ecclesia, etiam sine solemnitate, si tamen alienatio sit vtilis Ecclesiæ.*

18 Textus in l. Iulianus §. si quis à pupillo de action. empt. *declaratur.*

19 *Ecclesia, siue minor possunt cogi ab eo, qui sine solemnitate secum contraxit, vt declarent, an velint stare contractui.*

20 Decisiones Rotæ Romanæ *ad propositum recensentur.*

21 *Electio standi, vel recedendi à contractu nullo competit Ecclesiæ, nisi lex ab initio resistat contractui.*

22 *Clau-*

22 *Clausula apposita in motu proprio* Urbani Octaui Summi Pontificis, prorsus nullas,& irritas,*non constituit contractum nullum ipso iure.*

23 *decreti irritantis tunc nullitatem operatur si is, ad cuius commodum posita est,velit non aliàs.*

24 *Assensus potest pracedere, & subsequi, vbi interponitur cum causa cognitione.*

Nullitatem contractus gesti cum Ecclesia, minore, & pupillo non posse ab alio, nisi ab ipsismet allegari, & non nulla de clausula decreti irritantis.

CAPVT XXI.



Oncesserat in ann.1628. Procurator Eminentissimi Cardinalis Aldobrandini in emphiteusim perpetuam Ioanni Camillo, & Francisco de Listi quodiã territorium de mẽsa Abbatiæ Sancti Michaelis Archãgeli Insulæ Procidæ pro annuis ducatis 290. cum expressa reseruatione assensus Apostolici, quem promisit præsentare infra bimestre vnà cum ratificatione prædicti Eminentissimi Domini.

Elapso hoc tempore,& prædictis non adimpletis,egerunt prædicti emphyteutæ in Sacro Consilio, petendo declarari contractum nullum, & inualidum ob adimplementa non sequuta, & proinde ad nihilum teneri, reuocando præcisè,quatenus ad eos spectaret,cõtractum huiusmodi: quæ petitio fuit intimata prædicto Procuratori, & super ea impartitus terminus vtrique parti ad probandum incumbentia,*die* 7. *Aprilis* 1629. Postmodum prædictus Procurator præsentauit ratificationem de mẽse Septembris eiusdem anni, & tandem assensum Apostolicum. Ex quibus obtinuit citationem super tenore instrumẽti cõtra prædictos cõcessionarios pro ducatis 490. ob census non solutos: quam citationem prædicti emphiteutæ nullam,& inualidam esse prætendebant ex pluribus.

1 Primò quia fundatur in contractu à sui natiuitate nullo, & inualido. Constat namque bona Ecclesiastica immobilia nullatenus vltra triennium posse locari, siue in emphiteusim cõcedi, ex *Pauli secundi* prohibitione *in extrauag. ambitiosè de reb. Eccles. non alienan.* Cui constitutioni maximum robur addidit *Sanctiss. D.N. Vrbanus Octauus* per alium Motum proprium editum in anno 1625.qui propriè de bonis iurisdictionalibus disponit, per quem irritantur, annullantur,& prorsus aboleutur quicunque contractus, concessiones, & inuestituræ factæ,& faciendæ contra tenorem prædictarum constitutionum, etiam si in ipsis sit reseruatus Sedis Apostolicæ assensus, cum clausula *non alio modo* & cętera.

Quo fit, vt tales concessiones sint ipso iure nullæ; cùm constitutio

2 procedat per illa verba, *prorsus nullas, & irritas*, quæ sunt decreti irritantis,& latæ sententiæ,& ipso iure inducunt nullitatem, prout in simili respondet *Federic. de Sen. cons.* 137. *col.* 1. *quem sequuntur Felin. Tiraquell. Abb. & alij relati per Stephan. Gratian. discept. forens. c.* 691. *num.* 2. *to.* 4.

Sed his respondebatur, procedere quotiescũque cõtractus nõ sit per
3 Papã, vel Principẽ cõfirmatus, vel ratificatus: nã certũ est, quod cõtractus nullus potest per Papam ratificari, vel confirmari, vt docet *Capell. Tholos. decis.* 98. at ratificatione sequuta, contractus iudicatur vt validus, præsertim hoc casu, in quo prædicta noua Constitutio *Vrbani* non vult contractum esse nullum, etiam quod beneplacitum Apostolicum sit impetratum, quod si voluisset, dixisset, & esset contra expressam dispositionẽ *Sacri Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 11. *de reformat.* vbi locationes rerum Ecclesiasticarum ad longum tempus etiam auctoritate Apostolica confirmatæ, eo tãtùm casu annullãtur, quoties per decretum Synodi Prouincialis iudicãtur in damnum Ecclesię, vel cõtra canonicas sanctiones.

Ergò huiusmodi dispositioni standum est, cum iam contractus esset Apostolica authoritate confirmatus, imò & quod màgis est, iã declaratum
4 per Delegatos Apostolicos esse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ: quo casu nullam aliam solemnitatem necessariam esse, vt contractus dicatur validus, docet *Rebuff. in compen. alien. num.* 34. *Nauarr. de alienat. rer. Eccles. num.* 17. *Mascard. de probat. concl.* 75. *Quaranta in summ. verb. alienatio n.* 34. & communem dicit *Anton Gabr. tom.* 3. *communi. opin. tit. de reb. Eccles. non alienan. sub nu.* 17. *D. Reg Rouit. qui infinitos allegat ad pragm.* 1. *de tit. abus. num.* 113. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 172. *num.* 41. *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. par.* 1. *decis.* 192. *nu.* 3.

Emphyteutæ verò replicabant, quod assensus Apostolicus post præfixum tempus expeditus, nihil robo-
5 ris tribuit prædicto contractui; nàm regulare est in materia assensus, illum supponere extrema habilia, idest materiam circa quam versatur esse habilem, & præexistentem, ideo si inuenit contractum validum, ipsum totaliter confirmat, sint autem inualidũ, talem relinquit, quia assensus nihil operatur, vbi non inuenit quo figat pedes. Vnde cum contractus huiusmodi concessionis in ipsius ortu, & formatione sit nullus, & irritus, vt prædiximus, & idem sit non esse, & nulliter esse, *vulg. Iurib.* ideò ratificatio, & assensus superueniens nihil operatur: ità expresse colligitur ex magistrali distinctione tradita per *Imol. in l. cum vir, col.* 3. *n.* 4. *de vsucap.* ibi; *aut actus ab initio fuit omninò nullus, & tunc secùs, & Bald. in l. falsus C. de furt. & in l. nominationes C. de appellat. in princ.* dicit, quod confirmatio actus nulli non releuat, eò quod cõfirmatio est conualescentia, quæ non post dari in re perempta, & mortua, quæ omnia latiùs declarat optimè distinguẽdo *Dominus Regens de Põte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. fier. sol. cap. de decret. Collateral. Consil. num.* 15. *& seq.*

Hæc fortiùs procedũt, quoties agi
6 tur de alterius ex cõtrahentibus præiudicio: nam licet aliàs vbi de solius domini consentire debẽtis interesse ageretur, assensus, & beneplacitum ipsius possit precedere, & subsequi: secùs tamen est, si ex tali consensu oriatur tertio aliquale præiudiciũ: nam tunc nullatenus potest subsequi, sed debet omninò præcedere; hęc est theorica *Andr. in cap. Imperialem numer.* 14. *de prohibit. feud. alien. per Federic. quam sequitur Camer. ibidem fol.* 87. *col.* 1. *& latiùs Dominus Regens de Ponte loc. cit. num.* 18. præter quos id quoq; tenuerũt *Ioan. And. in c. ratihabitio de regul. iur. in* 6. & plures alij, quos refert *Honded. cõs.* 38. *num.* 23. *lib.* 1.

Hinc est quod dixisse *Capic. &*

7 & *Anton. de Alexand. refert idem de Ponte ibidem n.* 21. quod vbi assensus interponitur super actu nullo, ille actus debet de nouo fieri, eò quod validatur ex nunc, non ex tunc, & ideò dicitur nouus contractus, qui tamen celebrari nequit, non accedente vtriusque partis consensu, *ad tex. in l.* 1. *& in l. ab emptione de pact.* imò nouo consensu, *vt dixit Angel. cons.* 374. *nu.*4. *Bart. in d. l. ab emptione, Aretin. cons.* 128. *vers. secunda species, Surd. cons.* 136. *num.* 21. 31. 33. *&* 34. *& rursus decis.* 70. *num.* 13. 14. *&* 15. id pro indubitato tenens, prout etiam *Tiraquell. ad ll. connub. glo.* 6. *num.* 11. *& Ioann. Vinc. Honded. cons.* 38. *num.* 21. ait; *non operatur ratificatio, quod actus nullus valeat, vt tunc à tempore, quo actus fuit gestus,*
8 *sed tantum facit illum valere ex nunc à tempore ratificationis*, prout declarat *Dec. in d. l. sēper n.* 16. *Cephal. cōs.* 51. *n.* 43. *lib.* 1. Et ratificatio ad tēpus actus nulli nō retrotrahitur, *Bursat. cōs.* 158. *n.* 7. *lib.* 2. solū quidē ratificatio retrotraheretur, quando actus à principio aliquo respectu fuisset validus, secùs si omninò sit nullus; tunc enim operatur vt ex nunc, vt declarat *Alex. in d. cons.* 58. *num.* 24. *Aretinus cons.* 128. *num.* 2. *&* 3. *vers. secunda species, Decius in l. quod initio in fine ff. de regul. iur. Paris. cons.* 49. *num.* 13. *lib.* 1. & hanc opinionem tenet etiā *Bernard. Graueus pract. cōclus. Camer. Imperial. lib.* 1. *concl.* 47. *num.* 10. *& Rota apud Ludouis. dec.* 395. *num.* 11. & decisum refert *Surd. dec.* 245. vbi latè, quem sequitur Excell. Consultus *Ioannes Baptista Costa tract. de re integr. distinct.* 60. *num.* 8.

Sed hæc omnia, quæ de nullitate contractus dicta sunt, possent habere locum (dicebat Procurator Eminentissimi Cardinalis) vbi
9 nullitas allegaretur ex parte Ecclesiæ, ad cuius commodum, & fauorem inductum est, vt non teneant tales cōuentiones, nisi super his cōsensus Apostolicus interpositus sit. Vn-
10 de fit quod sit in electione ipsius stare, vel nō stare contractui: imò quod possit cogere illum qui cum ea contraxit, vt stet contractui, adhibendo legitimas solemnitates, per *tex. in c. si qua de rebus* 12. *quæst.* 2. ibi, *In indicio autem erit Episcopi constitutum, si pretium debeat recipi, vel nō*, cum alijs cumulatis, & traditis per *Tiraquell. ad leg.* 16. *connub. verb. son mary, glos.* 8. *num.* 92. Idque pro absoluto tenuit *Rota Roman. in nouiss. par.* 2. *dec.* 33. *num.* 11. vbi post multos primæ classis DD. censuit, quod ita demum rei
11 alienatio est nulla, si placet Ecclesiæ, eò quod eius fauore inducta est nullitas, & ideò non potest ab alio allegari, quàm ab ipsa Ecclesia. ibiq. meminit de alia eiusdē *Rota decisione de anno* 1575. *coram Seraphino*: & hāc opinionem secutum fuit *Sac. Cons. Neap. in decis.* 35. *Vinc. de Franch. nu.* 2. *&* 3. *& etiam Senat. Mantuan. apud Surd. dec.* 70. *num.* 23. *& dec.* 108. *nu.* 22. *post Redoan. de reb. Eccles. nō alien. quæst.* 51. *cap.* 7. *num.* 14. vbi ait, esse
12 in electione minoris, & Ecclesiæ stare contractui, vel nullitatem allegare; eamdemque approbauit *Senat. Pedemont. teste Gaspar. Thesaur. lib.* 3. *quæstion. forens. quæst.* 37. vbi refert communi voto resolutum in causa Domini Abbatis Secusiæ contra suos emphyteotas, eò quod assensus Apostolicus non fuerat impetratus; non posse ex parte emphiteutæ hoc opponi, quia contractus tunc demū dicitur nullus, quando Prælatus vult opponere nullitatem, per *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum vers. similiter non obstat, de constit.* & ita intelligendum textum *in Clement.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Vltra quas decisiones Supremorum

morum Tribunalium hanc ſententiã
amplexi fuerunt Bart.conſ.159.nu.16.
lib.1.Anton.de Butr.in cap.ſi quis nu.2.
de reb. Eccleſ.non alien.Abb.in cap. di-
uerſis num.6. de cleric. coniug. & in
cap.1.ne ſed.vac.Sarmient. in tract. de
redd.Eccleſiaſt. par.1. cap.2.num. 19.
Menoch.de arbitr.iudic.lib.2. caſ.172.
nu.39. Stephan.Quarant. in ſum. Bul-
lar.verb.alienatio rerum Eccleſ.nu. 34.
vbi bene declarat, eumque ſequitur
Barboſ.in collect.ad tex.in cap. vt ſuper
§.poſſeſſiones de rebus Eccleſ.non alien.
Ioannes Vinc.de Anna ſing.578.Robert.
Marant. in tract. de multiplic. alienat.
num.17. vbi pulchrè diſtinguit. Ma-
ſcard. de probat. concl. 75. Oct.nu. Si-
moncell. in tract. de decret. lib.3. tit.8.
nu.46.& 60.Guttierez pract.qq.lib.2.
c.22.n.9. 10. Paſcal.de patr.poteſt.p.1.
cap.6.num.22. Scaccia de iudic.lib.2.
cap.2.num.382.& ſeq.Surd.de alimen.
tit.8.priuileg.56.num.80 vbi num.81.
in fine ampliat, poſſe contrahentem
cum minore cogi, quamuis contra-
ctus vtilis nõ ſit, ſequitur Grat. diſcep.
forenſ.tom.1.cap.27.num.41.

At replicabant emphyteutæ, ſu-
pradicta procedere, quoties de nulli-
13 tate contractus, ſiue de adimplemẽ-
to nõ ſequuto nihil fuit oppoſitũ ex
aduerſo, antequam ratificetur, vel aſ-
ſenſus interponatur: vbi autem id fuit
oppoſitum, non poteſt iam Eccleſia
vti priuilegio ſtãdi vel recedẽdi à cõ-
tractu: ſic expreſsè videtur tenere
Iaſ.in l.non ideò minus num.1. verſ.li-
mita C. de procurat. quem ſequitur Pa-
lat.Ruuios in rub. de donat. inter v.68.
num.6.cum aliis, & Pinell in l.1.C. de
de bon.mater.par.3. num.33. verſ. hac
tamen, Surd.deciſ.108.n.21.Paul. Mon-
tan.in tract. de tutor. & curat. cap.33.
num.456.& ſeq.& in ſocietate inita
cum minore, quod poſſit eo maiore
effecto approbari, re tamen integra,
ideſt antequam de nullitate ſit à par-
te oppoſitum, docuit Hector Felici
tract.de ſociet.cap.3.num.103. ſequitur
Coſta de re integr.diſtin.27.nu.3. Quo-
circa cum prędicti emphiteutę nõ ſe-
cuta ratificatione, nec aſſenſus pręſẽ-
tatione ſeruata forma pacti, elapſo
bimeſtri ad id pręfinito, egerũt in S.
Conſ. petendo declarari ad nihilum
teneri, ſtatim fuit extinctum tale pri-
uilegium Eccleſię conceſſum.

Eòque magis propter expreſſam
14 reuocationem contractus factam in
eadem ſupplicatione oblata in Sa-
cro Conſilio ante impetrationem aſ-
ſenſus ad inſtar reuocationis alie-
nationis feudi, quod feudatario
conceditur per Regni Conſtitutionem,
Conſtitutionem Diuæ memoriæ, cuius
diſpoſitionem procedere etiam in
contractu rei Eccleſiaſticę: imò for-
tiùs ad euitandum periculum cenſu-
rarum docet Dominus Regens de Ponte
conſ.96. num.5. vol. 1. ex Affl. in d.
conſtit.n.78.& ita ante aſſenſus imp e-
trationem eſſe locum pęnitentię plu-
ties deciſum in Rota Roma. refert Ca-
putaquen.deciſ.205.num.3.par.2. Mo-
hedan. deciſ.1. de ſimon. Grat.diſcept.
forenſ.tom.3.c.314. nu.8. Idque ſpe-
ciali reſcripto deciſum per Summum
Pontific. Clemen. Octauum teſtatur
Epiſcopus Iſerniæ in tract. de Eccleſia-
ſtic.q.132. nu.5. Vulnerato igitur cõ-
tractu huiuſmodi per talem oppoſi-
tionem, & reuocationem, iam nõ eſt
habenda ratio de ratificatione, & aſ-
ſenſu poſt ſex menſes præſentato, cũ
fuerit pręuentares, & tempora non
ſint integra, vt dicit Dominus Regens
de Ponte loco cit.num. 19.

Hęc, quę pro vtraque parte alle-
gabantur, ancipitem valdè reddebãt
controuerſiam. Vnde re maturiùs
perpenſa, conſiderabam limitationẽ
prędictam traditam per DD.in præce-
denti num.13.relatos non eſſe generi-
cè, & indiſtinctè veram, ſed in caſu
tan-

15 tantummodò posito per *Iason. in d. l. non ideò minùs*, à quo eam cæteri mutuò accipiunt, scilicet quando aliquis prouocat ad iudicium minorem, pupillum, siue alium, qui legitimam personam non habet standi In iudicio: nam tali priuilegio habendi, vel non habendi rata acta iudicij huiusmodi non vtetur minor, vel Ecclesia, si antequam actus, vel iudicium sit consumatum, & perfectum, fuerit à parte de tali nullitate oppositum: & ratio est; quia actus in huiusmodi casu non dicitur perfectus, neque consumatus, donec iudicium fuerit diffinitiuè determinatum. Inde nil mirum, quod re integra, & actu nō dum perfecto, liceat partibus discedere, siue vt propriùs loquar pœniter. Sed à iudicijs non rectè desumitur argumentum ad contractus, licet conditionales: quia huiusmodi simul ac vtriusque partis consensus adhibetur,
16 quamuis executio differatur ad tēpus conditionis implendæ, à principio tamē perfectus est, ita quod nulli ex contrahentibus licet recedere pendente conditione, vt probat *text. in l. necessario, & in l. si quis vina, de peric. & commod. rei vendit. Paris. conf. 89. num. 9. volum. 1.* & eleganter distinguendo decisum tradit *Afflict. decis. 280. quem sequitur Scaccia de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 392.* Ex quibus licet non sic consideratis, ac distinctis *Rota Roman. coram Card. Mantic. in an-*
17 *no 1592.* censuit, quod non licet emptori recedere à contractu, etiam si sine solemnitate gestus sit, si tamen alienatio sit vtilis Ecclesię: vnde subdit *Reuerendiss. Episcopus Ricc. dec. 192. Curiæ Archiepiscopalis in fine par. 1.* satis eleganter ad propositum nostrum. *Ergò multò magis non licet Ecclesiæ, quia alienatio facta sub beneplacito Sedis Apostolicæ habet tacitam conditionem, si beneplacitum fuerit expeditum, & pendente conditione non licet alteri ex contrahentibus à contractu recedere: quia etiam venditio conditionalis est perfecta ad effectum, vt altero inuito non possit dissolui.*

Vlterius *DD. omnes* (si rectè perpendantur) cum docent esse in electione minoris, vel Ecclesiæ, vel ratificare contractum nullum, vel ab eo recedere, dicunt hoc eis licere inuito eo, cum quo cōtraxerunt: Ergò supponunt duo. Primum quod à parte fuerit aliquid oppositum contra contractus validitatem: nam aliàs hoc assumptum careret ratione dubitandi, eò quod nihil specialiter esset inductum fauore Ecclesiæ, si aduersarius non contradiceret. Alterū, quod oppositio fiat antequam adhibeantur solemnitates requisitæ; quia post illarū interpositionem iam supponitur contractus vtilis Ecclesiæ, & per consequens ab eo neutri licebit amplius recedere; Ergò necessatiò fatendum est, priuilegium huiusmodi esse concessum Ecclesiæ, vel minori inuito, & opponēte eo cum quo cōtraxit & hoc est, quod vult intelligere *Vlpianus in l. Iulianus §. si quis à pupillo de action. empt.* ibi; *ex vno latere constat contractus, nam qui emit obligatus est pupillo, pupillū aut sibi nō obligat* Ad cuius textus dilucidationem ait *Sarmient. in d. tract. de reddit. Eccles. par. 1. cap. 2. n. 17. non vt ipsi pecuniam perdere, & rem Ecclesia vendicare cum lucro possit; sed vt sit in optione Ecclesia, vel minoris cum authoritate suorum admistratorum, vel stare contractui. & eum perficere, vel non stare, vt est expressum in d. l. Iulianus §. si quis colludente*, & rursus inferiùs *nu. 19.* in fine, *quod autem dictum est de minore, quod eius fauore claudicet contractus sine sine solemnitate celebratus, vt in potestate sua sit stare ei, vel non stare, procedit similiter in Ecclesia, vt possit contractū*

fine

sine solemnitate factum rescindere, inuito etiam eo, cum quo sine solemnitate cõtraxit, si videat sibi vtile esse, & vtilitati velit adijcere solemnitatem, seu approbationem suam, ita vult glos. ordinaria in cap. 1. ne Sede vacante, in verb. Sede vacante.

Et confirmatur ex his, quæ tradũt
19 *ijdem DD.* cum docent, quod ille, qui contraxit cum Ecclesia, siue minore sine solemnitate, ne cogatur stare in suspenso, ea actione experiri potest, vt scilicet minor, vel Ecclesia compellantur solemniter declarare, an velint stare contractui, vel ab eo discedere, vt probat *tex. in d. §. si quis colludente, vbi Bart. & Sarmient. notant vbi supra nu. 21.* & esse communem opinionẽ dicit *Iason. in §. actionum num. 42. instit. de action. Capic. decis. 110. num. 1. & 2. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 13. num. 50.*

Sed ne videatur gratis hoc affirmatũ, sic pluries decisum fuisse per *Rot.*
20 *Romanam testatur Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 16. num. 12. & lib. 4. tit. 8. num. 53.* quem refert, & sequitur *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 202. num. 23. & 24.* sic inquiens. *Cum enim fauore Ecclesiæ constitutum sit, vt seruentur solemnitate, non debet in odium retorqueri, ideò statur ei, an velit venditionem esse nullam, nec ne; si enim voluerit ratificare, substinebitur, neque is, qui cum Ecclesia contraxit, poterit obijcere talem contractum sine solemnitatibus fuisse nullum. Ruin. cons. 40. visis allegationibus nu. 7. lib. 5. Puteus decis. 310. vbi quis contrahit lib. 1. Rota coram Cardinali Serafin. Cartonen. bonor. 4. Maij 1575. cum aliis decisionibus relatis per eundem Mantic. loco cit.* vbi etiam ex hoc infert, quod si venditio facta fuerit reseruato beneplacito Summi Pontificis pro pretio extimando à duobus peritis eligendis ab ipsis contrahentibus, facta extimatione non erit amplius locus pænitentiæ, tametsi beneplacitum non fuerit subsequutum, si Ecclesia voluerit venditionem valere: quia hæc solemnitas requiritur ad fauorem Ecclesiæ, & pro eius vtilitate, cui potest renunciare, vt resoluit *Rota coram eodem Cardinal. Mantic. Romana domus 4. Decembris 1592.*

Sed huic assertioni videtur aliquã-
21 tulum obstare id, quod dixit idem *Mantic. tit. 16. num. 12. in fine*, quod huiusmodi priuilegio gaudet Ecclesia, dummodò lex ipsa ab initio, & in ipsius formatione non resistat cõtractui: quam limitationem pro vera habet *Stephan. Gratian. cap. 202. n. 25. & mordi. ùs d. cap. 691. num. 9. Pascal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. nu. 24.*
22 Sed respondetur negãdo assumptum, quod scilicet huiusmodi contractus fuerit ab initio nullus: nam verba *Cõstitutionis nouissimæ S. D. N. Vrbani Octaui*, quæ per partem superiùs ponderata sunt, ibi, *prorsus nullas, & irritas*, quæ sunt clausulæ decreti irritantis, non constituunt contractum nullum ipso iure, & in ipsius natiuitate vt pars prætendit, vbi Ecclesia vult
23 contractui stare; quia decretum irritans tunc demum nullitatem operatur, si is ad cuius commodum positũ est velit, non aliàs, *Ioannes Andr. Dominic. Philip. Franc. Lupus, Imola, Benedict. & alij, quos secutus refert Tiraq. ad ll. connub. glos. 8. num. 95.* & in terminis tenet *Sarment. loco superius cit. num. 21.*

Ad id, quod vltimo loco diceba-
24 tur, assensum debuisse hoc casu omninò præcedere, responsum est; decretum Commissarij Apostolici fuisse interpositum cum causæ cognitione, quo casu iam esse receptum in S. Cons. posse præcedere, & subsequi ex dictis per *Alex. in apostill. ad Bart. in l.*

si

si quis mihi bona §. iussum de aequi. hared. Vinc. de Franch. decis. 242. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Canonem soluere, & non esse emphyteotam sunt contradictoria.*
2 *.. soluens fatetur se emphyteotam.*
3 *Seruus non tenetur obedire domino, pendente iudicio super libertate.*
4 *Dominus non potest ius exercere contra uasallum, pendente iudicio super dominio.*
5 *Emphyteota tenetur soluere canonem pẽdẽte lite super validitate cõtractus.*
6 *Etiam si contractus sit nullus.*
7 *Pensionem soluere tenetur quicunque percipit fructus.*
8 *Dominus non prohibetur iura dominicalia exercere, pendente lite super petitorio.*
9 *.. petens rescissionem instrumẽti nõ impeditur interea canonem exigere.*
10 *Nullitas contractus censualis si opponatur per viam exceptionis nullatenus impedit census solutionem.*
11 Felician. de censib. lib. 2. cap. 34. *declaratur.*
12 *Emphyteota census soluere tenetur, etiã si super nullitate contractus sententiã obtinuerit, à qua pendeat appellatio.*
13 Giurba decis. 100. nu. 36. *declaratur.*
14 *Dominus non potest sustinere iudiciũ super caducitate, canonem recipiendo.*
15 *Emphyteota fundum non possidens, nõ tenetur ad census.*
16 *Vasallus nõ tenetur fidelitatem praestare domino si feudum non possideat.*

Emphyteotam teneri ad canonis solutionem, pendente iudicio super contractus nullitate.

CAPVT XXII.



His quae in praecedenti dicta sunt contractus validitatem respicientibus, addebant concessionarij vnum, quod prima fronte videbatur omninò liquidationem praedicti instrumẽti impedire: nempè pendente disceptatione, an contractus huiusmodi sit nullus, quod idem est, ac negare se ipsos emphyteotas, non posse ad solutionẽ canonis cogi, donec contractus iudicetur validus: haec. n. inter se valde pugnant: nẽpè nõ esse emphyteotã, & canonẽ soluere: vnde si cogerentur ad solutionem ipsius, tacitè iudicaretur contractus validus, quod fieri nequit in huiusmodi summario iudicio super tenore instrumenti, & proinde *DD. in cap. potuit de locat. & conduct. Bald. & alij in l. 2. C. de iur. emphyteot.* bene dicunt, quod
2 ex solutione canonis videtur emphyteota se talem fateri, & dominus illum recipiendo, remittere caducitatem. Dum ergò principale fundamentum impugnatur, su-
3 spenditur etiam iudicium super accessorio, veluti dum lis pendet super libertate, non enim tenetur seruus obedientiam praestare Domino, vt docuit *Bald. in l. cum aliquis in fine C. de iur. deliberan. & sequitur Paul. de Castr. ibidem nu. 3.* & dum impugnatur directum Domini dominium, non potest ipse ius exercere contra vasallum, vt fundat *Cephal. cons. 241. nu. 28. Masull. ad Capic. decis. 69. num. 9.* Ex quibus *doctissimus Surd. decis. 6.* conclu-

O dit

dit, id regulare esse, quod vbicunque disputatur an quis sit emphyteota, non potest cogi ad canonis solutionem, antequam talis declaretur. Sic & in materia solutionis census defendit *Felician. in tract. de censib. tom. 1. libr. 2. capit. 1. num. 34. versic. non tamen præfati*, non teneri censuarium eos soluere pendente iudicio super nullitate census, vel iniustitia contractus.

Sed contra pro Eminentissimo Cardinale dicebatur: liquidationem prædictam ritè, rectèque procedere: etenim Imperiali constitutione sancitum est in contractibus emphy-
5 teuticis, vt non solùm pendente lite super ipsorum validitate, sed etiam si contractus sit nullus, emphyteota teneatur soluere canonem pro tempore, quo fundum possedit, *ex text. in §. si verò in authen. de non alienan. reb. Eccles. & tenet Ias. in l. 2. num. 13. C. de iur. emphyteot.* & decisum refert *Minadous decis. 24. in fine, Glos. Parisien. dãnata memoria in §. 35. vers. vlterius dico num. 28. Caualcan. decis. 46. num. 112. par. 1. & decis. 37. num. 47. par. 2. & Vinc. de Franch. decis. 296.* Quod quidem regulare
7 est in omni contractu, vt qui percipit fructus teneatur pensionem præstare, quæ est recompensatiua ad illos, ex æquitate *text. in l. curabit C. de action. empt. & tradit Cagnol.* ibi *n. 31. cum seq. & Caualcan. dec. 25. num. 17. par. 5, Caroc. decis. 97. num. 13. in fine,* Ideòque *glos. ipsa Parisien. loco proximè citato relata per Vinc. de Franch. decis.* 373. in proprijs terminis nostræ quæstionis concludit teneri omninò emphyteotam ad census solutionem; & rationem tradunt: nam pen-
8 dente iudicio super petitorio, potest dominus iura dominicalia exercere per modum prouisionis, sine tamen præiudicio petitorij, & sequitur *Ma-strill. dec. 160. num. 18. Cassador. decis. 11. de rescript. num. 8. Maceratens. lib. 1. var. resol. resol. 61. num. 4. Honded. cons. 17. nu. 45. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam vers. circa Iudicem nu.*
9 *15. fol. mihi 677.* Idque procedere tã si nullitas, seu rescissio instrumenti concessionis petatur per dominum concedentem, quod mirabile est: nã adhuc instrumentum pro canonis solutione erit mandandum executioni, non obstante regula, quod quis ex actu, quem impugnat, non debet commodum sentire, ptout tenet *eadẽ glos. Parisien. in tit. 2. glos. 1. in verb. aurest num, 87. & Petr. Rebuff. ad Const. Galliæ tom. 2. tit. de rescis. contract. & Vinc. de Franch.* dicens sic fuisse iudicatum per S. C. *d. dec. 373.* & sequitur *Mastrill. d. dec. 160. n. 15. & Giurb.* qui suo more alios cumulat *dec. 100. n. 11.*
10 *& dec. 2. n. 1.* quã etiã si nullitas opponatur per viã exceptionis, put pluries decisũ fuisse p *Rot. Rom.* refert *Cæcius de cens. p. 2. c. 2. q. 4. ar. 1. n. 6.* (licet verius sit non impediri, & si nullitas instrumẽti principaliter à debitore ipso pponatur, vt bene aduertit *Giurb. d. dec. 100. n. 3.* moneq; cauẽdũ à *Frac. Marc. dec. 44. p. 1.* contrariũ sentiẽte) nisi tamen nullitas adeò euidẽs sit, & prõptuaria, vt nulla tergiuersatione celari queat, & pinde petitoriũ possit possessoriũ absorbere, vt bene aduertit *Cæcius ibid. n. 2. & 9. & Giur. d. dec. 100. n. 8. vers. narratis*, & sic proce-
11 dunt allegata in contrarium *ex Felician. de censib. lib. 2. c. 1. nu. 34.*

Quæ verissima propositio eo vsque progreditur, vt emphyteota teneatur
12 soluere cẽsus, nõ tantũ lite pendẽte, sed etiã si super nullitate contractus obtinuerit ad sui fauorẽ sententiã, dũmodò pendeat appellatio, *Paris. cons. 39. num. 3. lib. 1.* cum alijs relatis per *M. strill. loco cit. num. 17.* & latè probat *Honded cons. 17. num. 45. uolum. 2.*

ad

ad quod nonnullas *Rota Romana* decisiones ponit *Cencius in calce sui tractatus de censib.* easque refert *loc. prox. cit. num. 7. Giurb. decis. 100. nu. 34.* dicẽs esse veriorem opinionem, vt nisi super nullitate, aut rescissione instrumenti sententia in rem iudicatã transierit, sit illud executioni demandandum *Steph. Gratian. tom. 4. cap. 667.*

Et quamuis *Giurba loco cit. nu. 36.*
13 *& seq.* nonnulla congerat contra prędictam decisionem Sacri Cõcilij relatam per *Vinc. de Franch. decis. 373.* illa tamen quatenus militarent (quę nunc non examino, cum nõ sint præsẽtis speculationis) possent practicari in casu posito per eum *num. 14.* idest, quando creditor, qui intentauit iudicium nullitatis, & rescissionis instrumenti, petit rei restitutionem vnà cũ fructibus, cum tamẽ euictionem promisit: tunc enim certum videtur non posse censum exigere eius rei, cuius fructus, quorum contemplatione cẽsus soluitur, ad se spectare prætendit.

Et quod tradunt *DD. in princip.*
14 pro concessionarijs allegati, procedunt vbi iudicium agitatum est à Domino, & super re, quæ omninò repugnet canonis solutioni, veluti super caducitate, quod est exemplum positum *per DD. in d. cap. potuit de loc. & conduct. & in d. l. 2. C. de iur. emphit.* vel si dominus contendat super seruitute serui, si enim hic obedientiam præstaret, certè suę libertati præiudicium afferret; at vbi canonis solutio non præiudicat iudicio principali; quia debetur ratione perceptionis fructuum, quæ fit à possessore, & ei correspõdet, vt initio præfati sumus, nõ equidem poterit impediri per iudicium agitatum super cõtractus va-
15 liditate: quemadmodum è contra, si emphiteuta fundum non possideret, ad talem solutionem cogendus non erit, vt tenet *Abb. cons. 34. num. 7.* & latè defendit *Corbul. de iur. emphit. tit. de caus. priuat. ob non sol. canon. limit. 14. & 22. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 195. num. 19.* Hinc etsi
16 dominus non tradat possessionem feudi promissi, non tenetur vasallus præstare ei fidelitatem, vt voluit *Glos. in cap. fin. de nou. form. fidelit.* & hoc sensu accipiẽda sunt tradita *per Surd. d. decis. 6.*

Per Magnam Curiam Vicarię audita relatione Magnifici Ioannis Cioffi meritissimi Iudicis ipsius fuit iudicatum, instrumentum esse exequutioni demandandum pro censibus, & proinde procedendum ad interrogationem, Die . . Aug. 1630.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis semper attendenda est in omni concessione.*

2 *Principis concessio quando reddit successionem ad suam pristinam naturam, neminem lædit.*

3 *Habens facultatem eligendi vnum ex pluribus, nemo ex eis dicitur ius habere, donec ipse eligat.*

4 *Princeps faciens id, quod priuato permittitur, neminem dicitur lædere.*

5 *Ius ad successionem non dicitur habere, nisi qui est immediatè vocatus.*

6 *Adita hæreditate expirat vulgaris substitutio.*

7 *Ius in spe non est in consideratione.*

8 *Filij nec ad legitimam dicuntur habere ius in vita patris.*

9 *Ius succedendi vt sit in consideratione, debet esse firmiter quæsitum de præsenti.*

10 *Princeps licitè derogat iuri positiuo voluntario, etiam absque causa.*

11 *Feudatarius potest disponere de feudo hæreditario tàm per contractum inter viuos, quàm per actum vltimæ voluntatis.*

12 D. Regens Rouit. *commendatur.*

13 Pragmaticæ 31. de feud. *dispositio quare inducta fuit.*
14 *Feudum ex pacto, & prouidentia nouum potest alienari in præiudicium filij successoris.*
15 *Inuentarium non prodest in feudo ex pacto, & prouidentia nouo.*

Assensum super feudi successione ad preces feudatarij præstitum in beneficium extraneorum, posse ipsis primo loco nominatis inauditis reuocari, seu immutari, eodem feudatario instante.

CAPVT XXIII.



Concesit Serenissimus Rex noster cuidam Illustrissimo huius Regni Baroni ob eius preclara merita, & seruitia, facultatẽ vt ipso, seu eius vnigenito, quem habebat filio decedente sine liberis vtriusque sexus ab intestato, succederent in feudis quidam extranei, nempè Titius, eiusque filij masculi tantùm; & in eorum defectum Caius, eiusque filij masculi tantùm: Et ipsis deficientibus, Sempronius, eiusque filij masculi; & tandem Meuius, eiusque masculi, omnes quidem per vulgarem: verùm si contigeret, ipsum, vel eius filium decedere cum testamento, esset in eorum facultate, & libito nominare, seu eligere vnum ex ipsis quatuor vocatis. Decessit inter has moras ex humanis Caius secundo loco vocatus absque filijs, in cuius locum petijt idem Baro regali beneplacito admitti Meuium quarto loco vocatum, eiusque filios masculos in casu successionis ab intestato. Dubitatum fuit in supremo rerum Italicarum Senatu, vtrum in præiudicium Sempronij tertio gradu vocati; & cui per mortem Caij sine filijs, videtur acquisitum ius ad eam successionem in casu mortis Titij primo gradu vocati sine filijs, possit Serenissimus Rex eam nominationem iā Regio assensu vallatam alterare, & immutare.

In qua hæsitatione mordicus defendi, nullum ius neque Sempronio, neque cęteris nominatis fuisse quæsitum ex ea nominatione, nullumque eis fieri præiudicium, si quomodolibet alteretur ordo prædictæ successionis, ex infrascriptis rationibus.

1 Primò quia sicut regulare est in omni concessione, vt attendi debeat causa finalis, qua motus fuerit concedens ad eam faciendam, *ad tex. in l. fideicommissa 9. §. pleramque de leg. 1. ibi; multum autem interesse arbitror, cui voluit prospectum cuiusque contemplatione testator fecerit*; sic etiam in præsenti, cum hæc fuerint merita, vel preces ipsius Baronis, certum est, quod eiusdem precibus, & meritis poterit Serenissimus Rex assensum & concessionem illam reuocare, &

2 neminem lęderet; quoniam successio rediret ad suam primam naturā, *arg. tex. in l. si vnus §. pactus ne peteret de pactis & in l. filio quem pater de liber. & posthum.* quo casu concesio fauorabilis dicitur, vt bene ad propositum nostrum in simili post alios obseruat *Hieron. Gonzales ad reg. 8. cancell.*

rancell.in proœm. §. 1. *num.* 47. *&* §. 6. *num.* 28.

Secundò cum in eodem assensu sit reseruata eidem Illust. Baroni,& eius filio facultas eligendi in eius testamento vnum ex quatuor nominatis
3 quem velit, consequẽs est neminem ex eis posse dici vocatum,donec cõpertum sit,an ipsi vsi fuerint prædicta facultate, idest, donec ipsi ab humanis decedant,vt bene post *Bart.* considerauit *Alciat.conf.* 11.*num.*6. *lib.*3. & ex hoc nouo assensu nil aliud fieri per Catholicam Maiestatem , nisi
4 quod permissum est eidem Baroni in casu testamenti, & sicut in hoc nemo lęderetur,ità quoque & in illo, put in fortioribus terminis docuit *Bald. in proœm.rubrica C.de nouo Iustinian.Codic. confirman.* his verbis ; *& si dicas, praiudicatur venientibus ab intestato, hoc nego,quia non habebant aliquod ius tempore legitimationis : nam cum pater possit bona sua proijcere in mare , multò magis per actum ciuilem , & permissũ* ; Idemque sentit *Pater Ludouic. Molina de iustit. & iur. tract.* 2. *disceps.* 174. *num.*4.

Tertiò & si ordo successionis præ-
5 dictæ irrefragabilis esset , non tamen omnibus prædictis nominatis posset dici ius aliquod esse quæsitum , nisi tantùmmodo Titio,eiusque filijs masculis tanquam immediatè vocatis, *ad reg.tex.in l.*1.§.*denunciari,de vent. inspic.*ibi;*denunciari autem oportet his, quos proxima spes successionis cõtingit, vt putà primo gradu hæredi instituto , non autẽ substituto , & si intestatus paterfamilias sit,his qui primum locum ab intestato tenent;* eamque rationem considerauit *Alciat.d.conf.*11. *num.*8. *lib.*3.

Quartò cum ipsi nominati debeãt admitti per vulgarem, nusquam spes erit secundo,& vlteriori gradu nominatis, donec superfint ij , qui primo loco sunt vocati:per quorũ admissionem cessat totaliter vocatio sequen-
6 tiũ;ea .n. est natura vulgaris substitutionis, vt semel adita hæreditate, ipsa expiret,& extinguatur , *l. post aditam C.de impuber. & aliis subst. l. si legata C.de legat.Cuman in l.Gallus* §.*quidam rectè num.*8.*de lib. & posthum. cum alijs citatis per Dom. Regent. Rouit. conf.*5.*num.*8.*tom.*2.*& latè Fusar.in tract.de substit.q.*65.

Quinto hoc ius de futuro , & in spe nunquam est in consideratione ,
7 vtpotè incertum, & variabile,illudq; Plato appellare solebat somnium vigilantium, vt refert *Molina de primogen.Hispan.lib.*1.*cap.*13.*nu.*32. *&* 33. quod alij tribuunt *Aristoteli*,vt asserit *Diogenes Laertius* , *alijque Pindaro* , prout *Stobæus*, quem citat *Tiraquell. ad l.*16.*connub. glos.*2. *num.*34.

Hinc appositè ait *Consultus in l.*1 §.*si impuberi de collat.bonor.Prematura est enim hæc spes collationis , cũ adhuc viuat is , cuius de bonis quarta debetur*; Et rursus *in l. pretia rerum* 63. *ad l.Falcid.* ibi , *Acquirit etenim nobis certè , cum adierit : est autem præposterum ante nos locupletes dici , quàm adquisierimus*; facitque ratio *text. in l.nam & si parĩtibus de inoffic. testam.*
8 vnde rectè docuit *Bar.in d.l.*1.§.*si impuberi*, quod nec ad legitimam filij ius aliquod habent in vita patris , & eleganter *in l.post emancipationem* , §.*illud* per illum *textum de liberat. legat.nota* ait *quod non debet haberi æstimatio illius spei,quod quis potest alteri succedere, & licet appelletur spes, non tamen est legitima:ratio est,quia nullum ius est fundatum in me, &c.* Et iterum *in l.qui Romæ* §.*duo fratres num.*19.*de verb.obligat. cum alijs* ad rem congestis per *doctissim. Hispanum Velasq. de Auendan.ad l.*4.*tauri glos.*7. *num.*7.
9 vbi notabiliter concludit , quod ius succedendi , vt sit in consideratione debet

debet eſſe firmiter quæſitum de præ-
sẽti, certum, & inuariabile, quod etiã
notat *Tiraquell. loco proximè citato*
num.36. vnde *Bald. in l.1. num.3. C. de*
ſeru. Reipubl. manumiſſ. cum ageret de
authoritate Principis ad derogandũ,
& diſpenſandum ſuper iure quod fi-
lij habent ad bona patris in vita ip-
10 ſius, concludit, quod quando ius
eſt poſitiuum, & voluntarium, tunc
licitè derogatur per Principem ad
inſtantiam patris, abſque eo quod fi-
lijs præiudicetur. & quidem theorica
eſt communis inter *DD.* poſſe id pet
Principem fieri abſque cauſa iuxta
doctrinã *Bartoli in l. Gallus §. & quid*
si tantum de liber. & poſthum. quem
ſequitur *Bal. in l. nã ita Dinus de adop.*
& alij, quos refert *Molina de primog.*
Hiſpan. à lib.1. cap.8. num.28. & facit
tex. in l.3. §. ſed vtrum de minor. &
quod tradit *Imol. in l. ex conſenſu §. fi-*
liusfam. per illum *tex. de appellat.*

Sextò in propria materia feudali
in qua verſamur, dixi nullum ius eſſe
quæſitum prædictis vocatis in vita
11 ipſius Baronis, attenta natura feudi
hæreditarij, in quo poteſt dominus
de eo diſponere, tam per cõtractum
inter viuos, quàm per actum vltimæ
voluntatis. Per contractum inter vi-
uos, illud cum aſſenſu alienando, &
vendendo in præiudicium ſucceſſorũ
quorumcunque, vt docuit *Andr. in*
cap.1. §. & si libellum poſt num.9. verſ.
ſed quid si acquiſiuit, de alien. feud. pat.
Et indirectè per actum vltimæ volũ-
tatis, nempè legando pretium, ſiue
grauando eius æſtimationem vſque
ad legitimam, ſi filij ſint qui ſucce-
dunt, ſin autem extranei vſque ad in-
tegrum valorem, iuxta theoricã Feu-
diſtarum communiter receptam in
Regni Tribunalibus de qua *Loffred.*
conſ.46. num.24. Vinc. de Franch. deciſ.
1. num.37. & ſeq. & rurſus deciſ. 704.
Regens de Ponte in repet. tit. de ſucceſſ.
feud. num.58. & conſ.88. nu.49. & ſeq.
Consiliar. de Georg. alleg.19. num.4.
& 5. Cumias in prælud. ad cap. si aliquẽ
num.306. verſ. deueniamus, & in verſ.
12 *antiquum*. Et appoſitè in fortioribus
terminis doctiſsimè more ſuo con-
ſiderat *Dominus Regens Rouit. tom.1.*
conſ.35. num.3. & 4 vbi ait. *Cum enim*
ipsis filiis, siue Collateralibus nullum
ius sit acquisitum in feudis, nec in eis
acquiri poſsit, nisi quatenus remanſerit
in hæreditate defuncti, certè in vita nul-
lum habent intereſſe considerabile, per
quod impugnare poſsint diſpositionem
feudatarii, cum ius illorum non poſsit
metiri nisi mediante perſona defuncti,
ut pluribus probat ſpecificè Frecc. de
ſubfend. lib.3. de differen. inter feud. ex
pact. & prouid. & feud. hared. differ.2.
fol. mihi 459. aſsignans illam rationem;
quia in his feudis hæreditariis illa for-
mula inueſtituræ non prouidet poſteris,
ut poſteris, ſed recipiẽti tantũ, & ſuis hæ-
redibus, ſi recipiens uult, & ſi non uult
quia in uita diſtrahit, non læditur hæres
de ſuo. Ergò si non adeſt læsio, non
poteſt considerari fraus ſucceſſoris, &
idem Frecc. ibidem in 33. differ in prin.
firmat regulam, quod feudum hæredita-
rium iudicatur ut res allodialis, quando
in diſpositione accomodatur domini uo-
luntas, quia nemo tunc læditur, cum di-
ſpositio fiat ab eo, qui poteſt liberè diſpo-
nere accedente licentia domini, aliàs
enim si hæc ſperata ſucceſsio eſset con-
siderabilis in feudis hæreditariis, utique
nuſquam eſſet locus præſtandi aſſenſum
in illorum alienatione, & tamen uide-
mus, quod in dies paſsim præſtatur
aſſenſus, nullo requisito cõſenſu, imò nec
præcedente ſcientia ipſorum ſucceſsorũ,
& quatenus in ſupplicatione pro aſſenſu
fit mentio illorum, qui ſunt ſucceſſores,
hæc expreſsio fit ad reddendum facilio-
rem aſſenſum, nempè ut cognoſcat Rex
quia per ſuperexiſtentiam ſucceſsoris
ceſſat aliqua ſpes deuolutionis ad Regiã
Curiam

Curiam. Tantùm igitur abest, vt existentia successorum præbeat causam denegandi assensum, vt potiùs præbeat causam incontinenti concedendi assensum in feudo hæreditario hucusque *Domi-*
13 *Regens Rouit.* Et hac ratione motus fuit Serenissimus Rex ad cõcedendũ Baronibus Regni gratiam, vt possint de feudis disponere ad beneficium masculorum de familia, etiam remotiorum exclusis fœminis proximioribus, vt videre est *in pragmatica* 31. *sub rub. de feud.*

Et tandem esto quod feudum de sui natura esset ex pacto, & prouidẽtia, in quo successores si filij sint, vel agnati, videntur habere formatum interesse, quia succedunt ex proprijs personis, nullaque dispositio valet in præiudicium ipsorum, *Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. titulo* 10. *de diuers. prouis. §. primo numero* 15. nihilominus quia est nouum, & nouiter quæsitum per ipsum Baronem, poterit illud alienare etiam in præiudicium filij successoris, vt docuit *Andreas in d. cap.* 1. *§. & si libellum numer.* 9. *& sequent. de alien. feud. pater. & in cap.* 1. *§. & Titius in fine, si de feud. fuer. controuers. & in cap.* 1. *§. quod ergo post numer.* 8. *versic. dic quod loquitur de inutilit. de re alien. fact. Loffred. consil.* 3. *numer.* 23. *Camerar. in cap. Imperialem fol.* 95. *litera A. versic. vnde illud, Petr. de Gregor. de concess. feud. par.* 3. *quæst.* 7. *cum alijs relatis per Dominum Regen. Rouit. dicto cons.* 35. *in fine*, Ideoque nullam esse
15 differentiam inter feudũ nouum ex pacto, & prouidentia, & hæreditarium, neque in eo prodesse inuentarium docuit *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *in* 3. *form. inuest. num.* 16. *&* 29. *authorit. Baron. ante num.* 11. *latè Thom. de Marin. de feud. tit. de feud. ex pact. & prouid. nou. quos refert Dominus Regens de Ponte loco proximè citato.*

Pendet adhuc resolutio in eod. Supremo Consilio.

SVMMARIVM.

1 IVdicium quodlibet non debet à sequestro incipere.
2 Fructus nec etiam si dissipentur possũt lite pendente sequestrari.
3 Possessionis commoditas non est lite pendente reo auferenda.
4 Fructus pendentes veniunt in generali obligatione bonorum.
5 .. consumpti non veniunt in generali obligatione.
6 Conductor non est molestandus in perceptione fructuum ex bonis obligatis.
7 Extrema probanda in iudicio assistendi quæ sint.
8 Fructus pendentes sunt pars fundi.
9 Futura etiam veniunt in generali obligatione.
10 Fructus pendentes, & futuri quæ actione peti possint?
11 Tertius possessor an possit molestari lite pendente in perceptione fructuum rei obligatæ.
12 .. lite contestata incipit mala fide possidere.
13 Fructus lite contestata dicuntur accessorij ad fundum.
14 Text. in l. qui scit vers. bonæ fidei de vsur. declaratur.
15 Obligatio soluendi pensionem in contractu censuali, respicit principaliter fructus, ideòque ueniunt etiam nati penes tertium singularem possessorem.
16 Fundus cum non sufficiat, possunt etiã peti fructus in actione hypothecaria.
17 Fructus debent sequestrari quoties aliàs redderetur difficilis ipsorum recuperatio.

Fru-

Fructus prædij obligati quandoque venire in generali obligatione, & posse lite pendente sequestrari aduersus tertium possessorem.

CAPVT XXIV.



QVamuls vulgatum sit pragmaticorū axioma, non debere iudicium à sequestro incipere, *vulg. turib.* non tamen visum fuit impertinenter egisse Mariam Ferrariam; dum conuento in Mag. Cur. Vicariæ Iulio Genuino (deportato ad præsens ordine Catholicæ Maiestatis in Castro Pignoris, in maritimis Africæ in pœnam non nullorum facinorum patratorum in exercitio decurionatus Plateæ popularis huius fidelissimæ Ciuitatis) iure assistendi vti tertio possessore super nō nullis bonis specialiter obligatis; petierat lite pendente, fieri sequestrum super fructibus prædiorum.

Videbatur quidem Aduocatis Iu-
1 lij non solùm durum, sed à regulis omnibus iuris dissonans, vt contra tertiū possessorem bona fide fructus percipientem incipiatur à sequestro; quod contra quoscunque vetitum est omni iure lite pendente; siue petatur de re mobili, siue immobili, siue de corporali, siue incorporali, siue de prophanis, siue spiritualibus *secundum glos. in cap. examinata de iudic. & DD. in cap. 1. in uerb. fructus sequestrari, de sequestr. poss. & fruct. ubi latè Panormit. & post Salicet. Bald. & alios docet Franc. Curt. in opusc. de sequest. num. 6. Angel. Perus. in eod. tract. num. 4.* adeò quod *Ioannes Andr. in cap. final. de se-*
2 *questr. poss.* docuerit, quod nec etiā si fructus dissipentur, possunt lite pendente sequestrari: & ita decisum refert *Capell. Tholos. decis. 478.* illa vul-
3 gari ratione, quod commoditas possessionis, quæ magna est, *§. commodū institut. de interdict.* non est reo auferenda donec fuerit condemnatus, *cap. 1. ut lite pendente tum concordan.* & probatur expresse *in l. unica C. de sequestr. pec.* ibi, *oportet enim debitorem primò conuinci*, &c. & tradunt *Franc. Curt. & Angel. Perus. loc. superius citatis*, nec etiam si timor sit armorum, *Capic. decis. 96. num. 11. Beltramin. in addit. ad Ludouis. decis. 9. nu. 18. Rota Roman. decis. 654. num. 1. inter nouiss. collect. per Farinac. par. 2. tom. 4. latè Visconte in suis concl. iur. uerb. sequestrum.*

Et si verissima sit regula, quod in
4 generali obligatione bonorum veniunt etiam fructus pēdentes, partus ancillarum, & fœtus pecorum futuri, *ad tex. in l. & qua non dum ubi Bar. ff. de pignor. uel hypot.* obtinet tamen locum, vbi fructus aliquo modo extant tempore obligationis, vt quia nati
5 sunt, vel saltem sati, seu concepti penes debitorem obligantem, cum secùs sit, si eo tempore penes alium reperiantur, prout rectissimè *ex text. in l. potior §. si de futura, ubi Bart. & Salicet. ff. qui potior. in pignor. habean.* docet *glos. communiter approbata ibidem in uerb. utendi, fruendi*, & tenet *Negusan. de pignor. membr. 3. secunda par. n. 45.* sequitur *Surd. decis. 97. num. 12. & refert eruditissimus Gaito in tract. de credit. c. 4. quæsit. 7. n. 416.* ad id allegans

text.

text. in l. si conuenerit la seconda §. si fundus de pignor. Magon. decis. Floren. 124. *num.* 12. *& alios refert Horat. Viscont. in suis conclus. iur. verb. fructus futuri*. Idque clarius sentit *Vinc. de Franch. decis.* 613. *num.* 17. dum ait quod fructus extãtes veniunt in hypotheca, manente tamẽ dominio ad-
6 huc penes debitorem; vnde *Senat. Pedamon.* apud *Surd. d. decis.* 97. decreuit, non esse conductorem molestandum in perceptione fructuũ ex bonis obligatis, quamuis dicat, quod aliter iudicasset Senat. si tractatum fuisset de fructibus naturalibus, ex traditis *per Negusant. membr.* 4. 2. *par. num.* 47.

Sed pro Actrice dicebatur, petitũ sequestrum fundari in veris, & solidis iuris principijs: & quidem præsupposito ante omnia, quod ex scriptu-
7 ris in promptu cum libello præsentatis liqueat prædium, de quo agitur, fuisse in bonis, & de bonis debitoris tempore obligationis, & nunc possideri per ipsum Iulium, quæ sunt extrema necessariò probanda in iudicio assistendi, iuxta communem praxim Tribunalium Regni traditam *per Afflict. decis.* 37. Dicebatur, non posse
8 negari, quin fructus pendentes sint pars fundi *l. Iulianus §. si fructibus de action. empt. l. fructus de reiuendicat:* ergò debent venire in obligatione cũ ipso fundo, quamuis tempore obligationis non extent: nam in generali obligatione veniunt etiam futura, *l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poss.* & in fructibus dicit *text. d. l. & quæ nondum de pignor.*

Quomodò autem veniant, quouè
10 iure peti possint, quęrit *Salicet. in l.* 3. *C. in quib. caus. pign. vel hypotec.* & distinguendo ex mente *Iacobi de Arena* respondet, quod si percipiuntur pendẽte iudicio in hypothecaria, veniũt officio Iudicis mercenario *l. ædilem §. sciendum de ædil. edict.* non autẽ iure actionis; quod probatur expressè in *l. si fundus §. in vẽdicatione, ver. interdũ de pignor. & ibi glos. in verb. extent*, & eam distinctionem secutũ fuit Sacrũ Consilium in casu relato per *Capic. decis.* 177. nec dissentit *Negusant.* licet aliquantum obscurè loqui videatur *membr.* 2. *secunda par. n.* 27. *Horat. Viscont. loco supra citato*.

Difficultas manet in eo, num huiusmodi conclusio procedat, manente tãtum dominio penes debitorem, vt sentire videtur *Vinc. de Franch. d. decis.* 613. *num.* 17. *& cæteri superiùs relati:* an quoque eo trãslato in aliũ tertium possessorem. Et quia nostra quęstio est de fructibus extantibus, & qui lite pendente super hypothecaria percipiuntur, omninò affirmandum est, venire etiam in generali obligatione, & posse à tertiò possessore peti: eo quod lite iam inchoata, seu po-
12 tiùs contestata incipit possessor mala fide possidere, & per consequens non potest suos facere, *ad tex. in l. certum C. de reiuendicat.* ibi, *post litis autem contestationem vniuersos; & ibi glos. verb. vniuersos, & tradit Cyn. in l. quamuis C. in quib. caus. pign. vel hypotec. vbi Alberic. & Salicet.* Vnde fru-
13 ctus eo casu iudicantur accessorij ad fundum tanquam pars illius, veniuntque in fundi obligatione, ita notabiliter per *Parlamentum Delphinale* decisum refert *Franc. Marc. dec.* 922. *to.* 2. videndus omninò, nam distinguit in materia omnes casus.

Neq; his obstat, ꝙ bonæ fidei possessor quoàd quædã remanet talis, etiã post litẽ cõtestatã, & præsertim vt faciat fructus suos, ad tradita per *Vlp. in l. qui scit, vers. bonæ fidei de vsur.* ibi, *Respondi, bonæ fidei emptor quoad percipiendos fructus intelligi debet, quandiù euictus fundus non fuit; vbi glo. in verb. percipiendos*.

P Nam

Nam inter reſponſiones, quas po-
14 nit *glo. ibidem*, illa vera eſt, quod quãuis ſuos faciat, tenetur tamẽ illos reſtituere officio Iudicis, quam ſequitur *Bart. in l. & ex diuerſo nu. 9. de rei vend.* vbi ait. *Quandoq; mala fides ſuperuenit abſque perſonarum mutatione, & tunc ſi ſuperuenit mala fides fictè per litis conteſtationem, bene facit fructus ſuos; ſed ad reſtituendum tenetur*; & idẽ tenet *Angel. ibidem poſt num. 4. verſ. primum eſt, an bona fides*, cui conſentiunt *Cuiac. in §. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diuiſ. Iul. Capr. in l. bonæ fidei §. in contrarium verſ. puto verendum de acquir. rer. domin. Facchin. lib. 1. controu. c. 59. & nouiſſimè Euerard. Bronchorſt. enancyanophan. cent. 2. aſſert. 88. Charond. lib. 1. veroſ. c. 7.* & ſecundum eam ſemper fuiſſe deciſum per Sac. Conſilium teſtatur *Reuerendiſſimus Epiſcop. Ricc. in prax. var. reſolut. reſolut. 322.* Idque ſine vlla hæſitatione permittendum eſt in contractu cenſuali, in quo obligatio ſoluendi an-
15 nuam penſionem reſpicit principaliter fructus, qui ex fundo obnoxio percipiuntur; ideòque veniunt in obligatione non ſolum nati, ſiue ſati tempore obligationis, & manente poſſeſſione fundi penes debitorẽ, ſed etiam futuri, & qui naſcuntur penes tertium etiã ſingularem poſſeſſorem, prout expreſsè defendit *Cencius in tract. de cenſib. p. 2. c. 2. q. 3. art. 6. n.* 8. & agi poſſe hypothecaria, ſi cẽſus debiti ſint ante tempus alienationis, vt per *eundem num.* 13.

His addebatur vnũ, quod contro-
16 uerſiã radicitus tollit, nẽpè quod iã ex ſcripturis cõſtat, debitũ aſcendere ad quantitatẽ adeò conſiderabilẽ, vt certum ſit fundũ ipsũ nõ ſufficere ad debiti ſolutionem, quo caſu ſuccedit clara diſpoſitio *text. in d. l. ſi fundus verſ. interdũ*, ibi, *quid n. ſi minoris ſit prædiũ, quàm debetur, nã de accidentalibus fructibus nihil poteſt pronunciari, niſi extent, & res non ſufficit*, & ſic in proprijs terminis deciſum per Senatũ refert inſignis *Anton. Faber in Codic. fabr. tit. de pignor. deff.* 15. ſcilicet fructus extantes, etiam ante litẽ conteſtatam perceptos poſſe à tertio poſſeſſore hypothecaria conuento auo-
17 cari, vbi res non ſufficit. Si ergò fructus sũt in obligatione, iure procedit ſequeſtrum, eò quod difficilis redderetur aliàs ipſorũ recuperatio, ad quod præcipuè vitandum eſt inductũ illud remedium *Put. deciſ. 150. nu. 3. lib. 1. & deciſ. 246. num. 3. par. 3. cum alijs*, & ſic concluſum fuit *per S. Rot. Roman. deciſ. 136. nu. 3. inter nouiſſ. collect. per Farinac. tom. 3. par. 2.*

Proinde iudicatum fuit per Magnam Curiam me referente, die . . . Iunij 1631. quod detur terminus ad denũciãdũ, & interim ſeqſtrẽtur fructus; & cõfirmatũ fuit per S.C. cũ maxima diſcuſſione in Aula Reg. Conſ. Carauitæ digniſsimi S.C. Decani.

SVMMARIVM.

1 **P**rocurator *Cæſaris cognoſcit de cauſis fiſcalibus.*
2 *Sẽtẽtia Procuratoris Cæſaris eãdẽ authoritatẽ habet, ac Principis iuſſum.*
3 *Tribunal Reg. Cam. Sum. ab Alphonſo Primo erectum.*
4 *Iuriſdictio omnis penes Principem eſt.*
5 Comes Montis Regij Regni Prorex *commendatur.*
6 *Delegatus efficitur is, cui Princeps cauſam committit, cum nullam haberet iuriſdictionem.*
7 *Iudices adiuncti ſunt delegati, quamuis dentur ordinario.*
8 *Iudices delegati vbi plures dantur, vnus ſine alio procedere non poteſt.*
9 *Clauſula*, Quod ſi omnes &c. *in reſcripto delegationis operatur, vt vnus Iudex delegatus ſine alio impedito poſſit procedere.*

10 Iu-

10 *Iudices delegati tā in diffinitiua, quā in interlocutoria tenentur coniunctim procedere.*

11 *Sententia lata absente collega delegato, qui noluit interuenire tempore sententiæ proferendæ, nulla est.*

12 *Clausula,* vt coniunctim procedant, *quid operetur in rescripto delegationis*

13 *Causa semel cæpta iudicari per omnes Iudices, cuiuscunque sit natura debet per omnes terminari.*

14 *Adiunctorum, siue vnitorum natura est ea, vt relictis proprijs regulis totaliter vniantur, & incorporentur ei, cui adiunguntur.*

15 *Dignitas vnita alteri amittit propriam denominationem.*

16 *Vnio, seu adiunctio quando non fit per viam transfusionis, & incorporationis, non habet locum regula* text. in cap. recolētes de stat. monachor.

17 *Iudex primus procedendo sine adiuncto nulliter procedit.*

18. *Delegatio facta Magna Curia Vicaria per tot Iudices potest exerceri, per quot representatur Tribunal.*

19 Abb. in cap. prudentiam num. 7. de offic. delegat. *magistraliter loquitur*

20 *Iurisdictio, quæ competit pluribus, vt singulis, vnica est, & non nisi per omnes exercetur.*

21 *Delegatio, quæ fit sub nomine dignitatis, in quo differat ab ea, q̄ cōceditur alicui pprio expresso ipsius nomine.*

22 Dom. Regens Constantius Marchio Corleti *commendatur.*

23 Pragmatica edita sub die 11. Maij 1612. cap. 4. *noviter declaratur.*

De iudicum adiunctorum natura quando censeantur delegati, vel ordinarij, possitque vnus sine alio procedere.

CAPVT XXV.



1 T si causarum fiscaliū cognitio Cœsaris Procuratori tributa sit, *l. 1. & toto tit. C. vbi caus. fiscal. & l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic. cum concordan. Afflict. in cap. 1.*
2 *§. 1. num. 44. de duob. fratrib. de nou. ben. inuest. Mynsing. pract. obserua. lib. 1. obseruat. 20. num. 1.* eiusque deliberationes eandem vim habent, ac si eiusdemmet Principis forent, teste *Vlpian. in l. 1. de offic. procur. Cæsar.* cuius authoritatis originem refert *Tacit. lib. 12. annal.* his verbis. *Eodem anno sæpiùs audita vox Principis, parem vim rerum habendam à procuratoribus suis iudicatarū ac si ipse statuisset,* & inferius; *Claudius omne ius tradidit;* quem locum satis eleganter illustrat nostrorum temporum decus, & gloria *Iustus Lipsius ibidem in addit. 141. latiusque in excursu ad eundem lit. B.* Quod quidem munus exercetur in
3 hoc Regno per supremum Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ in hodiernam formam redactum ab Alphonso Primo, vt referunt *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 1. c. de offic. Mag. Camer. Marc. Anton. Surgens de Neap. illustrat. lib. 1. cap. 26. num. 23. Dominus meus Reg. Tapia lib. 2. Iur. Regn. in rub. de offic. Procur. Cæsar. vbi latè.*

Non tamen ideò fit, vt Princeps nequeat cognitionem fiscalium cau-
4 sarum alteri Iudici, siue Tribunali delegare, eo quod iurisdictio omnis penes ipsum est, & ab eo cęteris cō-

municatur, tanquã à fonte, ita vt abſ-
que ipſius conceſſione ad aliquem
pertinere non poſſit, vt latè oſtendi-
mus *ſupra cap.* 13. *num.* 11. Et ſicut
eius eſt iuriſdictionem concedere,
ita & illam vni adimere, & alteri de-
legare, vt eleganter obſeruat *Conſul-
tus in l. ſolent §. ſicut autem de offic. Pro-
conſ. & notat doctiſſ. Ioann. Montai-
gneir in tract. de author. Mag. Concil.*
5 *num.* 158. Ita ſeruatum vidimus ab
*Excellentiſſimo Comite Montis Re-
gij Regni Prorege digniſſimo, & nun-
quam pro meritis ſatis laudato* in cau-
ſa vertente in Regia Camera Sum-
mariæ inter Regium Fiſcum, & N.
ſuper incorporatione officij Creden-
zerij Regiæ Dohanæ maioris huius
fideliſſimę Ciuitatis ob ſententiam
foriudicationis latam contra Seba-
ſtianum Grimaldum foriudicatum
pro homicidio Didaci de Leone, eã
committendo eiſdem iudicibus Au-
6 lę criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ,
ex qua cõmiſsione nõ eſt dubium, quod
ipſi fuerint effecti delegati: nã cũ nul-
lã habenti iuriſdictionem ordinariam
Princeps eam committit, efficitur
is certè delegatus *ad tex. in cap. cum
aliquibus*, ibi, *Authoritate Apoſtolica
dignoſcitur eſſe receptus, de reſcript. in
6. leg. 1. §. qui mandatam de offic. eius*,
*& notat Clapper. cauſ. 8. q. 1. nu. 3. latè
Reuerendiſſimus Epiſcopus Ricc. deciſ.
Curiæ Archiep.* 205. vel ſi ordinariæ
iuriſdictioni aliquid addat, vt notat
*Paris de Put. de Syndic. verbo ſalarium,
cap. 2. num. 2.*

Sed datis huic iudicio tribus adiũ-
ctis ex Sacro Conſilio nempè Con-
ſiliarijs Don Franciſco Salgado, Di-
daco Bernardo de Zufia, & D. Tho-
ma de Carleual nobiliſſimis quidem
Hiſpanis, Integerrimis Iudicibus, &
doctiſſimis Iureconſultis, nõ fuit du-
bitatum, quin & ipſi quoque eſſent
delegati: nam licet *Paul. de Caſtr. in
authen. ſi verò contigerit per illum text.
C. de iudic.* teneat, quod Iudices adiũ-
7 cti ordinario ſint etiam ordinarij, nõ
autem delegati, tamen verior opinio
eſt, quod huiuſmodi adiuncti quãuis
dentur Iudici ordinario, ſunt delega-
ti non autem ordinarij, prout fundat
Ioann. Vinc. de Anna ſing. 15. *Maſtril.
deciſ.* 292. *in princ. Caſtillo deciſ. Sicil.*
87. *num.* 1. *Ricc. collect.* 1365. *Gratian.
diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 100. *num.* 49.
multòque magis vbi adiuncti dantur
Iudici delegato. Accidit modò, vt
petita cauſæ remiſſione ad Regiam
Cameram Summarię ex parte inqui-
ſiti fortè ad dilatandum, vt mos eſt
Aduocatorum in ſimilibus, in huius
articuli deciſione non interuenerit
Conſiliarius Salgado propter malæ
valetudinis impedimentum. Hinc
fuit dictum de nullitate decreti inter-
poſiti, quod procedatur ad vlteriora,
petita remiſsione non obſtante, & id
principaliter allegabatur ad fundan-
dam nullitatem, quod ſcilicet tale
decretum latum fuit abſente prædi-
cto Conſiliario vno ex delegatis.

De iure namque veriſsimũ axio-
8 ma eſt, quod vbi plures iudices ſunt
delegati ad cauſæ cognitionem, tunc
vnus ſine alio procedere non poteſt,
& quicquid altero abſente pronun-
ciatum fuerit nullum erit, *textus eſt
expreſſus in cap. cauſam matrimonij de
offic. delegat.* ibi; *quia cum cauſa duobus
committitur, ſententia vnius non tenet*,
& rurſus *in cap. cum cauſa eod. tit.* &
de iure ciuili eſt *tex. in l. duo ex tribus
de re iudic. Abb. in d. cap. cauſam, & in
cap. quoniam num. 5. eod. tit. Vant. de
nullit. ex defect. iuriſdict. ordinar. num.
176. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. to.
3. cap. 474. num. 31. & tom. 5. cap. 812.
num. 35. Surd. conſ. 181. num. 4. lib. 2.
Maſtrill. deciſ. 292. num. 10. 11. 12. &
13. Caſtillo deciſ. Sicil. 87. num. 9.* niſi
9 in reſcripto adſit clauſula. *Quod ſi*

omnes

omnes interesse nequibunt,reliqui expediant, vel alia similis, nam constito de collegæ imped imento valebunt gesta per alios *ad tex. in cap. prudentiam eod.tit.notat Abb.& DD.communiter ibidem, Marant.in specul.4. par. dist.5.num.31. Felin.in cap.scifcitatus de rescript. Rota diuers.decis.* 243. & 166. *Vant.loco cit.nu.* 180. *Surd. d.cons.* 181.*num.*4. *Stephan. Gratian. discept. forens.tom.*1.*cap.*154.*num.*7. dicens ita practicari.

Nec distinguendum est, vtrum sẽ-
10 tentia diffinitiua sit, an interlocutoria: nam vtroque casu nequeunt delegati procedere, nisi omnes coniũctim, *vt per Abb.in d.cap.causam num.* 3.*de offic.delegat.Marant.loco cit.num.* 31.*Gratian.d. cap.*812. *nu.*39. *Surd.d. cons.*181.*num.*4.*Castillo d.decis. Sicil.* 87.*num.*9.

Adeòque verum est, vt si vnus ex
11 Iudicibus delegatis tempore sententiæ proferendæ, quia non potuit ad suum votum collegas trahere, vel ex alia si nili causa recedat, nolens interuenire, adhuc sententia per coniudices lata nulla erit, vt docuit *Bart.in l.duo ex tribus de re iudic.* cuius dictũ putat verius *Abb.in d. cap. causam nu.* 8.*de offic.delegat. eo quod præsentia omnium*, ait ipse, *exigitur, qui habet iurisdictionis exercitium pro parte: Vnde reperitur tunc sententia lata à non habentibus potestatem in solidum*; & sequitur *Vant.loco cit.num.* 182. *vers.nec sufficeret*, dicens communem esse scribentium opinionem.

Multòque magis, vbi in rescripto
12 apponitur clausula, *vt coniunctim* Iudices procedant, prout in nostra specie, quod rectè in sua põderauit *Surd. d.cons.*181.*nu.*4. *Mastrill.d. dec.*192. *nu.*14.& *Vant.d.n.*175.tunc enim officium per eos representatum dicitur indiuiduum, & omnes Iudices repræsentant vnum delegatum.

Et tandẽ ex quò causa semel cœpta fuit iudicari per omnes Iudices,
13 tunc etiam si de sui natura separatim possent procedere, adhuc debet finiri per omnes, aliàs sententia erit nulla, ita notabiliter *Abb. in d. cap. prudentiam num.*13.*in fin.de offic. delegat.* ibi, *vnum tamen non omitto, quod siue sint ordinarij, siue delegati ad Vniuersitatem causarum, etiam tenendo opinionem, quod possint separatim procedere, si causa est inchoata coram omnibus debet finiri per omnes, nisi aliter detur impedimentum, de hoc est tex.secundum intellectum glossæ, quem sequitur Bart. in d.l.si vni, quod nota, nam sicut quãdo causa cœpta per vnum, alius non potest se impedire; ita & quando causa est cœpta per omnes, si non sunt dati delegati cum clausula quod si non omnes, vt in tex. nostro, dic, vt infra latiùs subijciam in q.*3.

Sed pro decreti defensione videbatur dicendum, quod huiusmodi Regij Consiliarij licet delegati sint Iudices, ex quo tamen adiuncti fuerunt Tribunali Mag. Cur. Vicariæ,
14 debent ipsius regulis vti, & conformari; etenim hæc est adiunctorum, siue vnitorum natura, vt relictis proprijs regulis, & denominationibus adeò incorporentur ei, cui vniuntur, vt vnum sit corpus de vno alterum effectum *ex text. eleganti in cap. recolentes, vers.cœterum de stat. Monac.* ibi, *cœterum domus illæ, quæ de alijs institutionibus ad vestrum ordinem se transtulerint, vestris omninò se satagant vsibus conformare* &c. vnde *Innoc. in c.* 1.*in princ.uers. si uerò de uno; ne Sede uacante*, ait, quod adiunctus debet assumere naturam illius, ad quem fuit translatus, *Petr.de Perus.de union. Ecclef.cap.*6.*in princ.Abb. in cap.extirpãde* §.*qui verò nu.*5.*de præben. Alphõsus de Hoyeda de incompat.benef.par.*2.*c.*3. *num.*3. *Garzia de benefic.p.*12. *cap.*2. *num.*

*nu.*14. *& seq.& Mandos.ad regul.*12. *Cancell.q.*1.*num.*6.*post Bart.Bald. Fe-*
15 *lin.& Alex.*benè inquiunt,quod sẽper dignitas vnita amittit propriam denominationem, assumendo illam, cui vnitur,siue incorporatur,ita vt fit vnum corpus,& vna de altera efficiatur,cum alijs telatis *per Stephan.Gratian.discept.forens.tom.*2.*cap.*291. *nu.* 2.3.4. *&* 5. Sic ergò cum stylus M. Curiæ Vicariæ in causis delegatis talis sit,vt sufficiat in sententijs interlocutorijs, siue diffinitiuis adesse tãtũ quatuor ex Magnificis Iudicibus, nihil curando, an isti, vel illi sint, cõsequens fieri videtur,vt non personę, sed numerus iudicum attendendus sit;sufficit ergò,vt tempore prolationis decreti cum duobus Iudicibus adiunctis tot interueniant Iud ces, qui complerent numerum quaternarium,quomodò videtur in spe cie decisum per *Concilsrium Regni Siciliæ, ut per Castillo d. decis.*87. vbi valida fuit declarata sententia lata per Iudices ordinarios sine adiuncto.

Quod quidem in Regno videtur procedere sine scrupulo vigore *Regię Pragmaticæ editæ per Excellentissimũ Comitẽ de Lemos sub die* 11. *Maij* 1612. *quæ hodie collocata est in nouissima compilatione sub tit.de dilationibus,in* §. 1.quo loci videtur definita non solum antiqua quæstio, de qua meminimus supra,an scilicet Iudices adiũcti sint ordinarij, an verò delegati, sed etiam ordinaũ, quod numerus Iudicum requisitus à lege attendatur in decisionibus causarum, non autẽ personæ,ibi,*s'ordina ancora &c.*

Ex quibus Magna Curia cum interuentu eorundem adiunctorum iudicauit dispositionem huius Pragmaticæ habere locum omni casu,etiã cum agitur coram Iudicibus delegatis,referente doctissimo *Regio Consiliario Ezquerra die* 13. *Augusti* 1632. cũ interuentu *Illustr. D.Io. de Erasfonobilissimi Equitis militaris Ordinis Diui Iacobi dignissimi Collateralis Cõsiliarij, & Regentis ipsius Magnæ Curiæ Vicariæ, cui ob insignem integritatem, morum candorem,& humanarum literarum peritiã multò maiora debẽtur.*

Verũtamen in huiusmodi decisione nusquam animus meus quiescere potuit: etenim cõsiderabam esse maximum discrimen inter iurisdictionẽ delegatam Mag.Cur. Vicariæ,& illã, quæ tribuitur Iudicibus adiunctis, quamuis coniunctim procedere habeant. Adiuncti enim delegati efficiuntur, non quia adiunguntur,siue incorporãtur ipsi Magnæ Curiæ, sed quia hoc habent de per se, & principaliter ab ipsomet Principe concedente,etiam supposita dispositione Regiæ Pragmaticę, prout inferiùs dicetur. Hinc iure communi attento, quamuis dentur Iudici ordinario
16 non ex hoc desinunt esse delegati, cum autem adiunctio, siue vnio non fit accessoriè,& per viam transfusionis, & incorporationis, sed principaliter,& per se retinendo propriam suã naturam,quos terminos elegãter distinguit *Iurecõsultus in l.in rem §. item quæcunque ff. de reiuend. & notat Bart. in l.si conuenerit §. nuda, de pignorat. action. cum alijs ad rem traditis per D. Regent.Rouit. ad pragm.*1. *de tit. abus. num.*89.*cum seq. Marc. Ant.Peregr.ad rubr.de offic.ordinar. num.*21. non habet locum *regula tex.in d.cap.recolentes de stat. Monac.* prout colligitur ex diffusè traditis *per Hieron.Gonzal.ad reg.cancell.glos.*5.§.72.*nu.*26. *cum seq.*

Et vlteriùs probatur mirificè ex vno, & altero Pauli, & Scæuolæ respõso,ille *in l.prædijs* 89. §.*Titio de legat.*3. vbi prædia Gabiniana sic quidem legato Sejanorum cum quibus simul vno pretio comparata erant, continentur, quoties vtriusque possessio-

sessionis cōfusi sunt redditus,& rationes. Hinc *in l. Saia* 20.§. *Tyranna de fund. instr.* in cuius specie eatenus pascua vnita fundo in legato venīūt, si testator ita fundo coniunxisset, vt sub vna fūdi appellatione haberētur, & faciūt tradita *per Ioan. Vinc. de Anna allegat.* 29.*num.* 9. vnde *Bart. in d. l. in rem §. item quacunque* notat, quod non dicuntur vnita illa, quæ retinent diuersitatem ad inuicem, *sequitur Regens de Ponte consf.* 63.*num.* 42.*cum seq.* vbi ex pluribus comprobat, quod ad hoc vt res dicatur alteri vnita, requiritur destinatio perpetuæ vnionis. Adeòque Iudices ipsi retinent propriam naturam, nec incorporantur, vt

17 si primus Iudex sine eis procederet, omnia acta essent nulla vt *per Gemin. consf.* 24.*col. penult. num.* 11. *Mandos. form.* 8.*commiss. in glos. verb. adiunctū, vers. borum iudicum*, & sententia lata absque voto adiuncti, nulla erit, *vt per Felin. in cap. cum dilecta col.* 1. *de rescrip. & post Bart. & Soccin. tenet Rota Roma. in vna Foroliuens. pecuniaria* 20. *Maij* 1596. *quam refert, & sequitur Stephan. Gratian. discep. forens. to.* 1. *cap.* 100.*num.* 42.*&* 43.

Rursus in alio discrimen versatur;

18 & quidem euidentissimum: nam iurisdictio delegata concessa ipsi Tribunali M.C. Vicariæ potest exerceri per tot Iudices, per quot representatur ipsum Tribunal, quamuis omnes Iudices ipsius præsētes nō sint. Ideòque regulariter sufficerent duo, per quos representatur ipsa Magna Curia, & nouissimè ex literis Catholicæ Maiestatis in causis delegatis, nō nisi per quatuor. Ratio est, quia iurisdictionis exercitium datum est ipsi M. Curiæ, vti Collegio, quod corpus fictū est, representatum per simul collectos, *vt in c. irrefragabili §. excessus, & ibi glos. & DD. de offic. ordin.* ita magistraliter vt solet docet *Abb. Pa-*

19 *norm. in d. cap. prudentiam num.* 7. *de offic. delegat.* sic inquiens; *Et dic generaliter, cum quæritur numquid plures habentes aliquam potestatem, possint illam exercere in solidum, an verò debeāt omnes cōuenire: & dic, aut hac potestas cōpetit pluribus, vt Collegio, vt potè Collegiū habet iurisdictionem, vt Capitulū, vel Priores huius Ciuitatis, & tūc iurisdictio nō est apud singulos, nec exercitiū, sed apud corpus Collegij fictum, & represētatum per singulos simul collectos. vnde ad validitatē actus oportet, quod saltem duæ partes Collegij sint præsentes &c.* elegāter *Soccin. consf.* 140. *col.* 1 *lib.* 1. quem sequitur *Marc. Anton. Peregr. ad rubr. de offic. delegat. nu.* 31. *vers. rursus.*

At iurisdictio cōcessa adiūctis di-

20 citur eis competere pluribus, vt singulis, quo casu, quia officiū eorū est publicū authoritate, & vtilitate, vnica est, & pinde nō posse separatim pcedere, ad theoricā *Bart. in l.* 1. *§. si plures de exercit. action.* docuit *Abb. in d. cap. prudentiam num.* 13. *in fine, & notat Mastrill. dec.* 135. *num.* 58.

Quod autem iurisdictio concessa Mag. C. Vicariæ cēseatur cōcessa vti Collegio, & Tribunali, cōstat ex eo, quod rescriptum delegationis dirigitur eidem, nullo expresso iudicum

21 nomine: sed dignitatis, & Tribunalis; cum secus sit in rescripto directo adiūctis, vbi expressum est vniuscuiusque ipsorum nomen, quod operatur, vt cēseatur electa industria personarum, ita vt vnus sine alio nō possit procedere, & iurisdictio cohæreat psonę, & pinde nec transeat in successorem in officio; hanc distinctionem posuit Summus Pōtifex *in cap. quoniam Abbas de offic. delegat.* eamque mirabiliter exornat præter alios Canonistas *Abb. Panorm. ibidem, & Hie-*

22 *ronym. Gabr. consf.* 32. & quos nouissimè refert *Dominus Regens Constituit*

tiut Marchio Corleti vir summa eruditionis & recolenda memoria in comm. ad rub. C. de iur. fisc. nu. 8. & 9.

Et ad id, quod dicebatur de dispositione *Reg. Pragmatica* cõgruè respõdebam, illam procedere vbi adiũcti
23 dantur Iudici ordinario, qui erat casus antea disputatus inter *DD.* vt initio præfati sumus: esset namque absurdum, vt qui simul cum ordinario iudicare debeant, essent alterius naturæ, quæ fuit ratio decidendi illius *Pragmatica*; at cum Iudices adiũguntur alijs delegatis, nõ est dubitãdum, quin remaneãt & ipsi quoq; delegati ex eadem ratione absurdi euitandi, cõsiderata *in d. Pragmatica*, cũ enim de natura, & substantia delegatorum sit, vt omnes coniunctim procedant, vbi iurisdictio data est habito respectu ad proprias eorum personas, non autem ad dignitatem, seu Tribunal, consequens fit, nõ esse applicabilem ad casum nostrum *Regia Pragmatica* dispositionem, nec decisionem relatam per *D. Ioannem Franc. de Castillo*, quæ habent locum, vbi ordinariè proceditur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui pecuniam mutuauit ad rem reficiendam, vel emendam, præfertur cæteris quibuscunque.*

2 .. *etiam pro vsuris.*

3 *Dotis causa præfertur etiam creditori, qui ad rem emendam, vel reficiendam credidit.*

4 *Dos, & impensa refectionis pari priuilegio nituntur.*

5 *Creditor, qui ad rem reficiendam mutuauit, quid probare debeat, vt præferatur.*

6 Sigismundi Scaec. *subtilis argumentatio contra* tex. in §. his consequẽs in authen. de æqualit. dotis. sed refellitur num. 14.

7 *Creditor anterior hypothecarius præfertur doti.*

8 Textus in l. is à quo de reiuendic. *quando procedit.*

9 *Refectionem rei fuisse sequutam pluribus coniecturis probatur.*

10 Textus in l. fin. de exercit. action. *expenditur.*

11 *Solutio in dubio præsumitur facta in causam dotis.*

12 *Prælatio competens mulieri* ex §. his consequens *non extenditur ad antefatum, siue donationẽ propter nuptias, sed respondetur* nu. 22.

13 *Solutio facta præsumitur, vt debitor se eximat à maiori interesse, & vsuris.*

15 *Regula si vinco vincentem te nõ procedit, vbi est diuersa vincendi ratio.*

16 *Alienatio corporis submissi in contractu cẽsuali est potissima causa rescissionis.*

17 *Dolo facit quis petere, quod restituturus est.*

18 *Hypotheca, & prælatio datur creditori ad rem emendam, vel reficiendam pro summa in eam causam erogata, & non vltra.*

19 *Solutio præsumitur facta in causam vsurarum, & quare.*

20 .. *& in causam accessoriam.*

21 .. *& in causam, quæ correspõdet quãtitati soluta.*

22 Text. in §. his consequens de æqualit. dot. *quæ sit vera lectio.*

23 Roderic. lib. 2. de an. reddit. cap. 20. num. 7. *reprobatur.*

Nouel-

Nouellam Iustiniani Constitutionem in §.his consequens Authent. de æqualit. dot. habere locum indistinctè contra creditorem cuius pecunia res empta, vel refecta est,tàm pro sorte, quàm pro vsuris, & nonnulla de regula textus in l. 1. & 2. ff. de solut.

CAPVT XXVI.



Vàuis naturali æquitati consonum sit priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis iure communi concessum ei, qui pecuniam credidit ad rem reficiendam, *ad tex. in l. 1. in quib. cauſ. pign. vel hypot. & in l. interdum ff. qui potior in pign. habean.* nec nō etiā ad rē emendam, si tamen de speciali hypotheca sibi cauit, *ad tex. in l. licet C. eod.* etenim ex eo nulla fit cęteris creditoribus iniuria, quantumuis priuilegiatis: non enim foret res ipsa in bonis debitoris, nisi pecunia esset mutuata: iure ergo transit sub debitoris dominio tali hypothecæ onere affecta, prout suæ æquitati innitens considerasse S. C. testatur *Vinc. de Frāch. decis. 97. num. 3. Castill. Sicul. decis. 4. nu. 8. tom. 3. Guttier. lib. 5. pr act. quæst. cap. 99. nu. 21. verſ. nec dicatur Gratia. discept. forenſ. tom. 4. cap. 616. num. 4. & 5. Roder. de Annu. reddit. lib. 2. quæst. 20. num. 7. in fine, Hugo Donell. ad d. l. licet num. 1. verſ. ſed nonne C. qui pot. in pign hab. Rot. Roman. decis. 563. nu. 2. & 4. in nouiss. coll. per Farinac. p. 2. to. 3.*

Vnde non esse hoc casu necessarium consensum priorum creditorū, etenim is sua pecunia totius pignoris causam saluam fecit, *l. huius enim ff. eod. tit.* & quo tempore ipsi possent ius aliquod in re empta, vel refecta, adquirere, reperitur hoc casu præuēta, & affecta tali hypotheca; idque in pactum deduci posse non est ambigendum, aduertit *Vincen. de Frāch. ibid.* sed clariùs, & fusiùs *Regēs*

2 *de Ponte dec. 34. nu. 9. & 10.* eandēq; prælationē competere pro vsuris, ex magistraliter, & diffusè traditis per eundē *Regent. de Ponte in d. dec. 34. per totam, Castillo dec. 17. num. 46. to. 1. & dec. 204. nu. 10. to. 3. Pascal. de vir. pat. poteſt. par. 2. cap. 7. nu. 49. & 66. in fin. Minsyng. cent. 1. obseru. 59.* & pluribus alijs confirmat *Dom. Auditor Dominic. Gaito de credit. c. 4. q. 10. nu. 1176.* & nouissimè decisū per S. C. in causa creditorum Ioannis Hieronymi Sorrentini tradit *laborioſus Io. Bapt. Thorus in ſuo Compend. dec. verb. creditor p. 2.* & sic etiā refert iudicatum *Anton. Amat. d. reſolut. 3. num. 50.*

3 Placuit nihilominus Iustiniano, magis esse consulendum infirmitati muliebris naturæ, quæ facilè circumuenitur, ideòque potiorem esse dotis causam, non solùm cæteris creditoribus tacitam hypothecam habētibus, *ad tex. in l. assiduis C. qui pot. in pign. hab.* iuxta cōmunem eius intellectū, magisque receptam opinionem, de qua late *Gizzarell. decis. 1.* sed etiam his, qui ad rem emendam, vel reparandam mutuam dederunt pecuniam, prout latè differitur *in authen. de æqualit. dot. §. his conſequens,* cuius dispositio sine difficultate procedit, quoties is creditor posterior

est tempore, licèt expressam habeat hypothecam, prout de communi testatur *Morot.consf.54. num.8. Castillo Sicul.d.decis.204.tom.3.num.2.* & ratio est, quia dos, & impensa refectio-
4 nis pari priuilegio nituntur, taliter quod in illorum concursu seruabitur regula, vt prior in tempore, potior sit in iure, vt probat *Barbos.in l.1. par. 6. num.8.& num.12.ff.solut.matrim.*

Quibus, & alijs argumentis latissimè hanc opinionem pro dote contra eum, qui credidit ad rem emendam, vel reficiendam, etiam si de expressa sibi caueat hypotheca tutantur *Afflict.decis.306.Couar. var.resolut.c.7. nu.2.& seq.lib.1.Molin.Theolog. de iust.& iur.disput.438. col.5. Mantic. de tacit.& ambig. lib.11. tit.23. nu.7. & tit.26.num.17. cum sequentib. D. Ioann. de Castillo controu. iur. lib. 3. cap.8. nu.27. Dominus Regens Valenzuela cons.56. in fine, Alciat. cons.26. lib.8. Decian.cons.50.num.4.lib.3.Gaspar.Thesaur.lib.1.quæst.forens.cap.71. num.3. & 6. Anton. Gomez ad l.50. Tauri num. 59. Flores de Mena var. resolut.lib.1. quæst.6.§.3. num.12.* & post *Molin.Mantic.*& alios dicit esse communem, & receptam opinionẽ, adeòque ab ea in iudicando non esse recedendam, *ingeniosiss. Dominic. Gaito dicto capit. 4. quæst. 11. numer. 1986. & in appendice eiusdem c. 4.num.120.* secundum quam in facti cõtingentia iudicatum fuisse per sollemnes *DD.* dicit *Iacob. Cancer.var. resolut.lib.1.cap.9.de dot.& donat.propter nupt.n.3.* & latè de hoc agendo, id tenet *Mart. decis.Senen. exam.11. à num.22.ad finem*, & esse speciale dotis priuilegium *Dominus Regens de Ponte decis.34.num.6.*

Sic ergò pro Ioãna Marefca dicebatur depositum factum in Mag.Cur. Vic. ex venditione domus Thomæ Rullo esse sibi liberandum in computum crediti eius dotium, excluso penitùs Blasio Sancta Maria, cuius pecunia supponebatur domum fuisse reparatam, siue refectã, eo prçserrim quod ad obtinendum non sufficit idẽ fundare, pecuniam fuisse versam in emptionem lapidum, lignaminum, & aliarum rerum pro constructione,
5 seu refectione domus; sed magis probare debuit huiusmodi res ex tali pecunia emptas, indiuidualiter esse implicatas in tali refectione, domumq; fuisse ex eis melioratam, *ita docet Negusant.de pignor. & hypothec.memb. 2.par.5.num.15.vers.secundò restringitur, sequitur Amat.Rodriq:in tract.de concurs.& priuileg.creditor.prima par. artic.8. num.19. Guttier.pract. quæst. 98.num.2.Giurb.ad Consuet. Messan. cap.9.glos. 2. num. 47. propè finem*, & obseruatum in Camera Imperiali refert *Mynsing.cent.1.obseru.60. Carot.de loc.& cond.par.7.concl.49.* vbi alia addit requisita.

His pro Blasio respondebatur non solùm duriam esse decisionem *tex. in d.§.his consequens*, negari enim non potest, quin ei resistant rationes superiùs traditæ *n.1. ex Vinc.de Franch. Castil.Guttier.& Grat.* locupletaretur .n.ex ea mulier cũ eius *iactura*, quod non
6 est ferẽdũ, vulg.regul. sed etiã impracticabilẽ data instãtia. Supponamus nãq; ad obtinẽdũ depositæ pecuniæ liberationẽ cõcurrere cũ Ioanna, & Blasio aliũ creditorẽ hypothecarium vtriq; tẽpore priorẽ; quis hoc casu erit potior ad eã cõsequendã? certè si stãdũ est pdictæ Imperiali decisioni, nullus obtinebit, vno se cũ alio inuoluẽte; etenim Ioãna pro dote vinceceret Blasiũ, qui ad rẽ reficieadã credidit: is, hypothecã anteriorẽ expssã,
7 *ad tex.in d.l.interdũ, & d.§.his consequens in principio*, quæ tandem erit potior dote, iuxta superiorem sententiam, quam indubitatam, vsuque forẽsi, & ratione receptissimã vocat *Gizzarell. d. decis.1. in princ.* taliter ergò nego-

negotium inuolueretur, vt nulli suffragaretur *regula si vinco vincentem te &c. de quâ in l. de accessionibus de diuers. & temp. præscript.* quo argumẽto vius *doctissimus Sigismund. Scacc. de senten. & re iudic. glos. 14. q. 24. nu. 22.* concludit his verbis *num. 26. consequenter eluderetur iustitia, quod est absurdũ non tolerãdum: ad quod tollendũ necesse est vt tollatur vna ex prædictis opinionibus, & quæ faciliùs tolli potest, vti infirmiori innixa fundamento est illa, quæ est pro muliere contra mutuantem, sicque substineretur regula, si vinco vincentem te &c.* Quibus etiam & alijs rationibus hanc partem defendit *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 20. nu. 13. vers. sed contrarium*, dicens hunc creditorem præferri pro sorte principali tantùm, *Gratian. discept. forens. d. cap. 616. num. 5. & 6.* & sic pro creditore, qui ad rem reficiendam mutuò dedit, contra dotem fuisse decisum per M.R. C. Regni Siciliæ testatur *Castillo d. decis. 204. nu. 9. vbi nu. 7. allegat Negusan. Bald. Nouell. Felician. Fontanell. & alios huius sentent. sectatores.*

Secundò Ioannam prędictam non esse audiendam in præsenti, quandoquidem contractus dotium, cuius vigore ipsa agit, adhuc subsistit, eoque nec potest iuuari, nisi eo rescisso, hoc autem indiget sententia; & è contra contractum ipsius Blasij iam esse rescissum per sententiam assistentiæ.
8 Vnde succedit regula *tex. in l. is, à quo 57. de rei vendic.* vt primo vincenti tradatur possessio, quia diligentia debet ei esse proficua, vt dicit *Andr. in cap. si quis per triginta 2. col. vers. & sic erit potior, si de feud. fuer. cõtr.* quomodo decisum per Sac. Cõs. testatur *Vinc. de Franch. decis. 261. num. 14.*

9 Tertiò assumptum, quod scilicet Blasius ipse non probauerit materialia empta ex pecunia mutuata, verè fuisse implicata in refectionem domus, ex duobus non subsistere. Primò quia contrarium apparet tùm ex pacto adiecto in instrumento venditionis annui census initio inter ipsum Blasium, & Thomam, cùm etiam ex partitis Banci, in quibus id speci ficè asseritur; quod considerabat similiter Sacrum Cõsilium *d. dec. 97. Vinc. de Franch. num. 4.* Secundò quia refectio domus parùm post pecuniæ solutionem facta fuit, nec aliquid apparet in contrarium: quæ sunt vrgentissimæ reparationis cõiecturæ iuxta tradita *per Bart. in l. Aristo. n. 5. ff. quæ res pign. oblig. poss. cũ alijs latè cumulatis per Ant. de Ama. var. resol. resol. 3. n. 59.* & insinuat *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 15. num. 5.* Tertiò quoniam huiusmodi obiectum iam sublatum est per eandem Mag. C. Vic. quo tempore audita ipsa Ioanna decreuit, quod appretiarentur meliorationes factæ de pecunia ipsius Blasij, prout sic executum fuit per Tabularios, & proinde non posse hodiè in dubium reuocari. Quartò quoniam cùm *DD.* dicunt non sufficere creditori probare pecuniam fuisse mutuatam ad rem reficiendam, nisi re vera sit in hoc expẽsa, eò pertinet, vt ostẽdi debeat pecuniam fuisse mutuatã, refectionem fuisse necessariam, & postea fuisse secutam. Ex hoc namque satis constabit de eius intentio-
10 ne. ita expresse respõdet subtilissimus *African. in l. fin. de exercit. action. Respondit (inquit) tex. creditorem vtiliter acturum, si cùm pecunia crederetur, nauis in ea causa fuisset, vt refici deberet, etenim ut non oportet creditorem ad hoc adstringi, vt ipse reficiendæ nauis curam suscipiat, & negotium domini gerat, quod certè futurum sit, si necesse habeat probare pecuniam in refectionem erogatam esse: ita illud exigendum, vt sciat in hoc se credere, cui rei Ma-*

*gister quis sit præpositus, quod certè ali-
ter fieri non potest, quàm si illud quoque
fuerit necessariā refectioni pecuniam
esse*, & inferius; *& sufficere si in hoc tra-
diderit, non etiam illud exigendum, vt
ipse curam suscipiat, an in hanc rem pe-
cunia eroganda est*; per quem textum
ita in terminis tenet *Christof. Mart.
decis. Senens. exam.* 11. *num.* 8. & eo
non viso sic decidit M. R. C. Regni
Siciliæ, vt refert *Castillo decis.* 205. *to.*
3. eiusque regulam pluribus exornat
Ludouis. decis. 515. *num.* 9. *& ubi Beltra-
min.*

Quintò dicebatur, quod cum Ioā-
na receperit in computū totius eius
11 crediti ducatos 116. nulla facta mē-
tione in quam causam receperit, so-
lutio præsumitur facta in causam do-
tis, vt potè duriorē, *vulgata regul. tex.
in l.* 1. *cū seq. ff. de solution.* quo fieri, vt
pro causa dotis remaneat creditrix
in ducatis 84. tantū, pro quibus foret
præferenda ipsa Ioanna, estò quod es-
set iudicandum iuxta dispositionem
12 *text. in d.* §. *his consequens*, quia præla-
tio tantùm competit pro dotibus, nō
autem pro dotis lucris, seu antefato,
vt tradit *Imperator in eod.* §. *his conse-
quens*, ibi, *sufficit enim, quod à lucris
cadant*. Quod autem durior sit causa
dotis in hoc casu suadetur: nam dos,
& antefatum ambo dicuntur capita-
lia, quia vtrumque parturit interesse,
licet diuersimodè, nam pro dote de-
betur ad rationem septem pro
centum, & pro antefato ad rationem
quinque iuxta stylum Sacri Consilij;
dū enim debitor soluit, in dubio in-
telligitur soluere, vt se eximat à maio
13 ri interesse, seu causa, pro qua magis
tenetur ad euitandum maiorem cur-
sum vsurarum, ita tenuit *Rota decis.*
371. *tom.* 1. *num.* 5. *in recent. & sequi-
tur Christof. Mart. decis. Senen. exam.*
15. *num.* 17. eò magis quia nec vo-
lente ipso Thoma, solutio poterat ce-
dere in causam antefati; quia antefa-
tum, de quo ipsa est tantum vsufru-
ctuaria, stante existentia filiorum, non
poterat ei restitui, *vulgatum*

At Ioāna, supradicta omnia in cō-
trarium relata in primo argumento
aduersæ partis, vera esse, & proce-
dere dicebat, quoties concurrunt
creditores hypothecarij simpliciter
cum mutuante ad rem emendam, vel
reficiendam, secus autem cum con-
currit causa dotis, quæ reperitur ex-
pressè priuilegiata contra hunc cre-
ditorem habentem expressam hypo-
thecam, *ex tex. in d.* §. *his consequēs*, ita
communiter à *DD.* intellecto, prout
vltra *DD.* superiùs citatos testatur
Regens de Ponte d. decis. 34. *nu.* 6. *Hart.
Pistor. tom.* 3. *quæst. iur. q.* 15. *num.* 12.

Cui pijssimæ decisioni nec quid-
quam resistit subtilis argumentatio
14 facta *per Stacc. d. glos.* 14. *quæst.* 24. *nu.*
22. nam quidquid sit de ea quæstio-
ne, an tacita dotis hypotheca *ex tex.
in d. l. assiduis C. qui potior in pign. hab.*
præferatur expressæ anteriori, cuius
affirmatiuam partem mordicùs de-
fendit insignis *Barbos. ad l.* 1. *par.* 2.
num. 5. *& seq. ff. solut. matrim.* quam
si amplecti liceret, cessaret absurdum
per Stacc. consideratum: sed quia ne-
fas esset recedere à magis communi,
& vsu forēsi recepta, vt superiùs præ-
fati sumus, censuit Magna Curia ve-
ram solutionem ad argumētum illud,
15 eam esse, quod regula illa, *si vinco vin-
centem, ex text. in l. de accessionibus de
diuers. & temp. præscrip. & habetur in
l. Claudius ff. qui pot. in pign. habean.* nō
procedit vbi est diuersa vincendi ra-
tio, diuersoque iure, seu medio quo
quis vincit, vincitur, vt probatur *in c.
authoritate de concess. prabend. in* 6. *&
tenet glo. in d. l. de accessionibus, Bellam.
cons.* 31. *Cyn. & Salic, Barbat. & Felin.
quos refert Anto. Gabr. tom. conclus. lib.*
4. *de success. ab intestato concl.* 4. *limit.* 2.

&

& acutè obſeruat *Anton. Faber de*
*error.pragm.decad.*28.*error*.4. *nu.*14.
ſit ergò ſi concurreret mulier cum
creditore habēte hypothecam ante-
riorē, & illo q. credidit ad rē reficiē-
dā, certè præferretur vtrique : diſpari
tamē ratione, nēpè creditori ad rem
reficiēdam ex priuilegio *d. §. bis con-*
ſequens, & hypothecario anteriori, nō
ex priuilegio *d.l.aſſiduis*, ſed quia vin
cit eū, à quo ipſe vincitur, nēpè cre-
ditorē ad rē reficiēdam, ita colligitur
ex doctiſſimè traditis *per Couar.lib.*1.
*uar.reſolut.cap.*7.*num.*3. quem ſequi-
tur *Ioan. Guttier.pract.qq.lib.*5. *q.*99.
*num.*25. *&* 26.

Et ad ſecundum licet ipſa adhuc
non haberet ſentētiā, tamē erat cō-
pilatus proceſſus ad ſui inſtantiam ſu-
per iudicio aſſiſtētiæ, nec aliquid re-
manebat agēdū, niſi aſſiſtētiam præ-
ſtare, cū factus eſſet caſus reſciſsionis
ipſius, tùm ob nō ſolutionē tertiarū,
tùm etiam ob alienationem corporis
16 ſubmisſi, quæ potiſſima cauſa eſt re-
ſciſſionis, vt pluribus rationibus ad-
ductis tenet *Dominus Regens Rouit.*
*ad pragm.*1.*de cenſib.num.*37. proin-
dè illam haberi pro facta, cùm per Iu-
dicē ſtet, quò minus fiat, in quibus
terminis procedit regula, *hodie cōſtat,*
hodiè agatur. & adhuc ſi expectanda
eſſet ſentētia, cum hodiè poſſit ferri,
17 repellēdus eſſet Blaſius ipſe ex alia
non minus vulgata, quàm certa Iuris
regula, *dolo facit quis petere, quod ſta-*
tim reſtituturus eſt; quam regulam
exornat *Menoch poſt plures de adipiſc.*
*poſſeſſ.remed.*4.*num.*751.

Et ad tertium replicabatur, non
eſſe habendam rationem de decreto
Magnæ Curiæ Vicariæ, per quod di-
ctum fuit, quod apprecientur melio-
rationes factæ de pecunijs Blaſij Sā-
cta Maria, quia tunc non fuit actum,
an pecunia verè eſſet verſa in illius
domus refectionem, ſed de quantita-
te pecuniæ in hoc expenſæ: quia præ-
18 latio, & hypotheca tantum compe-
tunt pro ſumma erogata, & nō vltra,
quamuis plus eſſet datum ad eam
cauſam, vt tradunt *Neguſans.d. mēbr.*
2.*par.*5.*num.*15. & poſt alios aduertit
*Rodriq.ubi ſupra nu.*19.*Guttier.pract.*
*quæſt.lib.*5.*q.*97. *nu.*2. *Carot. d. par.*
7.*conc.*49. Vndè ſuccedit regula:
nō dicitur deciſum, quod non eſt di-
ſcuſſum, ad theoricam *Bal.in l. recep-*
titia C. de conſtit.pecun. & tradit Vinc.
*de Franch. deciſ.*278. *num.*6. *&* 363.
*num.*14. *&* 510.*num.*8. *Anna allegat.*
102.*num.*2.

Ad quartū dicebatur, quod quā-
uis dos, & antefatum ambò pariant
intereſſe, & pcōſequēs videantur cō-
ſtituere duo capitalia, tamen negari
non poteſt, quod antefatum ſit vſura,
19 ſiue lucrum dotis, *ad tex.in d.§.bis cō-*
*ſequens Afflict.deciſ.*291.*nu.*2. *ubi Vr-*
*ſill.Chriſtof.Mart.deciſ.Senen.*75.*n.*11.
quo fit, vt creditum vſurarum cen-
ſeatur prius ſolutum, *ad tradita per*
*DD.in l.*1.*de ſolut.Ruin.conſ.*49. *col.fi.*
*uerſ.nam ſecundum, & conſ.*162.*n.*17.
*lib.*6.*Menoch.conſ.*121.*nu.*57.*Chriſtof.*
*Mart.d.deciſ.Senen.*75.*nu.*23. & pro-
bat *text. in l. in ijs uerò §. Imperator*
Antoninus, uerſ.quod generaliter conſti-
*tutum, de ſolut. & in l.*1.*in fine C.eod.*
Dominic. Gaito de credito cap. 3.*tit.*1.
*num.*82. Ratio autem non minus ele-
gans, quàm vera eſt, quandoquidem
debitor minus grauatur ſoluendo v-
ſuras; cum ſoluat id, quod non rece-
pit, ideò videtur ſibi extrahi oculos,
quod non eſt ſic in ſorte, quoniam
eam accepit, *ſecundum gloſ.ubi ſupra,*
*& Bart.num.*9.*& Angel.num.*2.

Item conſiderandum eſt, quod re
vera antefatum nō eſt debitum prin-
cipaliter, & de per ſe ſeparatum; ſed
acceſſorium ad dotem, cuius reſpe-
ctu ſoluitur; *authen. dos data, & quæ*
ibi notant DD.C.de donat.ante nupt. &

quo-

30 quotiescunque quis est debitor ex pluribus causis, quarum vna est accessoria ad aliam, tunc solutio simpliciter facta non cedit in causam grauiorem, sed prius in accessoriam, deinde in principalem, sicut in debitore pro sorte, & vsuris, quod simpliciter soluens, cedit prius solutio in causam vsurarum deinde in sortem. Et regula illa, quod solutio intelligitur facta in duriorem procedit, quando sunt plures causæ debiti æquè principales, & separatæ, non autem quando causæ sunt coniunctæ, quarum vna est accessoria ad aliam; quia tunc non debet in grauius debitum computari, ita optimè declarat *Cynus in d. l. 1. num. 3. C. de solut.* per multas rationes per eundem adductas, quem sequitur ibidem *Salicet. num. 3. Alber. 2. & 3.* & fuit opinio *glos. in l. si vsuras C. de vsuris*.

Accedat etiam ex alio constare, pecuniam solutam fuisse in causam

31 antefati: nam quantitas huius solutionis correspondet punctualiter quantitati debitæ ex illa causa, & hoc vrgentissimum inditium est solutionem fuisse factam in extinctionem illius debiti, vt post *Soccinum cons. 85. num. 11. lib. 2. Crau. Menoch. & alios tenet Christof. Mart. decis. Senen. 26. n. 7. Rota Roman. apud Ludouisium decis. 512. num. 3. & 521. num. 7.*

Rursus dicebatur non esse verum assumptum partis, quod priuilegium prælationis indultum doti *per tex. in d. §. his consequens de æqualit. dot.* procedat in dote tantum, non autem in antefato, propter illa verba: *sufficit*

32 *enim, quod à lucris cadant*, nam ille tex. mendosè legitur secũdum lectionem Holoandrinam: longè enim verior, & receptior est vulgata lectio, q; ex græco originali desumpta sic se habet: *sufficit enim quod à lucris cadãt si priora* scilicet priuilegia de quibus sermo, *ante nuptiali donatione inueniãtur*; id est, quod lucra nuptialia eo priuilegio prælationis minimè fruãtur, si posteriora sint tempore cæteris creditoribus, qui ad rem emendam mutuarunt; cum tamen secus esset si cũ creditoribus tempore posterioribus concurrerent; nam illis essent præferenda pro lucris dotalibus, & pro dotibus: ita ad oculum demonstrat esse tenendum *do. Iss. & subtiliss. Anton. Faber lib. 8. coniect. c. 11. in fin.*

Magna Curia Vicariæ ad mei relationem substinuit, priuilegium doti concessum *ex d. §. his consequens*, habere locum non solum contra creditorem, qui ad rem reficiendam mutuauit, sed etiam cuius pecunia res empta foret, cauitque sibi de speciali, expressaque hypotheca, nihil attendẽdo distinctionem, quam inter hos

33 duos casus facit *Roder. d. lib. 2. cap. 20 num. 7.* quæ vel saltim ex hoc vno manifestè conuincitur, quod nulla hypotheca legibus tributa sit ei, qui simpliciter credidit ad rem emendam, *ad tex. in l. quamuis C. de pignor.* nisi de ea specialiter cautum sit, *d. l. licet C. qui pot. in pign. hab.* quod & ipse fatetur *eod. cap. 20. nu. 3. & Barbos. in l. si cum dotem §. fin. nu. 35. solut. matrim. Anton. Faber in C. Fabr. tit. qui pot. in pign. defin. 10.* Cùm ergò prædicta Iustiniani Constitutione dos eidem præferatur, intelligi debet hoc vno casu, quo ei hypotheca quæsita est, eodemque priuilegio gaudere vsuras iuxta præfatas Supremorum Tribunaliũ decisiones, & solutionem prædictorum ducatorum 116. cessisse in causam antefati, de mense Octobris 1629.

SVMMARIVM.

1 Obligatio siuè in personam, siue in rem, tollitur per debiti numerationem

tionem, & per dationem in solutum.

2 *Actio semel extincta non potest amplius reuiuiscere, sed contra nu.3.*

4 ..*primaua non extinguitur, cum datur insolutum species pro specie, vel genus pro genere.*

5 ..*extinguitur cùm datur species pro genere, veluti res pro pecunia.*

6 Textus in l. libera quædam Teodora C. de sent. & interlocut. *expenditur.*

7 *Solutum verè, & perfectè non dicitur, quoties quantitas, vel res in solutum data euincitur.*

8 Textus in l. si prædium C. euiction. *ponderatur.*

9 *Obligationem extingui, uel cessare, & suspendi differunt inter se.*

10 ..*semel extinctam nunquam reuiuiscere.*

11 *Regressus non datur de priuatione ad habitum.*

12 *Obligationem esse extinctam, an verò suspensam, quomodo cognoscatur.*

13 Negusant. de pignor. 1. membr. 6. par. *optimè rem declarat.*

14 Textus in l. qui res 98. in princ. de solution. *quæstionem dirimit, quando censetur extincta obligatio.*

15 ..*specialiter procedit fauore dotis, sed contra num.16.*

17 *Specialitatem allegare est miserorum refugium.*

18 *Priuilegia cessant, ubi quis potest uti iure communi.*

19 Text. in l. si cum dotem §. si mulier. solut. matr. *declaratur.*

20 *Dotis causa nullam captionem admittit.*

21 Cynus in l. 1. C. si antiquior credit. *reijcitur.*

22 Text. in l. sed reuocata de iur. Fisc. & in l. si prædium C. de euiction. *declaratur.*

23 .. in l. quoties C. de præscript. verb. *explanatur.*

24 *Actio utilis datur, ubi deficit nomen actionis, non autem ubi deficit actio.*

25 Text. in l. eleganter in princip. de pignorat. action. *exponitur.*

26 *Pignus in re propria non consistit.*

27 *Protestatio non iuuat contra id, quod uenit ex iuris dispositione.*

28 Text. in l. ex extante §. Largius Latinus de excep. rei iudicat. *dilucidatur.*

29 .. in l. si quis aliam *enodatur, & num.* 30. & in l. qui res §. aream de solution.

31 *Liberi hominis aduersam fortunam, tristemque casum expectare, nec ciuile, nec naturale est.*

32 Text. in l. eius, qui §. eum & in l. deferre §. final. cum tribus sequentibus de iure fisci *adducuntur, & ponderantur, & nu.* 33.

34 Alberic. in l. eleganter de pignor. action. *refellitur.*

35 ..*actio hypothecaria secuta euictione exercetur prout per prius contra tertium possessorum.*

36 *Creditor an possit executiuè agere ex primæuis iuribus.*

Primæua

Primæua creditoris iura nunquam censeri extincta, nisi res tradita eius fiat irreuocabiliter, ideoque posse exerceri etiam contra tertium titulo possidentem.

CAPVT XXVII.



Olutione eius quod debetur, omnem perimi obligationem, vulgatũ est iuris principium, *l. nulla, l. obligationis C. de solut. instit. quib. mod. tol. oblig. in princip.* siue in personam sit
1 concepta, siue in rem, *ex Bart. in l. si quis aliam in princip. ff. de solut.* quod æquè fit per debiti numerationem, ac per rei dationẽ in solutum *ex tex. in l. item liberatur ff. quib. mod. pign. uel hypot. & in l. eleganter de pignor. actio.*

Verumtamen euenit multoties vt creditori cui Iudicis authoritate, siue debitoris voluntate solutio facta est, vel in solutũ datio, res, siue pretiũ ab alio euincitur; quo autem remedio, quàue actione succurrendum sit ei ad creditum suum consequendum, non est vndequaque constans inter nostrates: pugnare namque inter se videntur nõ tantùm *DD.* opiniones, verum etiam Consultorum, & Cæsarum responsa, ita vt arcta sit via, quæ ducit ad veritatem.

Sunt qui existiment, actionem illã competentem creditori, qui creditũ suum recepit per pecuniæ numerationem, vel rei in solutum dationem iam extinctam ex regulis superius
2 traditis; non posse amplius reuiuiscere; sed noua actione ei q̃sita ex empto, vel quanti sua interest esse experiendum *ex tex. expresso in l. eleganter de pignorat. action.* qui propriè sermonem facit de in solutum datione, ibi; *& uidetur finita esse pignoris obligatio, & à contractu priore recessum;* & rursus *in l. qui res 98. §. arcam de solution,* ibi; *in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest, & si seruus effectus sit alius uidetur esse; & in l. eius qui §. final. de iur. fisc.* ibi, *& obligationes quas adeundo confudit, non restituentur* & inferiùs *obligationes confusas non resuscitari,* & tandem *ex tex. in l. nihil interest C. de solution,* ibi, *euacuata obligationis uires reparari queunt.* Ideòq; hæc sententia placuit *Dec. cons. 449. num. 37. & Bald. cons. 123. uol. 1. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 7. nu. 71. Cepoll. cautel. 123. Bero. cons. 46. num. 10. uolum. 1. Negusant. & alijs relatis per Surd. cons. 145. per tot. & decis. 266.* vbi refert pluries decisum per Senat. Mantuanum non licere creditori, cui res in solutum data, fuit euicta exercere priorem hypothecariam actionem, multaque ibi addit *Io. Baptista Hodierna in addit. ad eandem, Felician. lib. 3 de censib. cap. 5. nu. 16* idque tenet etiam *Vinc. de Frãch. decis. 59. num. 2. Boer. decis. 332. circa finem,* & esse veriorem, & magis communem tradit *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 3. num. 17. latissimè Fab. de Anna cons. 36. & cons. 92.* vbi pluribus distinguit, sed an rectè ex inferiùs dicendis palam fiet, *Marcell. de Maur. allegat. 37. nu. 1. Marta uolo 109. nu. 4. & uoto 144.* plures adducit *Antonin. de Amat. uar. resolut. lib. 1. resol. 59. n. 9. & seq.* & nouissimè *Christof. Mart. decis. Senen. exam. 47. num. 17. & sequen.* aduertens *num. 18.* id procedere tam

tàm in datione in solutum facta à debitore, quàm à Iudice, ad quod allegat *Bald. & Tiraq.* sed rectiùs allegasset *textum in d. l. eleganter de pignor. act.* qui expresè agit de datione in solutum facta à Iudice, & esse capitalem ad casum benè aduertit *Surd. d. decis.* 266.*nu*.6.

Sed contra, quod imò euictione sequuta possit creditor, qui eam passus fuit, agere primæuis iuribus, non
3 vno iuris loco videtur comprobatū: Ecce Consultorum responsa. Primū *in l. deferre §. Papinianus cum tribus seqq. de iur. fisc.* in quorum specie debitor remanet obligatus creditori suo, integraque pignora, & fideiussores, ac si nihil soluisset. Secundum *in l. si quis aliam* 46. *de solution.* ibi, *Remanet pristina obligatio*. Tertium *in l. si cum quis §. final. de furt.* vbi actio extincta per captiuitatem exercetur per captiuū, eo reuerso. Quartum *in l. rescriptum §.* 1. *de distract. pign. in fine*, ibi, *sed in suspenso haberi liberationem*. Quintum *in l. ex sextante §. Latinus largus, de except. rei iudic.* & tandem extat Cæsaris rescriptum *in l. si prædium C. de euict.* vbi causa pignoris non dicitur mutata, si prædium pro soluto datum, alijs fuerit obligatum. Ideòque sententiam istam vti veriorem tenuit *Afflict. decis.* 16. *num*.3. dicens fuisse iudicatum per Sacrum Consilium posse creditorem exercere priorem hypothecam, euicta sibi re in solutum data, *latè Anton. Monac. dec. Bonon.* 40.*punct*.8. *Mang. de euict. q.* 144.*n*.22.*& seq. Morot. de iur. offeren. n*.33. & 35. & elegantissimè prosequitur *Gasp. Ant. Thesaur. lib*.2.*qq. forens. q*.88.*nu*.5.*& seq.*

Hanc dissonantiam vt euitēt *DD.*
4 talem constituunt distinctionem: vt aliud sit, quando in solutum datur species pro specie, genus pro genere, veluti pecunia pro pecunia, vinū pro vino, siue quantitas pro specie, aliud verò si detur species pro quantitate: nā priori casu cēsetur celebratus cōtractus permutationis, cuius natura est, vt permutās teneatur præcisè ad transferendū dominiū, *l*.1.*de rer. permut.* vnde ex sola traditione nō satisfit, si res tradita fuerit euicta, vt bene loquitur *Surd. decis*.173.*post Bald. cōs*. 296.*lib*.2.*& Becc. cons*.83.*nu*.7. Ideòque non extingui primæua iura, sed semper salua remanent, vt tradunt *Bart. & alij in l. libera C. de sent. & interlocut. Boer. decis*.337.*num*.1. Ratio est, quia contractus non dicitur perfectus, & adimpletus vndequaque.
5 Posteriore verò casu, cum datur species ꝓ genere, seu, vt clariùs loquar, res pro pecunia, censetur celebratus contractus venditionis, *l. fin. de bon. author. iudic. possiden.* & dicitur perfectus eò ipso, quod res traditur, cum nec emptorem dominū teneatur facere vēditor, *l. emptorē ff. de act. empt.* ideòque ad aliquid amplius non tenetur, nisi de euictione. Vnde cōsequtur priorē obligationē esse extinctā,
6 & dissolutā, quę distinctio probari videtur *ex tex. in l. libera quidē Theodora C. de sent. & interlocut.* in quo species ꝓponitur de ea, quæ vti ancilla vēdita est, vel in solutū data creditori, & deinde libera ꝓnūciata est: rescribūt Cęsares, ꝙ si cōtractus fuit vēditionis, aget emptor noua euictionis actione contra suū authorē ad creditū suū cōsequēdū: sin autē datio fuit in solutū, sua primęua actione vtetur, quasi diceret, primo casu priorē actionē esse extinctā, posteriore verò nequaquā, vt declarat *Glos. ibid. verb. nō prohibēs*, cuius fuit originalis distinctio hæc, *in l. si prediū C. de euiction.* eáque ꝓbauerūt doctissimè suo more *Surd. cons*.145.*n*.34. *& seq. lib*.1.*& dec*.266. *n*.6.*Christof. Mar. dec. Senen. exam*.47. *n*.27.*& seq.* & esse verā, & cōmunem

tradit *Castillo Siculus dec.5.n.3. & 4.*
Marcell.de Mauro alleg.37.nu.1. & 2.
Ant.Faber in C.fabr.tit.de sol.deff.49.
in prin.Fontan.de pact.nuptial.claus.5.
glos.8.p.14.n.85.& seq.

Ex eaq; hāc conclusionē colligũt,
vt quoties dominiũ nō quæritur cre-
ditori in solutũ rē recipiēti irreuoca-
biliter, nũquā cēseantur extincta pri-
mæua iura,& sēper posse ijs vti,vt po
tè cũ euincitur res in solutũ data, vel
7 cōdicitur quātitates solutæ, quo ca-
su nō dicitur verè,& pfectè solutũ, *l.*
qui concubinā §.si hæres de leg.3.& cō-
siderat *Vinc.de Frāch.d.dec.50.n.6.*di-
cēs sic fuisse decisũ per S.C.vbi verò
taliter soluitur, vel in solutũ datur, vt
totaliter res fiat accipiētis, nec ab eo
reuocari possit, tũc sint extincta pri-
mæua iura, nec ad ea sit regressus,
Bart.Alex.& alij,quos sequitur Afflict.
dec.8.nu.1.& Gasp.Thesaur.d.lib.2.q.
88.n.5.in fin.Camil.de Medic.cōs.86.
n.2.3.& 4.Māgil.de euict.q.144.n.22.
& seq.Cost.de rat.rata q.2:7.nu.2.Ti-
raq.de retract.lignag.§.1.glos.7.n.70.

Sed licet illatio hæc vera sit,nō ta-
mē descēdit à distinctione illa pmu-
tationis,seu dationis in solutũ, & vē-
ditionis; nā hæc expressè repugnat
8 *textui in l.si prædium C.de euict.*vbi ex
eo dicitur per dationē in solutũ cau-
sā pignoris nō fuisse mutatā:eo q par
sit natura cōtractus emptionis,& da-
tionis in solutũ:nā, subdit *Imperator,*
huiusmodi cōtractũ vicē vēditionis ob-
tinere;ideòq; vtilē priorē cōpetere actio-
*nē,*idest efficacē,vt inferius dicemus,
nō ergò substineri potest distinctio il-
la inter contractũ venditionis, & da-
tionis in solutũ desũpta *ex tex.in d.l.*
libera C.de sent. & interlocut. ideo-
que eam doctissimè reprobat *An-*
ton.Faber.post hæc scripta visus de err.
*Pragm.decad.100.error.7.*vidēdus om
ninò ad totius q̃stionis dilucidationē

Quid ergò dicendũ?ipse rē sic cō-
9 prehendo. Aliud quidē esse extingui
obligationē,aliud cessare, & suspēdi:
horũ nāque terminorũ maximum est
inter se discrimen, prout innuit Cō-
sultus *in d.l. qui res §. areā de solution.*
ibi,*vt videatur magis obligatio cessare,*
quā extincta esse, ibidēque notat cō-
munis pceptor *Bar.*& de vno ad aliũ
nō rectè desumi argumentũ aduertit
Negus.de pign.1.memb.6.p.nu.45. Cũ
etenim damus extinctā esse obligatio
nē,defendi nō potest, quod vllo casu
10 reuiuiscat, idq; satis apertè demon-
strat Cōsultus *in d.l. qui res §. areā de*
*solution.*ibi, *in perpetuũ .n. sublata obli-*
gatio restitui non potest; & Imperator
*Alex.in d.l.nihil interest C. de solut.*ibi,
euacuatæ obligationis vires reparari
queunt. Quod magis confirmatur ex
eo philosophiæ principio, non posse
11 de priuatione ad habitũ dari regres-
sũ,*l.furti,vers.non retro de his qui not.*
infam. c.quæris de cōsecr.dist.4. Iasō in
l.1.num.13.de re iudic.

Tota ergò difficultas in eo stat,vtrũ
extincta sit obligatio, an verò suspen-
sa, & exercitiũ actionis dilatum. Ad
hoc generaliter cōstituēdũ est,quod
vbicunq; obligatio eo cōtrahēdi ge-
12 nere nouatur, vt non sit rectè præsu-
mendũ eũ cuius interest, à priori a-
ctione recessisse, nũquā cēseātur ex-
tincta primęua iura,q̃dquid sibi solua
tur, vel in solutũ detur, aut permute-
tur; sed interim quo ipse rem possi-
det,nec super ea molestiam aliquam
patitur,cessare suā actionem,& esse in
suspēso exercitiũ ipsius donec re ipsa
pacificè fruatur;sic nāq; expsè loqui
tur *Cōsul.in l.rescriptũ §.1.in fine de di-*
*stract.pign.*ibi, *quod si non ita vēdidit,*
vt certum sit omnimodò apud eũ pretiũ
remāsurũ, verũ obligatus est ad id resti-
tuēdũ,arbitror interim quidē nihil à de-
bitore peti posse,sed in suspēso haberi libe
*rationē.*At si verosimiliter,& boni viri
arbitratu credēdũ sit, ipsũ voluisse à

priori

priori actione recedere, & noua contentum esse, quod fieri nequit nisi dominus rei irreuocabiliter sit factus, tunc equidem illa extincta sit omnino, ita vt amplius non possit ea uti, vt perbellè ratiocinatur *Camill. de Medic. d. consf. 86. num.* 7. post hæc scripta visus.

Hinc subtilissimus Anton. Faber in d. Cod. Fabrian. tit. de solut. def. 49. prætermissis superioribus *DD.* distinctionibus, generaliter cõstituit, sẽ p veteri actione agi posse, & p̃sertim hypothecaria, siue ad agẽdũ, siue ad excipiendũ quotiescũq; res, quę p soluto datur, euicta fuerit, eoquod nũquã p soluto habẽdum sit id, quod ex quacunque causa euincitur, & rursus *de error. pragm. decad.* 100. *error.* 7. *sequitur Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 759. *nu.* 8.

Huius doctrinę doctissimè suo more *Anton. Negusant. loco proximè cit.*

13 *num.* 42. exemplum ponit in creditore, qui pignus vendidit, & emptori euictionem promisit, vt non censeatur primus debitor ab obligatione liberatus, eo quod taliter vendidit vt ipse suo iure creditoris non totaliter vti posit, obstante euictione promissa: vnde concludit, quod si pro ea molestiã patiatur, posit pro suo credito consequendo veterem pignoratitiam contrariam intendere contra suum debitorẽ, vt declarat *Paul. de Castr. in l. si pignore §. final. vers. nunc oppono de pignorat. act.* eo quod actio nõ sit extincta, sed eius effectus tantum in suspenso, & pendenti, & subdit hæc verba. *Quia obligatio debitoris semel nata fuit, & propter periculum euictionis promissæ per creditorẽ vendentem pignus, illa obligatio, siue liberatio ab illa dicitur esse in suspenso, respectu tamẽ exactionis, quia licet obligatio duret, tamen interim pendente dubio euictionis, nihil à debitore exigi potest, sed exactio differtur in euentum futuræ euictionis. Hac Negus.* quẽ sequitur *Christof. Mart. d. exam.* 47. *nu.* 33.

Sed quidem miror valdè, quomo-

14 do ad hanc probãdam assertionem, non allegat *text.* synodalem, ex quo mirabiliter desumitur, *Paulus enim in d. l. qui res* 98. *in princ. de solut.* eam proponit speciem; vt si pater rem alteri obligatã dotis filiæ nomine genero in solutum dederit, quæ posteã euincatur, respõdet primęua de dote actione generum experiri posse: exemplo eius, qui statuliberum, vel rem sub conditione legatam dotis nomine dederit. Sẽtit ergò actionem ex stipulatu ex promissione dotis genero quæsitam, nunquam fuisse extinctam per eam dationem in solutum, quæ rem ipsam penès accipientem remanere non facit irreuocabiliter, vnde liberatio cõtingere non potest: subditque elegantissimam ad propositum rationem per hæc verba. *harum enim rerum solutio non potest nisi ex euentu liberare, scilicet quo casu certum erit remanere eas.*

Sed dices prouisionem huius *text.*

15 esse specialiter factam fauore dotis, vt notarunt *Glos. ibidem, & Bart. in prim. notab. Alex. & Paul. de Castr. num.* 1. *vbi Angel.* dicit, quod ex eo limitantur omnia iura mundi, *Bald. cons.* 322. *vol.* 1. *in fine, Surd. cons.* 145. *num.* 32. *Bald. Nouell. in tract. de dote par.* 8. *priuileg.* 18. 19. & 20. cum alijs ad hoc coaceruatis *per Castill. d. decis.* 5. *num.* 7. & *seq. Barbos. in l. æstimatis num.* 20. *sol. matrim. Gaspar. Thesaur. lib.* 2. *qq. forens. cap.* 88. *n.* 12. *Gratian. d. cap.* 759. *num.* 7. *Anton. Monac. dec. Bonon.* 40. *punct.* 8. *nu.* 16. & 19. *Fab. de Anna cons.* 90. *nu.* 11. *Anton. Faber. in Cod. Fabr. d. tit. de solut. def.* 49. *Camill. de Rattha cons.* 38. *numer.* 51. *Regens de Ponte consil.* 92. *numer.* 2. *Fontanell. de pact. nup. d. claus.* 5. *glos.* 8.

par.14. num.85. & seq. & Christof. Martius d.exam.47.num.25. idque videtur comprobatum *ex tex.in l. si cum dotem §. si mulier il primo solut. matrim.*

Respondeo nullum quidem ver-
16 bum *in eo text.* contineri (ni fallor) quod eam specialitatem inducere posit, imò regulam generalem inibi constitui manifestè conuincitur, tùm ex exemplis, quibus vtitur Cõsultus ad illius cõfirmationem, ibi, *ac si statuliberum &c.* tũ etiã ex ratione decidendi, quæ adeò generalis est vt vix alia generalior excogitari possit: quod negare nõ potuit *Anton. Faber d.diff.49 num.17,* lariuíque defendit *d.decad.100.error.7.* ibi, *Harum enim rerum solutio &c.*

Qua generali locutione fit necessario vt decisio non sit ad speciali-
17 tatem trahenda, quæ solet esse miserorum refugium ad *tex.in l.filium, quem habẽtem, vbi glos.C.famil.hercis.* & satis ad propositum notat *Surd.*
18 *decis. 317. num 20.* Nec enim dos necesse habet hoc priuilegio, cum possit iure communi vti, *ad text. in l. 1.C. de thesaur, lib. 10.* ex rectissimè traditis per *Albam cons. 12. num. 12,* quod etiam extra causam dotis, vbi acquisitio non est perfecta & irreuocabilis, nunquam actio censetur extincta, quia perinde est ac si solutum non esset, *d.l.qui concubinam §.si hares de leg. 3.* Vnde nec rectè desumitur
19 argumentum *ex text.d.l.si cum dotem §. si mulier,* eo præsertim quia mulier inibi fuit decepta, & ex contractu fraudulento non debuerat contrahẽs commodum liberationis reportare, contra regulam *text. in l. iure succursum §.si 1, de iur. dot.* vbi præscribitur
20 in causa dotis nullam captionem admitti, prout respondet *Barbos.in l.æstimatis num. 12. solut. matrim.*

Sit ergò cõclusio, quod vbicunq; per actum nouiter gestum à contrahentibus, siue sit emptionis, & venditionis, siue permutationis, siue dationis in solutum liberationem omnimodam non consequitur debitor, quia res tradita non omninò facta est accipientis, semper primæua iura integra remanent, & exerceri possunt quandocunque ipsius interterit.

Vnde infertur non esse securum assumptum illud, quod verissimum in iure putat *Dominus Regens Rouit.in rub de instrum. liquidat. num.42. ex*
21 *Cyno in l.1. vers.ego dicebam C.si antiq.credit.* quem sequitur *Alberic. ibidem,* vt scilicet etiam ijs casibus in quibus secuta euictione non est sublata prima actio, poterit creditor illã exercere, non tamen directam, quæ remanet penitus extincta, sed vtilem tantùm; etenim distinctio hæc directæ, & vtilis actionis gratis *per Cynum* asseritur, cum non sit hoc casu necessaria, nec est cur actione directa priuetur creditor, vbi concedimus iura primæua non esse extincta. Nec rursus eadem colligitur *ex iuribus ibid.*
22 *per Dom.Regent.Rouit.allegatis* ad ipsius confirmationem, nempè *ex tex. in d.l.sed reuocata ff.de iur.fisc.& in l.si prædium C.de euict.* nam illa verba, *vtilis actio dabitur;* hunc sensum habent, vt actio illa directa, quæ nũquã fuit extincta, sed tamen ante secutam euictionem inutilis, & inefficax erat, eo quod exerceri non poterat, vt initio præfati sumus, secuta iam euictione, siue pecuniæ reuocatione, efficaciter, & vtiliter exerceri posit: quam interpetrationem innuit *glos.in d.l.sed reuocata in verb. vtilis,* & mirè conuenit ijsdem iuribus.

Sed adhuc instabis, ad quid ergo prodita est actio vtilis ad differentiã directæ, de qua *in l. quoties ff. de præscript.verb.* quod notat *Dominus Regens Rouit.ibidem num. 44.* etenim si

vera

vera est interpretatio hæc, videtur omninò recedi à verborum proprietate, & nunquam posse dari casum in quo vtilis actio exerceatur.

Respōdeo vtilem illam actionem,
23 de qua *in d. l. quoties* tunc dari, vbi contractus proprium nomen non habet, ideòque nec actio certa prodita est, cum tamen necesse sit aliquam ex eo dari: ad quod est proditum nomen generale vtilis actionis: sunt termini *text. in l. 1. 2. 3. & 4. de præscript. verb.* ibi, *nam cum deficiant vulgaria, atque vsitata actionum nomina, præscriptis verbis* (idest *in factum, vt exponit Glos. in d. l. quoties verb. vtilis actio) agendum est.*

24 Non ergò vbi actio sed vbi nomē actionis deficit datur vtilis: cū enim contractus certum habet nomen, ex eoque certa, & directa competat actio, prout in specie *d. l. si prædium & d. l. sed reuocata*, non est ad actionem vtilem recurrendum, quia non deficit actio vbi contractus certum nomen habet, sed vtilitas, siue exercitiū illius, quæ iam cessauerat, secuta euictione ad pristinum reuocatur, & hęc interpretatio nil violat verborū proprietatem.

His sic præhabitis, facilè erit intelligere, quid sibi velint iura pro v-
25 traque parte allegata, *& primò tex. in l. eleganter in principio de pignor. act.* dum ait quod secuta euictione rei in solutum datæ, videtur à priori obligatione recessum. nam vera resolutio est, quod in casu illo per impetrationem dominij factam à Cæsare, videtur id à creditore actum, vt debitor sit omninò liberatus à priori obligatione, quod ex vi propriæ pactionis resultat, *ad text. in l. soluitur quib. mod. pign. vel hypothec. cum con-*
26 *cord.* nec enim poterat simul dominū fieri, & creditorem remanere, quia hæc duo pugnant inter se, *l. neque pignus de regul. iur.* ita vt nec expressa
27 protestatio non recedendi à prioribus iuribus iuuaret, quia hæc nihil releuat contra id, quod venit ex iuris dispositione, *cap. cum M. de constit.* tenent *DD. in l. non solum §. morte de nou. oper. nunc. Surdus cons. 385. nu. 18. lib. 3. Mascard. conclus. 1111. num. 23. Castillo Sicul. dec. 17. n. 26. & 27.* & sic intelligitur *text. ille*, vt colligitur *ex glos. ibidem verb. pro soluto*: & huic interpretationi se subscribit *Camill. de Medic. d. cons. 86. nu. 5.* Cui non obstat *tex. in l. ex sextante §. Largius latinus de exc. rei iudic.* nam eadem *glos. ibidem*
28 *in verb. finita*, benè respondet in illius specie, creditorem non fuisse factum dominum; quia non fuit tradita res tanquam propria sui debitoris, sed tanquam alterius, vnde non videtur renunciasse prioribus iuribus, & mutare suam causam, qui in rei dominio errauit, *l. 3. §. subtilius de cōdict. caus. dat.* quæ est vera resolutio ad illū *tex.* quidqd aliter sentiat *Surd. d. decis.*
29 *266. n. 6.* quē sequitur *Mastrill. dec. 120. n. 7.* Sic ergo intelligitur *tex. in d. l. si quis aliā 46. de solut.* nā ibi tali lege accepta fuit res in solutum, vt nisi totaliter fiat accipientis, à pristina obligatione non intelligatur recessum, ibi, *Tunc ergò res pro re soluta liberationem præstat, cum pro solido facta est suscipientis*; & subdit *glos. ibid. verb. pro solido; nā non recessit ab obligatione, nisi fretus hac acquisitione*, quā interpretationē probat *Mastrill. d. dec. 120. n. 4.*

Et pariter intelligitur *text. in d. l. qui res §. aream*, ibi, *in perpetuum, &c.*
30 eo quod manumissione facta à dño serui alieni, extinguitur in perpetuum obligatio illum præstandi, etiam si in seruitutem reincidat; quia tunc alius homo est: *nec rursus ciuile, vel naturale sit tristem casum, aduersamq; se fortunam liberi hominis expectare*, vt eleganter in eadem specie loquitur *Vlp.*

in l.

in l. inter stipulantem 83. §. *sacram vers. homo liber de verb. obligat.* Vnde in cæteris exemplis propositis per Consult. in eisdem iuribus, cum non sit extincta, sed cessauerit tantum prima obligatio, meritò prima actione agi poterit.

32 Et ad *text. in l. eius qui* §. *cum de iur. fisc.* dum notatur, quod hæredi, cui hæreditas à Fisco ablata est, nō restituuntur priores obligationes, respōdetur, hoc non mirum: nam proprio suo facto obligationes extinctæ sunt, & confusæ, eaque mente adijt, vt ex creditore dominus, & hæres fieret. At difficilis videtur explicatio *ad text. in l. deferre* §. *fin. de iur. Fisc.* vbi creditori, cui data fuit in solutū quātitas, quæ postea per Fiscum euincitur, competit pro ablata quantitate prima actio directa.

33 Sed respondetur rectè competere directam, quia hæc nunquam fuit extincta: cōtractus enim ille, siue datio in solutum gestus in fraudem Fisci, nullus fuit, & omnia ex eo gesta, tanquam nulla, & irrita reuocantur, *ad text. in l. in fraudem eod. tit.* sicut ergò specialiter Fisco prouisum fuit, vt qui pecuniam sciens in fraudem ipsius suscepit, non tantùm susceptā, sed aliud tātūdē restituere cogatur *ad tex. in l. aufertur* §. 1. *eod. tit.* sic etiā fauore ipsius inductum est, vt qui ignorans Fisco debitam pecuniam receperit; suam non faciat, quamuis bona fide consumeret, eamque restituere cogatur, *ad text. in l. pecunia C. de priuileg. Fisc. & notat Couarr. pract. quæst. cap.* 29. *in princip. Surd. cons.* 4. *num.* 26. & 48. *exornatque Guttier. pract. qq. lib.* 5. *q.* 100. Cùm ergò contractus non subsistat: meritò priora iura cōpetūt, & quidem directa, quia nunquam extincta fuerunt.

Nec admittenda videtur interpretatio, quam ad *text. in d. l. deferre* §. *fi.* adducit *Dominus Regens Rouit. in d. rub. de instrum. liquid. num.* 47. dum vult verba illa, quæ de directa actione agunt, referri debere ad eam, quæ competit Fisco prò consequutione residui sortis principalis, applicata quantitate à creditore reuocata in causam vsurarum: nam præterquam in eo *tex.* nullibi de vsuris sermo sit, vnde videtur aliquantulū violare literam ipsius: nihilominus assertio hæc cōtradicit ex diametro *text.* immediatè sequenti his verbis concepto, *Denique non esse præstandas vsuras, cum pecunia reuocatur, conuenit, quoniā res, non persona conuenitur*, & expressius *in l. pecunia C. de priuileg. Fisc.* Rē igitur cautius perpendendam in occurrenti censeo propter authoritatē tanti Iureconsulti, & communis præceptoris, semper apud omnes veneratione, & admiratu dignam.

His omnibus in consequentiam
34 venit, non posse substineri traditionē *Alberic. in d. l. eleganter de pignor. actio.* scilicet durare primæuum ius pignoris non in re, quæ in solutum data est, sed in alijs bonis debitoris. Vnde videtur consequi, non posse priorem hypothecam exerceri cōtra tertium possessorem, vt placuit *Bart. in d. l. eleganter*, & *in l. si quis aliam*, vbi tenet, eā non reuiuiscere in præiudicium tertij possessoris, nullumque hoc casu remedium competere debitori dicit *Cepoll. caut.* 123. *Surd. decis.* 268. & *d. cons.* 145. *Gabr. cōs.* 10. *n.* 2. *Berous cōs.*
35 46. *n.* 10. *lib.* 1. Nā quod imò hypothecaria secuta euictione exerceatur prout per prius contra tertium titulo possidentem, decisum fuit per Mag. Cur. Vicariæ, & Sac. Cons. teste *Afflict. d. dec.* 16. quem sequitur *Morot. d. tract. de iur. offeren. n.* 33. & 35. *Cuiacius lib.* 19. *obseruat. cap.* 38. & ita censuisse Senatum Pedamontanum, dicit *Gaspar. Thesaur. d. q.* 88. *nu.* 11.

qui

qui tamen *numeris sequentibus* dupliciter limitat hanc illationem, scilicet excusso prius debitore, qui rem in solutum dedit, & nisi tertius bona fide per decennium possederit inter præsentes *Caualcan. decis. 27. numer. 26. par. 2.*

Ex quibus dicebatur, non esse necessariam in præsenti quæstione distinctionem illam, quam communiter faciunt *Pragmatici nostri*, quos coaceruat *Hodierna in addit. ad Surd. d. dec. 266. num. 13.* an creditor reseruauerit sibi priora iura, vel nõ: nam si extincta sunt, non est quid reseruetur; si autem adhuc durant, necessaria non est reseruatio.

Ex his me referente in Mag. Cur. Vicariæ fuit præstita assistentia heredibus quond. Ioannis Antonij de Iuliano creditoribus Petri de Astutis super quodam rure possesso per Felicem de Magistro tertium possessorem post auocatam ipsis possessionẽ cuiusdam annui cẽsus in solutum dati: retulitque mihi ad sui relationem confirmatum fuisse per Sacr. Consil. re sollemniter discussa *quond. Regius Consiliarius D. Franciscus Salgado.*

An autem executiuè possit ex primæuis iuribus agi, vt potè via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ super tenore instrumenti, affirmatiuè decisum refert *Castillo d. decis. 5. num. 51. vers. quoad secundum*, sed cum casus se offert, maturiùs rem considerabis: nam negari non potest priorem obligationem, seu instrumentum, ex quo resultat via executiua, esse iam taliter vulneratum, vt extrinseca probatione necesse habeat, vt bene aduertit *Castillo ibidem nu. 59.* vide tamen aliqua *per Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 5. glos. 8. par. 14. num. 85.*

SVMMARIVM.

1 *VSufructũ bonorum dotalium retines pater eius vita durante post mortem filiorum.*
2 *Vsuræ dotales debentur marito à die contracti matrimonij.*
3 Matrimonij *contractus vltro citroque obligatorius.*
4 *Mora irregularis qualiter contrahatur.*
5 *Vsuras medij temporis tenetur soluere qui est in mora soluendi sortem.*
6 *Vsuræ dotales debentur marito præsertim vbi mulier se ipsam dotauit.*
7 Textus in l. vir vsuras ff. de donat. inter vir. & vxor. *declaratur.*
8 *Vsurarum remissio non potest desumi nisi ex actu, qui petitioni earum repugnet.*
9 *Remissio vsurarum non præsumitur, vbi superexistunt filij.*
10 *Vsuræ dotales censentur remissæ per receptionem sortis principalis absque protestatione.*
11 *.. quædam debentur iure actionis, quædam verò officio Iudicis.*
12 *.. debita officio Iudicis dicuntur accessoria ad sortem.*
13 *.. debita iure actionis sunt quid distinctum, & separatum à sorte principali.*
14 *.. dotales debentur marito tanquam alimenta dotis non soluta.*
15 *Alimenta debentur simplici Iudicis officio.*
16 *Iudicis officium conquiescit sublata principali actione.*
17 *Vsuræ dotales censentur remissæ etiã si maritus reseruauerit ius petendi eas.*
18 *Reseruatio non conseruat id, quod est accessorium ad aliquid, sublato principali.*
19 *.. non impedit remissionem eius, quod ex iuris necessitate remissum cẽsetur.*
20 Magon. decis. Florent. 83. *reprobatur.*

21. Tex.

21 Text.in l. si marito §. si fundum solut.matrim. *declaratur.*
22 *Vsura debita vigore legis, vel consuetudinis dicuntur deberi iure actionis.*
23 Decisio Gramat.74. *declaratur.*

De vsuris, seu interesse dotium, quod censeatur à marito remissum per receptionem sortis principalis absque protestatione.

CAPVT XXVIII.



Cum nuptui se traderet Isabella Santoro V.I.D. Ioãni Angelo Aceto terræ Pitij Prouinciæ Calabriæ Vltra, constituit ei dotẽ ducatorum 3500.consequendam vigore legati ab hæredibus quond.Abbatis Pauli de Amettis eius patrui: tali quidem pacto, vt si cõtingeret distrahi coniugium sine filijs legitimis, vel cum ipsis, decedentibus tamẽ in pupillari ætate, vel post quandocunque ab intestato, dos prædicta rediret ad hæredes dictæ Isabellæ semetipsam dotantis, pleno iure, integrè, absque successione, deductione, seu diminutione vlla, etiam iure legitimæ, seu Trebellianicę: quod quidem pactum est ad instar illius, quod frequentissimè geritur inter Nobiles in hac fidelissima Neapolis Vrbe, diciturque vulgariter *secundum morem Capuana, & Nidi*, de cuius viribus latè agunt *Napodan.& Addentes ad ipsum in consuet. si quis, vel si qua.* Et dum pro consequutione ipsarum dotium ageret maritus, se ie oppofuerunt hęredes ipsius Pauli, prætendentes, non potuisse ipsum de tota illa summa disponere. Cumqùe inter partes per non nullos menses disceptatum esset super his: tandem ad transactionem deuentum est, in qua solutis ducatis 2650. ipse Ioãnes Angelus quietauit hæredes supradicti Pauli in amplissima forma ab omnibus prætensis pro supradicta causa.

Dissoluto post non nullos annos consortio per obitum vxoris, superstite Catarinella de Acetis communi filia: eaque postmodum in pupillari ętate defuncta, factus est casus restitutionis dotium Elisabettæ, & Lucretiæ Santoro sororibus, & hæredibus Isabellæ vigore pacti præfati. Egerunt ipsæ in Curia illa, petentes condemnari maritum ad restituendum, & relaxandum bona ipsa dotalia. Sed maritus eas reconuenit super nõ nullis, & præcipuè pro interesse dotium non solutarum toto tempore, quo lis acta fuit, super qua postea fuit transactum, vt prædiximus. Item
1 pro vsufructu dotis, eius vita durante ex persona Catarinellæ, *ex reg. tex. in l. fin. circa fin. C. ad Tertullian.* super quibus fuit diffinitiuè iudicatum per illam Curiam, condemnando Ioannem Angelum ad restitutionem & relaxationem corporum dotalium: nec nõ absoluendo conuentos à prędictis capitibus interesse dotiũ, & vsusfructus. At interposita appellatione pro parte ipsius Ioannis Angeli ad Magnam Curiam Vicariæ, fuit validè disceptatum de iustitia illius sententiæ quoad illa duo capita.

Quoad primum. Dicebat mari-
2 tus, tam clarum, quàm receptum esse in

in iure, sibi non traditæ dotis vsuras
deberi à die cõtracti matrimonij ab-
sque vlla petitione, seu interpellatio-
3 ne, præsertim si nullam ipse dilatio-
tionem dederit soluendæ dotis; est
namque contractus matrimonij vl-
trò citròque obligatorius: ex eoque
obligatur maritus ad ipsius onera
substinenda, vxor autem ad traden-
dum res dotales, ex quarum fructi-
bus onera supportentur; quod æquũ
esse dicit *Vlpian. in l. dotis fructus de*
iur. dot. Inde fit, vt vterque scilicet
tam vir, quàm vxor videantur con-
stitui in ea mora, quæ irregularis di-
4 citur, seu ficta, *vt in l. 2. in princ. C. de*
vsur. contrahiturque absque inter-
pellatione per non adimplentem,
quoties alter adimplet contractum
ex parte sua, succedente æquitatis
regula tradita à *Consulto in l. Iulianus*
§. ex vendito de act. empt. & in l. cu-
rabit C. eodem titul. vt qui est in mo-
5 ra soluendi sortem, teneatur ad v-
suras medij temporis: sic namque
discurrit *Bartol. in l. de diuisione nu-*
mer. 3. solut. matrimon. & ibi com-
muniter eum sequuntur DD. quos re-
censet Surd. de aliment. titul. 1. quæst.
42. numer. 132. & Barbos. in dicta
l. de diuisione numer. 9. Palac. Ruuius
in cap. per vestras capit. 1. §. 8. de
donat. inter. Afflict. decis. 284. Rode-
ric. de annu. reddit. libr. 3. quæst. 7.
numer. 42. & infinitos ad hoc alle-
gat *Giurba decis. 72. num. 1. & alios*
Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus.
6. glos. 2. part. 6. numer. 3. 4. 5. & 6.
Gratian. disceptat. forens. tom. 4. cap.
759. numer. 19. Rot. Roman. decis.
471. inter collect. per Farinac. par. 1.
& rursus in opere posthumo *decis.*
428. numer. 1. tom. 1. eam conclu-
sionem genericè intelligentes, nul-
lo cognito discrimine, an dos sit pro-
missa filiæ, vel nepti, vel cuicun-
que alteri mulieri extraneæ, contra
sententiam *Couarruuiæ, & aliorum,*
6 præsertim *Magonij decis. Florent. 83.*
numer. 2. Idque si ne dubio proce-
dere, vbi mulier se ipsam dotauit,
decreuit *Senat. Subaudiensis in C.*
Fabrian. titul. de dot. promiss. definit.
6. & titul. de iur. dot. definit. 22. & te-
net Surd. loco cit. nu. 138. vers. declara.

Nec refert, an dos sit promissa cũ
præfinitione temporis, vel sine: nã v-
troque casu cõtracta mora regulari,
vel irregulari, secundum distinctionẽ
traditam per *DD. in l. magnam C. de*
contrahen. stipulat. debentur vsuræ,
prout latius tradunt *DD. in d. l. de*
diuisione, & ibi Barbos. ff. solut. ma-
trimon. Fontanell. loco cit. num. 9. &
Surd. ibidem.

Et si dicatur huiusmodi vsuras pe-
ti omissas toto contracti matrimonij
tempore censeri remissas, & dona-
7 tas, ex traditis per *Consultum in l.*
vir vsuras ff. de donat. inter vir. & v-
xor. quem ad id expressum putant
Bald. Alexand. & alij relati per Al-
ciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt.
32. numer. 4. & Menoch. eodem tra-
ctat. lib. 3. præsumpt. 25. nam (omis-
sis interpretationibus ad eum *text.*
positis *per Glos. ibidem, Salicet. &*
Angel. relatos per Beroum consil. 52.
numer. 25. lib. 2. Barbos. in l. quæ dotis
num. 49. & 50. solut. matrim. Peregr.
consil. 74. numer. 10. & 11. lib. 3. Surd.
consil. 290. numer. 51. Ossasc. decis. 132.
& alios per Christof. Mart. decis. Se-
nens. 60. num. 14. cum sequen. vbi latè
agit de eius intellectu) veritas est,
regulam traditam ibi *per I. C.* veram
esse in casu tantùm inibi posito, idest,
vbi coniugium dissoluitur per mor-
tem viri: imò addit *Facchin. contro-*
uers. iur. lib. 3. cap. 103. vbi concur-
runt cætera in eo textu posita, idest,
si alimenta fuerunt per virum præsti-
ta toto tempore constantis matrimo-
nij: si dos fuit ab ipso prælegata, &

si donationes fideicommissi verbis fuerint confirmatæ: hoc inquam casu quis non videt contineri manifestam coniecturam remissionis vsurarum, vt potè quod de eis mentionem non fecerit testator, cum potuerit?

At certum est, hanc præsumptionem cessare, cum vxor præmortua est, & vir vsuras petit: huiusmodi nāque remissio fundatur in coniectu-
8 rata viri voluntate: coniecturæ autem desumi non possunt nisi ex aliquo actu positiuo, qui vsurarum petitioni repugnet, cuiusmodi sunt enumerati in eo textu, quod rectè considerauit *Facchin. loco cit.* cum verò matrimonium dissoluitur per mortem vxoris, nullus actus considerari potest remissioni consentaneus, quin potius illi contrarius, qualis est vsurarum petitio, & sic cessabit omninò obiectum cognita euidenti rationis disparitate, quam præ cæteris assignauit doctissimè *Aluar. Valasc. consult. 84. per tot.* subdens huiusmodi explicationem, *ad text. in d. l. vir vsuras* non nullis Iudicibus placuisse: eamque sequitur *Fontanel. loco cit. num. 33.* & mordicus defendit *Surd. de aliment. titul. primo quæst. 42. numer. 111. & sequent. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. numer. 6. Cancer. var. resol. lib. 1. c. 9. n. 97. cum alijs relatis per Ramon. consil. 82. num. 5.*

9 Cessabit quoque remissionis præsumptio ex superexistentia filiorum *ad reg. text. in l. si vnquam C. de reuocand. donat.* prout ita tenet, & decisum refert *Ioannes Baptista Lupus in tractat. de vsur. comment. primo §. 4. numer. 83. Aluar. Valasc. loco cit. circa finem*, & magnam esse hanc limitationem, per quam multæ euitarentur amaritudines, dicit *Fontanell. loco cit. num. 32.* eamque probauit *Christof. Mart. decis. Senen. 60. nu. 27.*

Sed pro parte hæredū quon. Isabellæ Sātoro dicebatur, nō negari assūpta pdicta, q scilicet cōtrahatur mora irregularis in cōtractu matrimonij, eo ipso q maritus substinet onera ipsius, & pinde debeātur vsuræ seu interesse dotis, & quod illę nō censeātur remissæ ex sola mariti taciturnitate, vbi matrimoniū dissoluitur morte vxoris, quoniā re vera hic est verus, & germanus intellectus *ad tex. in d. l. vir vsuras*.

Sed difficultas in pposito est, vtrū cēseātur remissę, vbi vltra taciturnita-
10 tē petēdi vsuras, cōcurrat etiā receptio sortis principalis absq; vlla reseruatione, seu ptestatione, cuiusmodi est casus noster, in quo, qdē affirmandū esse dicebatur, omninò cēseri remissas: idq; palā fieri ex eo pcipuè, q certū sit, omnē vsurā, seu interesse de-
11 beri vel iure actionis, videlicet, qu ādo pacto cōuentū est de eo inter partes, vel officio Iudicis, q principali cōtractui deseruit, vbi nulla interuenit de his stipulatio, sed tamē Iudex æqtate suggerēte, vsuras pmittit, *ad tex. in l. cum rabis C. de action. emp. cū cōcord.* Vnde fit, q vbi iure actionis debētur vsuræ dotales, quia à principio cōuentū est, vt certū quid singulis annis soluatur marito p eis, donec dos cōstituta p soluatur (quod fieri posse nō est ambigēdū, ad tradita *per DD. in c. salubriter de vsur.* & quos lata manu cōgerit *Surd. de alim. tit. 1. q. 42. n. 23. Osasc. dec.*
12 *132. n. 1.* & latè defēdit *Frāc. Molin. rit. nup. li. 3. q. 3.* qdqd in cōtrariū afferat nō esse talē pactionē licitā, *Aluar. Vala. lib. 1. cōsult. 8. n. 5.*) & tūc illæ cēseri debent tanquā quid distinctum, & separatū à sorte principali, & p sē stās, & debētur etiā recepta sorte principali, quamuis de his mentionem non fecerit recipiens, *ad text. in l. centum Capuæ de eo quod cert. loc.* & esse casum singularem *in l. si marito S. si fundum solutò matrimonio* vbi glos

glos. sequitur Hieronym. Magon. decis. Floren. 83.*num.*7.*Rota Rom. coram Ludouis. decis.* 93.*num.* 14. at vbi in stipulationem, vel pactum vsuræ non
13 sint deductæ, dicuntur accessoriæ ad sortem, debenturque officio Iudicis mercenario, quod principali actioni inseruit, ideòque illa sublata per receptionem sortis principalis, dicitur quoque sublatum accessorium, ita post *Bart. Ias. Rolan. & alios docet Surd. d. q.* 43 *num.* 26. *Petrus de Bellaper. & Bald. in l. fin. §. præterea C. de iur. dot. Roderic. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 69. *Ioann. Baptista Lupus de vsur. comment.* 1. §. 44. *num.* 33. *Innoc. in cap. grauis de restit. spoliat. Caualc. decis.* 35. *num.* 11. *Hieron. Gabr. cons.* 145. *par.* 2. *per totum, Fontanell. loc. cit. nu.* 37. & in terminis *Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 33. *num.* 13. & 14. & *tom.* 3. *cap.* 455. *nu.* 26. *Vinc. de Franch. decis.* 21. *num.* 6. *D. Reg. Rouit. cons.* 36. *num.* 7. *tom.* 1. cum alijs relatis per eruditiss. *Ioannem Dominic. Gait. tract. de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 67. *Rota Roman. apud Farinac. decis.* 80. *num.* 2. *tom.* 2.

Quod si hæc vera sunt in veris vsuris, multò fortiùs procedere dicendū est in vsuris dotalibus, quas verè, &
14 realiter maritus non consequitur tāquam vsuras, sed tanquam interesse, & alimenta dotis non solutæ, prout expresse *ex Bald. in cons.* 94. *volu.* 1. q. ad hoc allegat *tex. in l. final.* §. *præterea C. de iur. dot. docet Surd. d. q.* 42. *n.* 2. nō nullis alijs relatis: alimēta autē, certū est, simplici Iudicis officio de-
15 beri, prout declarat *Bald. in d. l. final.* §. *præterea, & Imol. in l. in insulā* §. *vsuras ff. solut. matrim.* tale autem Iudicis officium expirat, sublata principali a-
16 ctione, vnde originem trahit *l. terminato C. de fruct. & lit. expens. l.* 4. *C. depositi, l. in bonæ fidei C. de vsur. l. si in iudicium cum ibi notatis ff. de except. rei iudic.* & ita sigillatim confutatis contrarijs tenet *Surd. d. q.* 43. *à num.* 9. *vsque ad* 26.

Adeòque verum est, huiusmodi v-
17 suras censeri remissas, vt non defuerint, qui dicant nihil tali remissioni obesse, quod maritus recipiendo dotem sibi reseruet expresse ius petendi eas: nam (inquiunt ipsi) ea remissio iuris necessitate inducitur, vt probatur *in d. l. centum Capuæ ff. de eo, quod cert. loc. & l.* 4. *C. depositi*, at protesta-
18 tio, seu reseruatio non præstat impedimentum ei, quod ex iuris necessitate prouenit, *l. at si quis* §. *plerique ff. de relig. & sumpt. funer. notatur in l. alimenta ff. de negot. gest.* & per hæc fundamēta dicit esse magis communem opinionem *Bero. cons.* 200. *nu.* 3. *volum.* 1. & refert *Surd. loco cit. nu.* 22. & 23. & *Gratian. d. cap.* 33. *num.* 15.

Et confirmatur, quoniam si verum est id, quod supra fundauimus, huiusmodi accessiones corruere sublatis principalibus actionibus, consequitur necessariò frustratoriam esse om-
19 nem protestationem ad finem conseruandi ius aliquod, quod de per se solum stare, & cōsistere nequit, prout *ex Guid. Pap. Menoch. Rodriq. & alijs refert Fontanell. loco cit. num.* 40. ad id allegans copiosam, & elegantem decisionem Rotæ Ianuensis apud *Flam. Cartar. dec.* 38. & *aliam Stephan. Gratian. discept. foren. cap.* 455. *num.* 27. & *tom.* 1. *cap.* 130. *num.* 34.

Sed cum in casu huius controuersiæ nulla protestatio mariti appareat facta tempore receptę dotis, diximus propterea non esse pręsentis speculationis inquirere de veritate huius ampliationis ad regulam prædictam: habet enim prædicta opinio *Beroi, & sequacium* maximos vertices, & limites, de quibus alibi, Deo dante, dicemus, interim consulendus est *Fontanella* pro veriori eius intelligentia *loc. cit. nu.* 40. *cum multis sequentibus.*

S 2 Ex

Ex quibus Mag. Cur. Vicariæ, me referente, censuit, vsuras fore remissas eo ipso, quod maritus dotem recepit absque vlla protestatione. Nec
20 rationem habuit de Magonio *d. decis. Florent.* 83. qui loquitur contra superiora iuris principia. Et in specie
21 proposita *in l. si marito § si fundum, sol. matr.* per quem ipse mouetur, fructus fundi dotalis mulieri restituti per diuortium factum non debentur officio Iudicis, sed iure actionis intro ductæ à lege ex decisione *tex. in l. diuortio eod. tit.* & vbi fructus, vel vsuræ debentur vigore legis, statuti, vel cō-
22 suetudinis alicuius, dicuntur deberi iure actionis, non secus ac si forent conuenti, ideoque soluta sorte principali remanet actio ad illos petendos, etiam nulla facta reseruatione, prout censuit *Sacr. Rot. Romana decis.* 80. *inter nouiss. collect. per Farinac. p. 2. tom. 3. & notat Steph. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap.* 130. *num.* 35. & sic cessabit fundamentum.
23 Et in casu proposito *per Gramat. decis.* 74. coniectura remissionis fundari prætendebatur in solo cursu decem annorum, qui est casus longè diuersus à nostro.

SVMMARIVM.

1 *VSusfructus bonorum maternorū debetur patri, etiam mortuis filijs.*

2 Textus in l. fin. circa finem C. ad Tertull. *non est hodiè correctus.*

3 *Vsusfructus aduentitiorum est effectus patriæ potestatis.*

4 *Patria potestas tempore mortis filij nō est in consideratione.*

5 *Necessaria quæ sunt ad aliquod ius quærendum, non sunt necessaria ad ipsius conseruationem, postquàm est ius quæsitum.*

6 *Vsusfructus patri quæsitus remanet penès ipsum iure retentionis, non iure successionis.*

7 *Furiosus licet de nouo non possit Iudex creari retinet tamen iurisdictionem semel quæsitam.*

8 *Acquirere, & adquisitum amittere, diuersum est.*

9 Salicet. in d. l. fin. C. ad Tertull. *commendatur.*

10 Decisiones Senatus Barcinonen. *commendantur.*

11 *Argumentum de statuto ad pactum, & è contra validum est.*

12 *Statuta lattorem interpretationem recipiunt, quàm pacta.*

13 *Pacta renunciatoria sunt strictissimè intelligenda.*

14 *Renunciatio tollit renūciantem de medio, ac si mortuus esset, sed declaratur num.* 16.

15 Vinc. de Franch. decis. 552. *declaratur.*

17 *Bonorum subsidium vigore Consuetudinis Neapolitanæ debetur patri loco vsusfructus.*

18 Napodanus à Vinc. de Franch. relatus *exponitur.*

19 *Vsusfructus vigore Consuetudinis Neapolitanæ debetur patri, volenti bus filijs habitare cum ipso.*

20 .. *cessat, vbi datur successio.*

21 .. *potest non solùm prohiberi expressè, sed etiam tacitè.*

22 .. *remissus censetur per actum, qui acquisitioni vsusfructus repugnet.*

23 .. *remissus censetur ex verbis tacitè importantibus illius remissionem.*

24 *Verbum*, integrè, *excludit omnem diminutionem.*

25 *Pactum de restituendo integram dotem priuat maritum lucro dotis.*

26 *Verbum*, pleno iure, *importat proprietatis, & vsusfructus acquisitionem.*

27 *Hæres institutus* pleno iure *concurrit cum alio, cui relictus est vsusfructus omnium bonorum.*

28 *Clausula*, ex nunc pro tunc, *est retrotra-*

trotractiua, & facit rem transire cum dominio, & possessione.
29 Clausula, ex nunc pro tunc, resoluit totum actum redeundo ad primaeua principia.
30 Quantitatis diminutio non operatur vt in alijs à pristino contractu recessum videatur.
31 Pacta posteriora prioribus derogant, si tamen ab ipsis discrepent.

Vsusfructus aduentitiorum an post filij mortem remaneat penes patrem, vbi mutuo pacto coniuges in capitulis matrimonialibus filiorum successioni renunciarunt, & per transactionem postea secutam super dotis quantitate censeatur à prædicto pacto recessum.

CAPVT XXIX.



Sed an deberetur patri vsusfructus bonorum prædictorum ex persona Catarinellæ communis filiæ post ipsius mortem supposito pacto in præcedenti relato, de non succedendo filijs inito in capitulis matrimonialibus, quò pertinet secundus articulus disceptationis.

1 Pro patre dicebatur habere pro se claras, & apertas Iustiniani decisiones *in l. final. circa finem C. ad Senat. Cõsul. Tertull. & in l. fin. C. de vsufruct.* quibus locis *DD.* antiquæ, & nouissimæ Scholæ constanter affirmant eius
2 dispositionem non esse hodiè correctam, vt referunt *Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. par. 1. nu. 39. Napod. in consuet. si quis de alimen. præstan. nu. 28. & in consuetud. si mulier, de iur. dot. verb. reuertatur, Facchin. controu. iur. lib. 6. cap. 35. ver. non obstant, Ferdinan. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 1. nu. 39. Castillo in tract. de vsufruct. cap. 3. num. 45. Anton. Gomez ad l. 6. Tauri num. 11. & seq. Caualcan. de vsufruct. mul. relic. n. 180. Ascan. Clem. de patr. potest. effect. 2. num. 34. vers. amplia 6. Rot. Rom. decis. 600. nu. 1. inter nouiss. collect. per Farinac. par. 1. tom. 2.*

Et confirmatur hæc conclusio *ex tex. in l. fin. vers. in omnibus C. commun. de success. cum alijs concordan. relatis per Anton. Gomez in comment. ad l. 48. Tauri nu. 5. & Reuerendiss. Episcopũ Ricc. in addit. ad decis. 651. Vinc. de Franch.*

Fundamentum eius decisionis in eo versatur, quod licet vsusfructus aduentitiorum sit effectus patriæ potestatis, *ad text. in l. cũ oportet C. de bon. quæ liber*, ibi, *eorũ vsusfructus apud pãtrem, vel Auum, vel proauum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat*, per quem *textum* ita docet *Facchin. lib. 6. contr. cap. 35. vers. secundò & alij passim*, quæ per mortem filij dissoluitur *vulg. iur.* tamen illã patria potestas semel operata effectum suũ tempore
4 acquisitionis ipsius vsusfructus, nihil obest, quod morte filij dissoluatur, & ideò hoc tempore non est in consideratione, ita subtiliter suo more cõsiderat *Bald. in l. 3. C. de vsufruct. & post alios Pinell. loco cit. & nu. 42. Ferdin. Vasq. ibidem num. 39. Molin. de Hispan.*

Hispan.primogen.lib.1. cap.19. nu.20. & lib.2.cap.9.num.24. Ioann. Guttier. Mattien. Azeued. Sfort. Odd. & Petr. Surd.quos sequitur,& refert Castillo loco superius citato num.45. Rot. Roman. decis.596.num.10. tom.3. inter collect. per Farin.

Est namque regulare, quod ea quę
5 requiruntur in quærendo aliquo iure, postquam est quęsitum, non sunt necessaria ad ipsius conseruationem, & retentionem, prout de animo in possessione quærenda requisito, probat *text. in l. is, qui animo de acquir.possess.* & de consensu requisito in matrimonio contracto per furiosum probatur *in l. patre furioso, vers.*
6 *nō furiosus, de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & in l.cum prætor ff. de iudic.* vbi licet furiosus non possit de nouo creari Iudex; retinet tamen iurisdictionem semel quæsitam cum alijs ad rem traditis per eundem *Anton. Gomez loco cit.num.5. in fine.*

Hinc non obstare dicebatur patri renunciatio per eum facta in capitulis matrimonialibus successioni filiorum: nam talis vsusfructus quæsitus
7 patri ex viribus patriæ potestatis nō dicitur remanere penes eum iure successionis, sed iure retentionis: sūt enim pugnantes inter se vsusfructus, & successio, & vbi cadit vsusfructus, non datur successio, meritòque per renunciationem successionis nō potest inferri ad vsumfructum, cū sit di-
8 uersum acquirere, & acquisitū amittere, vt in materia dixit *Bald. in authen.excipitur nu.1.C.de bon.quæ liber.* Vnde appositè Salicetum docuisse
9 existimo *text.in d.l.fin. C. ad Tertull.* posse habere locum in casu quo pater filio non succederet, eo quod succedendo in proprietate, vsusfructus extinguitur, *Arius Pinell. loco cit. numer.39.*

Ex quibus, & alijs rationibus *Senatus Barcinonensis* in terminis statu-
10 ti illius Ciuitatis excludentis patrē à successione filij decedentis in pupillari ætate ter determinauit, patrem retinere vsumfructum post mortem filij bonorum aduentitiorum, prout refert *Fontanell.loco superius citato nu. 60.cum seq.*videndus omninò.

Quæ determinationes eo fortius
11 cōueniunt casui nostro, quod certū sit, validum esse argumentum de statuto ad pactum, & e contra, *vt in l.fi. C. de fideiuss. Bald. in l.cunctos populos C.de sum.Trinit. Marant.cons.1.n.5. Molfes.ad Consuet.Neapol.par.1.q.17. num.7.& cons.10.num.27.* nec minus de consuetudine ad pactum, & è cōtra, prout clarè ostendit *Caput. in prælud. ad easdem consuetudines §.2. num.32.& clariùs par.3.§. 10.num.11.*
12 imò si latiorem interpretationem recipiunt statuta, quàm pacta, vt probauit *Surd.dec.139.in fin. Molfes. de success.ab intest.par.4.q.9. num.4.* magis dicendum est, comprehendere statutum, quàm pactum: nam pacta renunciatoria sunt strictissimè intelligēda,
13 & semper obijci potest; de hoc renūciatio non loquitur, *vt per Dec. in l. postquam liti num.18.C. de pact.* & sic semper restringenda, *Molfes. de renūc. par.4.q.17. num.22. & 25.* vt minus quàm fieri potest renūcianti noceat, *Merlin.decis.4.num.24.* Ergò sicut in prohibitione statuti excludentis patrem à successione, non comprehenditur vsusfructus, ita & in pacto, & renunciatione minus videtur ab eo exclusus.

Nec corruit pariformitas huius argumentationis inter pactum, & statutum ex illa *DD.* traditione, quæ quotidiè per ora pragmaticorum cir-
14 cumfertur, nempè quod per pactū, & renūciationem videatur renūciās tollere se de medio, & ita excludi, ac si mortuus esset, & nunquam in rerū

natura

natura extitisset, vt in casu nostro videtur sentire *Napod.ad consuet.si quis, vel si qua verb. preterquã vers. de forma igitur nu.* 195. & probauit ex pluribus *Ioan.And.Georg. alleg.* 23. *nu.* 2. *Vinc.de Francb.decis.* 552.*num.*7. *cum sequent.Reg.de Ponte cons.*40. *num.* 11. & alij quos sequitur *Molfes. tit. de renunciat.q.*2.*num.* 14.

Nam respondetur, illam esse verissimam in his, quæ debentur patri iu-
15 re successionis, de quibus renunciatio loquitur at iam diximus vsumfructũ retẽtionis non autem successionis iure ei deberi; imò & datur casus, in quo renunciãs successioni admittitur etiam ad illam, veluti in filia renunciante, quæ venit per vnde legitimi, ideoq; non haberi in totum pro mortua dixit *Marinus Freccia in additiõn ad Napod. ad consuetud. si quis, vel si qua num.* 194. *litera B. fol.* 130. & in patre dixit *Vinc. de Franc. dicta decis.* 552.*num.*12.

Tandem dicebatur non officere patri argumentationem quam validissimam, & concludentem contrarij appellabant ex his, quæ tradit idem *Vincen. de Franch. in d. decis.*
16 552. vbi decisum refert valuisse testamentum filij, in quo fuit prçteritus pater, nullo eidem relicto bonorum subsidio debito vigore Consuetudinis Neapolitanæ, quod est subrogatũ in locum vsusfructus debiti de iure communi, vt tradit *ibidem num.*21.*& Napod. in consuetud. quod si aliquis, verb. decesserit, & in consuet. filiusfam.*
17 *verb. testari, vers. respondeo.* Vnde argumentum taliter procedere videbatur. Bonorũ subsidium debetur patri loco vsusfructus, sed à bonorum subsidio excluditur pater, quoties per renunciationem tollit se de medio; ergò similiter excluditur ab vsufructu.

Nam respondebatur consecutio-
18 nem hanc esse contra mentem expressam *Napodani*, cuius verborum si germanus sensus excipiatur, simul videbimus, ipsum fateri patrem exclusum à successione filiorum, retinere post ipsorum mortem vsumfructum. Is enim *in d. consuetudine filiusfamil. verb. testari* quæstionem ponit, & respondet, quod quia attenta dispositione consuetudinis filius potest testari, & extraneum hæredem instituere, quod non est de iure communi, relicto patri bonorum subsidio; per illam consuetudinem censetur pater vsufructu priuatus. Idque efficitur altero ex duobus medijs, vel quia vsusfructus debetur patri limitatè,
19 nempè volentibus filijs habitare cũ ipso, *vt in consuet. si mulier, & quod si aliquis*, quod fortiùs videtur effici in casu mortis, per quam omninò filius separatur à patre, & dotes in aliũ transferuntur, meritò namque talis vsusfructus amittitur in terminis illius consuetudinis; vel secundò, & meliùs ex his, quç tradit *idem Napod. eodem loc. in verb. saluo num.* 23. *&* 25. quia patri conceditur bonorum subsidiũ, in quo ipse cõsuetudinario iure succedit in proprietate, & subrogatur in locum vsusfructus: ad quã subrogationem probandam allegat ipse *textum in §. si verò cum ascendentibus auth. de hæred. ab intest. ven.* in quo expressè cauetur, quod pater succedẽdo in aliqua portione in proprietate filio decedenti, non retinet vsumfructum, quasi dicere vellet; consuetudo vocat patrem ad proprietatis portionem, quæ vocatur bonorum subsidiũ: non potest eo casu habere vsumfru-
20 ctum: quia vbi datur successio, cessat vsusfructus, & sic ostendit *Napod.* quomodo intellexerit, quod bonorum subsidium successerit loco vsusfructus.

In hoc articulo Magna Curia habuit pro absoluto supradicta omnia verissima

verisſima eſſe in puncto iuris, ſed ex verbis appoſitis in contractu capitulorum matrimonialium eſſe iudicādum in fauorem hæredum vxoris, prout reſolutum fuit, me referente, procedendo per infraſcriptas cōcluſiones, ad quas partium Aduocati nō aduerterunt.

21 I. cōcluſio eſt, quod vſusfructus poteſt prohiberi, & remitti non ſolùm expreſsè iuxta terminos *auth. excipitur C. de bon. quæ liber.* ſicut ſpecificè in patre aduertit *ex Bald. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 327. num. 24.* ſed etiam tacitè per coniecturas, prout perbellè oſtendit *Surd. conſ. 116. num. 54. volum. 1. Caſtillo de uſufruct. cap. 3. nu. 55. Caldas Pereyra in l. ſi curatorem uerb. læſis n. 145. C. de in integr. reſtit. Molina de Hiſpanorū primogen. lib. 1. cap. 19. num. 31. Fontanell. loco cit. clauſ. 4. gloſ. 7. par. 3. nu. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 989. num. 20.* pluresque caſus in quibus tacitè cenſetur prohibitus patri, tecēſet idem *Gratian. diſcept. 713. à nu. 27. Trentacinq. uariar. reſolut. lib. 1. reſol. 4. tit. de pecul.* cum alijs relatis per doctiſsimum Siculum *D. Marium Cutelli in tract. de donat. contemplat. matr. tract. 1. diſcur. 3. particul. 1. nu. 9.*

Secunda concluſio eſt, coniecturam remiſsionis vſusfructus validè
22 deſumi ex facto patris, qui acquiſitioni vſusfructus repugnet, prout in emancipatione conſiderauit *Napod. in conſuet. ſed & mulier uerb. ſui iuris num. 11.* vbi ait, *alius ibi, uidelicet per emācipationem, & ſic per actum patris;* & ſentit *Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. pro greſſ. lib. 1. §. 1. n. 40.* his verbis, *Sic ergo cum iſte uſusfructus ſit quæſitus ipſi patri in bonis dictæ filiæ, cum non interuenerit factum, aut cōſenſus ipſius patris adhibitus &c.*

Per huiuſmodi enim factum pater habetur pro mortuo quoad ſucceſſionem filij, veluti quando pater ſe excluſit, vt aduertit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 552. num. 17.*

Tertia concluſio eſt, quod vſusfructus etiam prohibitus cenſetur ex
23 verbis tacitè importantibus eam remiſsionem, dummodò talia ſint, ex quibus nil aliud deduci poſsit, vt poſt antiquiores notauit *Molina d. lib. 1. cap. 19. num. 31. Aluarad. de coniectura ta mente defunct. lib. 2. cap. 3. num. 106. & lib. 4. cap. 3. num. 6. cum alijs* quos ſequitur *Caſtillo dicto cap. 3. num. 57.* verba autem appoſita in cōtractu matrimoniali inito inter prædictos coniuges, talia ſunt. *Quod ſi contigerit decedere ſine filijs, uel cum ipſis, decedētibus tamē in pupillari ætate, uel poſt quandocunque ab inteſtato, non poſſint contrahentes ipſi ſuccedere in dotibus prędictis, ſed integrè, pleno iure, abſque ulla diminutione, ſeu detractione, etiam iure legitimæ, uel Trebellianicæ ex nunc pro tunc reuertantur ad hæredes ipſius Iſabellę.*

Ex quibus reſultat alia concluſio pcedentibus corollaria, quod verba prædicta nil aliud, quàm vſusfructus remiſsionem importēt, & quod aliàs eſſent inibi otioſa. Idque conuinci-
24 tur. Primò ex verbo, *integrè*, quod ex ſui natura diminutionem aliquam non patitur, vt probat eleganter *Conſultus in l. nomen 34. §. final. de legat. 3.* ibi, *quò magis integrum quod teſtator dediſſet, ad eam perueniſſet, & in l. decē in fine de fideicom. liber.* ibi, *ſed cogendus hæres tota decē præſtare, perinde ac ſi integra dixiſſet, & in l. fin. C. ad leg. falcid.* cum non nullis alijs ad rē traditis per *Pereg. de fideicomm. art. 3. nu. 90. Surd. conſ. 151. num. 7. Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 446. nu. 1. in nouiſſ.* poſt non nullos alios relatos per *Auguſtin. Barboſ. in opuſcul. de dict. dictione 143.* Hinc docent *DD.* quod licet regulariter maritus, qui in tali caſu pro-

promisit restituere dotem non per hoc priuatur lucro dotali, quod sibi à lege, vel statuto debetur, ad doctrinam *Bald. in l. fin. C. ad l. falcid. Angel. in l. damni §. cum parietem de dam. infect.* tamen si conuentum sit de resti-
25 tuendo integram, vel totam dotem, amittit tale lucrum: cuius sententiæ antesignanus *Rainer. in l. post dotem solut. matrim. Imol. & Roman. in l. si patronus de donat. Alex. cons.* 183. *col.* 1. *lib.* 5. *& cons.* 133. *num.* 8. *Sebastian. de Medic. de acquirend. rer. domin. in princ. verb. totum, Marsil. sing.* 687. & hanc esse magis communem *DD.* sententiam dicit *Rolan. tract. de lucr. dot. q.* 38. quē sequtur *Surd. dec.* 274. *n.* 5. eāq; mordicus defēdit *Moli. de rit. nup. li.* 3. *q.* 36. *per tot & Gasp. Thesau. qq. forē. lib.* 2. *q.* 91. *n.* 5. *& seq. Mātic. de tacit. & ambig. conu. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 17.

Secundò clariùs conuincitur ex subsequenti verbo *(pleno iure)* quod
26 verbum totalitatem importat, *Menoch. consil.* 1. *numer.* 13. cum plenum dicatur id, quod non recipit additionem, neque diminutionem, *capit. benè quidem in principio* 96. *distincti.* quinimò horum
27 verborum peculiare est, vt præter proprietatis, vsusfructus quoque acquisitionem importent, vt colligitur *ex tex. in l. mater C. ad Tertull.* vbi eleganter suo more *Bald.* ait, quod pleno iure rem habere videtur is, qui habet eam cum vsufructu, & sequitur *Tiraquell. in l. si vnquam in fine num.* 11. *C. de reuocand. donat.* Ex quibus, & alijs *Stephan. Gratian. decis.* 239. *Rota March.* decisum refert, quod vbi aliquis
28 est institutus hæres pleno iure, concurrit cum alio, cui relictus est vsusfructus omnium bonorum propter vim illorum verborum, *pleno iure*, *quæ*, ait ipse, *ostendunt magis enixam eius voluntatem, & ideò debent aliquid operari vltra significationem, quam habent de iure communi. Vnde operabuntur, vt ex illis colligatur coniectura voluntatis, quod per concursum faciant partem in vsufructu, cum eo casu plus sit quando aliquid verbis exprimitur, quàm si tacitè contineatur, l. legatum sit §.* 1. *in fin. de legat.* 1. *Et quamuis hæreditas tanquam ius vniuersale possit intelligi sine vsufructu, tamen ex dictis verbis expressis à testatore sumetur coniectura, vt significetur proprietas cum vsufructu, l. si alij de vsufruct. legat. Et quod dicta verba importent vsumfructum, & proprietatem, Dec. consil.* 468. *numer.* 10. *& nullam diminutionem patiantur Felin. in cap. auditis numer.* 8. *de præscript.* & idem dicit *tom.* 1. *disceptat. forens. capit.* 46. *numer.* 8. *& tenet Surd. de alimen. titul.* 2. *qu.* 15. *numer.* 113. qui in specie concludit *consil.* 259. *num.* 17. *lib.* 2. quod talis clausula id importet, vt patri non quæratur vsusfructus, prout tenet etiam *Boer. decis.* 193. *num.* 2. *& Vinc. de Franch. decis.* 585. *num.* 7. quos rursus refert, & sequitur idem *Grat. to.* 2. *discept forens. c.* 227. *n.* 16. *& seq.* omninò videndus, *& cap.* 713. *nu.* 18. *eruditis. Mar. Giurb. ad Consuet. Messan. cap.* 7. *glos.* 3. *num.* 21. *Cutelli in suis decis. orat.* 18. *nu.* 22.

Et tandem ex clausula illa, *ex nunc*
29 *pro tunc*, clarissimè conuincitur: est enim retrotractiua, & apposita in contractu, facit rem transire cum dominio, & possessione *Bart. & DD. in l. qui absenti §.* 1. *de acquir. possess. & in l. filiusfam. §. Diui de legat.* 1. & ex
30 ea dicitur tempus futurum inesse præsenti, & ideò totum actum resoluit redeundo ad prima principia secundum *Ang. Alex. & alios in l. huiusmodi de verb. oblig. Felin. in c. licet causam nu.* 6. *de probat. Grat. to.* 2. *discept. forens. c.* 239. *n.* 18. eāque actus resolutionem

tionē per illa verba fieri ipso iure docēt *DD.vt Alex.conf.83.vol.2.Neguf. de pignor.memb.2.secunda par.num.4.* cum alijs relatis *per Mart. in tract.de clauf.par.2.clauf.27.nu.2.* Cùm ergò actus retrotrahatur ad tempus contracti matrimonij, in quo nullum poterat pater vsumfructum prætendere, sequitur manifestè ex tali pactione se ipsum ab eo exclusisse, ac si filios non habuisset, & quoad illum nō minùs, quàm quoad proprietatē habendum esse pro mortuo: & iuxta hos terminos intelligenda esse omnia superiùs dicta, quæ ostendunt, magnum esse discrimen in proposito inter dispositionem statuti, seu legis, & propriam partium conuentionem habitam per verba denotantia non minus vsusfructus, quàm proprietatis renunciationem: & proinde superiùs traditas doctrinas non esse applicabiles ad casum nostrum.

Neq; his obstare diximus, quod in transactione facta cum debitoribus quantitatis promissæ diminuta sit ipsa dotium quàntitas, in eaque huiusmodi pacti de non succedendo filijs, nulla fuerit facta mentio: nā respon-
31 det eleganter *Bald. in l. pacta nouissima C.de pact.* quātitatis diminutionē nō eius esse efficaciæ, vt inde in alijs à pristino contractu recessum censeatur. Item dictum fuit nihil in transactione ipsa contineri, quod pacto ipsi de non non succedendo repugnet: non enim erat data libera facultas disponendi. At regula illa,
32 quod pacta posteriora regulariter prioribus derogare solent, etiam si id expressè actum non sit, *ex l.pacta nouissima C.de pact.l.cum plures 60.§. locator horrei ff.locati, cap.2. de transact.* tunc denique locum habet, si à verbis primi discrepent, ijsque aduersentur, vt declarat *Bart. in d. l.pacta nouissima, & Bald. ibidem col. penult. & in simili Alex. conf.40.* Ex quibus decisum refert *Hartman. Pistor. libr. 5. obseruation.obseruat.156.* quod priori pacto in contractu dotalitio facto non censetur derogatum per transactionem postea sequutam diminutionis dotis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis tenetur in syndicatu pro compositione violenter extorta in beneficium Baronis.*

2 *Tertius comparens in causa ad coadiuuandum reum auditur in terminis, in quibus ipsa reperitur.*

3 *.. veniens ad defendendum reum iudicatur vnica persona cum ipso.*

4 *.. veniens ad defendendum reum, non potest opponere exceptiones dilatorias, seu declinatorias, neque dicere de nullitate, neque si sit minor habere beneficia.*

5 *Decisiones nouissimæ Sacri Consilij in hoc articulo.*

6 *Sententia lata inter alios præiudicat cæteris interesse habentibus, si de ea notitiam habuerunt.*

7 *Tertius, qui sciuit litem motam, auditur in terminis, in quibus causa reperitur.*

8 *.. cui non principaliter, sed secundariò interest, tenetur iudicium suscipere in statu, in quo reperitur, quamuis illud ignorauerit.*

9 *Lis cum eo est tractanda, cuius principaliter interest, Actorem excludere.*

10 *Baro tenetur pro delicto sui officialis in officij exercitio commisso.*

11 *Sententia vt noceat, citandus est is, cuius principaliter interest.*

12 *Tertius, cuius principaliter interest, cōparēs in causa, auditur ex integro.*

13 Text.in l.is à quo de reiuendic. *loquitur de tertio non principaliter interesse habente, sed de veritate n.15.*

14 *Tertius*

14 *Tertius comparens non ad coadiuuandum, sed ad infringendum iura impedit causæ expeditionem inter actorem & reum.*

15 *Scientia procuratoris non constituit dominum in mora.*

16 Affiict.decis.15.*reprehenditur à Surdo.*

17 *Procuratoris factum nocet domino etiam in omittendo.*

18 *Dominus non restituitur in integrum aduersus procuratoris negligentiam, sed aget remedio ordinario.*

19 *Actio mandati contra procuratorem quid importet.*

20 *Tertius comparens ad coadiuuandum reum auditur, non impedito cursu causæ.*

21 *..comparens ad defendendum reum, sed pro suo secundario commodo, nec etiam impedit cursum causæ.*

22 Text. in l. si superatus ff. de pignor. *commendatur.*

23 Decisio nouissima Sacri Consilij *refertur.*

24 *Tertio vtcumque comparenti ad defendendum reum, in nihilo nocet scientia, vel ignorantia litis motæ.*

25 *..comparens ad infringendum iura actoris, non coadiuuando reum, non impedit cursum causæ inter eos.*

26 *..veniens ad infringendum iura actoris iuxta terminos* l. sæpè de re iudicata *auditur, impedito cursu causæ prioris, si de ea notitiam non habuerit.*

27 *Scientia præsumpta non sufficit, vbi agitur de alicuius præiudicio, sed requiritur certa.*

De tertio veniente ad causam, quando admittatur ad sui iuris prosequutionem absque læsione status, in quo ipsa reperitur.

CAPVT XXX.



1 EX *text. in l. 1. ff. de concussion. & in l. 3. vbi glos. ff. quod met. cau.* desumitur, quod pro compositione violenter extorta teneatur officialis, prout etiam aduertit *Paris de Puteo de syndicatu in verb. compositio cap. 6. num. 5.* qui *in verb. Iudex malè iudicans cap. 1. in princip.* notabiliter subdit, quod si officialis per sententiam condemnatoriam iniustè latam aliquid ab inquisito extorserit, licet illud det Thesaurario domini, vel Baronis, tenetur tamẽ ipse principaliter, dominus autem in subsidium, ex doctrina *Bart. in l. non itaque §. grauis de administr. rer. ad Ciuit. pertinet.* vnde dicebatur pro V.I.D. Francisco Maffi agente in M. Cur. Vicariç contra Stephanum de Vrso Gubernatorem, & Prosperum de Ruffis ærarium principalis Curiæ Ciuitatis Rossani pro restitutione compositionis ducatorum ducẽtum quinquaginta sibi extortæ, non esse in hoc iudicio audiendam Illustrem Principissã, ad cuius beneficiũ prædicta sũma fuit incorporata. Vel saltim non posse impedire iudicium iam cęptum, & conclusum contra prædictos, sed illud debere suscipere in eo
2 statu, in quo reperitur; quod regulare est, vbi tertius comparet ad coadiuuandum, & defendendum reum, ex dispositione *text. in cap. vltim. vt lit. pend. in 6.* & tenẽt *Innoc. Felin. & alij in cap. cum super de re iudic.* & hic fuit

T 2 casus

casus decisus per Sacr.Consl. *in decis. Afflict.* 235. *num.* 3. *&* 4. ex doctrina *Angel in l. si instituta de inoffic. testam.* & notat *Vant. de nullitat. tit. quis possit dicere de nullitate nu.* 25. *Couarru. pract. qq. c.* 13. *nu.* 1. id exemplificãs in venditore opponẽte liti motæ cõtra emptorẽ, *l. venditore ff. de re iudic. cũ concord.* Itẽ in legatarijs defendẽtibus scriptũ hæredẽ in lite cõtra ipsũ motã, ad rescindendũ testamẽti tabulas, *& in l. si suspecta de inoffic. testam.* & in alijs casibus per eum relatis, sequitur *Menoch. consl.* 488. *nu.* 5. *lib.* 5. *And. Gail pract. obseruat. lib.* 1. *cap.* 71. *nu.* 1. *Bernardus Greueus ad eundem d. conclus.* 71. *num.* 1. *Fab. de Anna consl.* 97. *num.* 1. *Bero. decis.* 79. *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 26. *num.* 27. *vers. stat ergò, Cancer. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *de tertio oppositore num.* 5. *cum infinitis alijs relatis per Giurbam decis.* 1. *num.* 24.
3 *Gizzarell. decis.* 40. *nũ.* 2. *Ludouis. decis.* 203. & quidem ratio est, quia hoc casu vnica iudicatur persona tertij venientis cum principali, *Surd. decis.* 235. *num.* 22. *Giurba decis.* 1. *num.* 31.
4 *Honded. cõs.* 25. *n.* 29. *vers. vlterius opinio,* & ideo tertius non poterit opponere exceptiones dilatorias, vel declinatorias, *Ioan. Vinc. de Anna alleg.* 76. *num.* 3. nec potest dicere, processum esse nullum, eo quod ipse non fuerit citatus, vt dicit *Innoc. in cap. statuimus de elect. Afflict. dicta dec.* 235. *in fine, Castillo decis. Sicil.* 78. *num.* 1. *Mar. Muta decis.* 54. *nu.* 16. *Viuius dec.* 304. *num.* 4. quos sequitur *Thoro in Compend. decis. tom.* 2. *verb. tertius fol.* 691. *col.* 2. quæ quidem conclusio tã strictè procedit, vt & si tertius, qui interuenire vult, minor sit, vel alias priuilegiatus, non tamen poterit beneficia habere, si ea, priusquã ipse venerit, principalis habuit, vt tenet *Giurb. d. decis.* 1. *num.* 25. *cum seq. & num.* 38. quamuis de hoc esset maturiùs cogitandum propter nouissimam decisionem Sacri Consilij, vno dominorum Consiliariorum consensu latam quam refert *Gizzarell. decis.* 40. *nu.* 15. *& seq.* ad cuius exornationem vidẽda sunt, quæ doctissimè scribit *Iulius Cæsar Imbrian. de primo, & secundo benefic. considerat.* 6. *num.* 74. Vnde non cogitur actor cum tertio subintrante litem substinere, sed tantùm hic admittitur, vt simplex defensor, prout ex *Bald. & alijs docet Natta cõs.* 630. *num.* 1. *lib.* 3. *optimè Honded. consl.* 25. *num.* 8. ideoque præter eas iudicaturas, quas refert *Couarru. loco su-*
5 *pra cit.* secundum eam opinionem pluriès iudicauit Sacrum Consilium in causa inter D. Thomam de Aquino, & sororem Ioãnis Vincentij Comi comparentem in iudicio moto contra D. Vincentium fratrem, ratione maioris paragij, referente Cõsiliario Patigno.

Rursus dicebatur eo tantùm casu esse admittendam dictam Illustrem Principissam, quo sua intersit litem agere, seu defendere: Idque dupliciter posse cõtingere, principaliter scilicet, aut secundariò. Si enim principaliter ad eã spectat, quia eius omnium maximè interest, vt docet *Bald. in l. principaliter per illum textum in princip. C. de liber. caus.* Et tunc cum
6 iam sit probatum in actis, ipsam habuisse scientiam litis motæ, succedit dispositio *text. in l. sæpè* 63. *de re iudic.* vbi sẽtẽtia licet inter alios lata piudicat sciẽtibus, ibi, *Cũ quis de ea re, cuius actio, vel defensio primum sibi competit, sequenti agere patiatur*; ex quo textu hanc distinctionem scientiæ, vel ignorantiæ in tertio pro suo interesse principaliter comparente desumit *Bart. in l. si prolusorio* §. 1. *num.* 2. *& sequen. ff. de appell.* & eum secuti sunt *Panor. in cap. cum super num.* 3. *de re iudic. & in cap. veniens il secondo de testib. n.* 7. vbi

*vbi Felin. num.*18. & sic fuisse vota-
7 tum per Sacr. Conf. quod tertius veniens pro suo interesse teneatur iudicium suscipere in terminis, in quibus reperitur, quãdo sciuit litem motam, licet ignorauerit publicationem, testatur *Afflict. d. decis.* 135. *num.* 2. *Couarru. pract. qq. cap.* 13. *Andr. Gail dicta obseruat.* 70. *num.* 24. *vers. tertiò limitatur, & obseru.* 71. *num.* 14. *& ibi Bernardus Greueus num.* 70. *Boer. decis.* 79. *Menoch. de arbitr. cas.* 18. *Cancer. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 13. *de empt. & vendit. num.* 66. *cum multis alijs relatis per Giurbam d. dec.* 1. *nu.* 9.

8 Si autem non principaliter, sed tantùm secundariò intersit Illustri Principissæ, nulla habita distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, teneri litem suscipere in terminis, in quibus reperitur, fundat *Couar. loc. cit. & And. Gail. dict. obseruat.* 71. *nu.* 14. *Greneus ibidem num.* 3. *Ioseph Ludouic. d. decis.* 26. *num.* 25. dicens id comprobari ex doctrina *Paul. de Castr. d. l. sepè nu.* 5. *de re iudic.* exemplo legatariorum, qui si velint adsistere scripto hæredi in iudicio contra eum moto, quod secundariò potest ipsis præiudicium afferre, siue sciuerint, siue ignorauerint, non possunt alterare statum causæ: & hic casus mea sẽtentia decisus fuit per Sacr. Conf. teste *Vinc. de Franch. decis.* 492. *num.* 3. *in fine*, vbi ait, *& per prætensa per vxorem non impediri causæ expeditionem reseruatis iuribus successionis prætensis per dictam D. Angelam*, latè *Thoro in Compend. decis. par.* 2. *verb. tertius fol.* 691. *col.* 2. *in fin.* vbi ait quod interesse tertij assistentis in iudicio debet esse fundatum de præsenti, & non de futuro sub spe fallibili, *Paul. Staiban. conf.* 81. *num.* 37.

Cùm ergò nec adiuuando reos conuentos, nec principaliter pro se agendo, cum sciuerit litem motam debeat Illustr. Principissa audiri ad impediendum causæ expeditionem, compilato iam processu inter Actorem, & reum, non esse de alio disputandum.

At pro parte Illustr. Principissæ dicebatur ipsam esse ex integro audiendam, nec iudicium posse tractari
9 cum prædictis Stephano, & Prospero: nam regula est in iure clara, quod causa cũ eo est tractanda, cuius principaliter interest actorem excludere, vt probat *text. in d. l. principaliter interest* 2. *C. de liber. caus.* in præsenti autem iudicio satis constat, principale interesse spectare ad ipsam. Tùm quia ad eius beneficium pecunia, quæ prætenditur extorta, est incor-
10 porata: Tùm etiam quia Baro tenetur pro excessu suorum officialium in exercitio officij delinquentium, vt docet *Bart. in l.* 1. *C. de creat. lib.* 12. *cũ alijs per Carauit. ad rit.* 49. *num.* 18. Vndè seruandum est, quod dicit *glos.*
11 *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* quod ille debet citari, de cuius interesse principaliter agitur, *Menoch. cõs.* 1192. *n.* 29. *& de adipiscen. possess. remed.* 4. *num.* 457. *Vinc. de Franch. dec.* 492. *nu.* 3. *& decis.* 523. *num.* 16. *& alios citat Giurb. decis.* 1. *num.* 14. *&* 47.

Probatur hęc pars mirificè *ex tex. in l. à Diu. Pio §. si verũ de re iud.* vbi cõstitutum est, quã super rebus, quæ pignoris iure captę sunt, controuersia fiat, Iudex cognoscere debet de proprietate, & si cognouerit ad eũ spectare, qui condemnatus est, rem iudicatam exequetur, ex quo *text. dicit Matth. de Afflict. dicta decis.* 235. *in fi.*
12 quod omnia fient de nouo quoad hunc tertium, qui dum venit ex se, potest bene post terminum comparere, & impeditur executio, donec sit cognitum, & discussum de suis iuribus: nam aliàs daretur locus collusionibus inter partes, vt bene obseruat

Rota

Rota Roman.decis. 335. num. 2. inter collect.nouiss.per Farinac.par. 1.

13 Neque hoc casu seruanda est dispositio *text. in l.is à quo de reiuendic.* vt scilicet tertio venienti succurratur per idoneam cautionē; quia Consultus ibi nō loquitur de tertio, qui venit principaliter ad causam, *vt aduertit Afflict.d.decis.15. num.2. Beminten. Rot.Bonon.decis.75. nu.5. refert Surd. decis.335.num.5.*

14 Quæ sine dubio procedunt, quoties tertius compareret, non ad coadiuuandū, sed ad infringendum alterius ex collitigantibus iura: nam eo casu expeditionem causæ inter Actorem, & reum impedit, *ex Bald.in cap.si duo de pac. iuram.firman. & ibi Afflict. n. 16.ex l.si quis libertatem num.2. de petit.hæred.* quam ponderat *Menoch.cōs. 488.num.8.& 9. & alios allegat Giurba dicta decis.1.num.33.*

Nec de scientia litis motæ habita
15 per procuratorem ipsius Illustri Principissæ esse habendam rationem: nàm procuratoris scientia dominum in mora non constituit, vt probat *tex. elegans in l.item ueniunt §. petitam de petit.hæredit.ubi Angel.ait*, non est bona consequentia, Procurator scit, ergò etiā dominus scit, sequitur *Surd. cons.183.nu.33.* Igitur etiam admissa distinctione *Bart. in d. l. si prolusorio de appellat.* esse omninò supersedendum in causa, & ipsam audiendam ex integro contendebat Principissa.

Sed replicabatur pro parte Francisci de Masso. Ad primum in iudicio concussionis principale interesse spectare ad prædictos officiales vim inferentes, vt supra fundatum est, *ex tex.in l. 1.de concussion. cum concordā. suis*, & quod pecunia extorta, fuerit ipsi Principissæ tradita, hoc esse secundariò, & per accidens. Sed dato quod æquè principaliter interesset Principissæ, hoc non habet retardare cursum iudicij iam inchoati, & agitati contra cōcussores, sed sat est, quod per idoneam cautionem succurratur ei per terminos traditos à *Consulto in d.l.is, à quo de reiuendic. & decisos per Sacrum Consilium, ut per Vincent. de Franch.decis.261.* cuius text. dispositione cautum erit Principissæ, si victoriam reportabit contra supradictum Franciscum: quod expresè colligitur ex traditis *per eundem Afflict.* pro ipsius parte allegatum *d.decis.235.* vbi postquam dixit quod si tertius venit vt ex se, omnia fiunt de nouo, *per tex. in d.l.à Diuo Pio §. si super de re iudic.* immediatè subdit hæc verba. *Et habebit locum lex, is à quo ff.de reiuendic.* Ergò expresè sensit non esse impediendum primum iudicium per tertij principaliter interesse habentis comparitionem: ideòque non est curan-
16 dum, quod *Afflict.* contrarium dixerit *in d.decis.15.num.2.* præterquam quod eidem respondet *Surd.dicta decis.335.num.10.* dicens *textum in d.l.is à quo* expresè contrariari intellectui tradito *per Afflict. in decis.15. num.2.*

Et ad id, quod vltimo loco dicebatur, scientiam Procuratoris non esse
17 scientiam domini, & proinde ei non nocere, dictum fuit regulariter factū procuratoris nocere domino ex regula *tex. in l. si procurator C. de procurat. & in l.transactionis placitum C. de transact.* non tantùm cum facit actū præiudicialem domino, sed etiam cū aliquid omittit, vt decisum *per Rot. Roman.refert Verall.decis.415.num.5. par.2.Hartm.Pistor.qq. iur. lib.1. q. 36.num.2. Bernardus Greueus ad Gail. d.conclus.45.in princ.* cum sibi imputare debeat dominus, quod negligētem procuratorem elegerit, *l. cum*
18 *mādato in fine ff.de minor.* adeòquod in integrum restitutionem non possit petere dominus aduersus procu-

ratoris

ratoris negligentiam, sed agere debet remedio ordinario: actione scilicet mandati ad damna, & interesse aduersus eundem, si sit soluendo, *ex tex. in l. si remunerandi §. primo, & in l. si procuratorem dedero §. si tutores ff. mandati cum concord.*

19 Et hæc actio non tantùm importat interesse doli, sed leuissimæ quoq; culpæ; nam propter tacitam assertionem industriæ procurator tenetur de omni culpa *ex tex. in l. à procuratore C. mandati*, & ita practicatum in Camera Imperiali refert *Gail. lib. 1. obseruat. 45. & ibi Bernard. Greu. Afflict. in Constit. Regni minorum iura nu. 19. Alexan. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de appellat. resolut. 7. num. 8.* & ita tenuit Sacrum Concistorium Regni Siciliæ in casu proposito *in decis. 1. Mar. Giurb.* vt videre est ibidem *nu. 46.* qui multos allegat, & in specie, quod scientia procuratoris noceat domino tenet *Costa in tract. de fact. scient. & ignor. q. 79. num. 1.*

Magna Curia Vicariæ latè his discussis me referente censuit, Illustr. Principissam non posse impedire causæ expeditionem inter prædictos Fräciscum, Stephanum, & Prosperum, sed teneri iudicium suscipere in eo statu, in quo reperitur, procedendo per infrascriptas conclusiones, ad quas ferè tota præsens materia tanquam ad fontem, & originem reducitur.

Prima conclusio.

20 Tertius veniens ad causam ad coadiuuandum simpliciter, & defendendum reum, potest iudicio assistere, non alterato statu, & cursu causæ iuxta rescriptum Summi Pontificis *in d. cap. vlt. vt lite pendente*, & quæ nos tradidimus supra.

Secunda conclusio.

21 Tertius non simpliciter comparens ad defendendum reum, sed pro suo secundario cōmodo vel interesse, quod possit ex sententia forsan proferenda contra reum sibi resultare, de quo sufficit apparenter cōstare, vt per bellè *ex Innoc. notat Gizzarell. decis. 40. num. 7. & 8. latè post alios Gratian. discept. foren. tom. 3. cap. 439. num. 21. cum seq. Rota Roman. decis. 503. num. 4. inter nouiss. collect. per Farinac. par. 2.* & exempla habentur *in l. venditor ff. de iudic.* nec etiam impedit cursum prioris causæ, iuxta *tex. in l. si suspecta de inoffic. testam.* quoniam satis est iudicium agi cum legitimo, & principali contradictore, *l. si Papinianus §. ultim. l. qui repudiantis §. fin. ff. de inoffic. testam. l. à sententia, et l. si prolusorio ff. de appellat.* & esse ad hoc *textum insignem dicit Couar. in l.*

22 *si superatus ff. de pignor.* & ita fuit decisum per Sacr. Consil. non esse audiendam matrem, ad finem retardandi iudicium cæptum cum filio propter interesse, quod ipsa habere prætēdebat in successione filij, vt testatur

23 *Vincen. de Franch. decis. 492.* & nouissimè celebrem refert decisionem Sacri Consilii iunctis Aulis factā *Gizzarell. decis. 40. num. 12.* Hisque duobus casibus nullam esse adhibendam distinctionem scientiæ, vel ignoran-

24 tiæ litis motæ eoquod neque scientia nocet, neque prodest ignorantia; optimè aduertit *doctiss. Couarru. d. c. 13. num. 3. in fine.*

Tertia conclusio.

25 Tertius comparens ad infringēdum iura actoris, non quidem coadiuuando reum, sed potius petēdo illum cōdemnari ad rem per actorem

rem petitam, sibi tertio restituendã: vnde litigium dirigitur principaliter contra reum conuentum, & in consequentiam excluditur actor; & tunc erit admittendus hic tertius, siue sciens, siue ignorans litem motam ad proprij iuris probationem absque læsione status prioris causæ, neque impedita eius exequutione, dummodò eidem venienti succurratur salutari cautionis remedio tradito *per Cōsult. in d.l.is à quo de rei vendicat. & in l. penult. de petit. hæred.* quomodò eleganter decisum fuit *per Rot. Roman. decis.4. in antiquior. cuius post Felin. meminit Couar. d.lib. pract. qq. cap.* 14. n.4 dicens, id procedere, præsertim vbi tẽpore, quo tertius cōparet, cōclusũ sit in causa, vel didicita sint testificata, sequitur *Io. Vinc. de Anna allegat. 76. num. 5. & 6. Honded cons. 25. num. 22. & 23. Ludouis. decis. Lucen. 56. nu. nu. 2. & 3. & decis. Perus. 26. cum alijs quos sequitur Giurba dicta decis. 1. num. 33. vers. si contrarium Christof. Mart. decis. 13. Rot. Senen. num. 25.* quidquid *Peguer. decis.* 267. *num.* 3. dicat seruari in Regia Audientia Cataloniæ, quod repellatur tertius ab eo iudicio reseruatis suis iuribus in alio: Et hic casus fuit sollemniter decisus per Sacrum Consilium in causa Isabellæ, & Beatricis de Tapia meæ Auiæ cum Leone Caramanico: in quo iudicio cum subintrasset D. Carolus de Tapia nunc meritissimus Reg. Decanus Collateralis Regij Consilij, & Auunculus meus, petendo, audiri ex integro, suspenso cursu causæ prioris, fuit decisum, esse in eo procedẽdum, adhibito remedio cautionis, de quo in eo textu; & hanc opinionẽ plenè discusso articulo tenuit *Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 66. per tot. D. Reg. Rouit. ad Pragm. 1. de bon. prodit. num. 137. & Imbrian. de 1. & 2. beneficio, consider. 6. num. 47. & seq.*

Quarta conclusio.

26 Tertius veniens principaliter ad infringendum iura actoris, quæ cum suis inter se sunt omninò contraria, dicens, non ad conuẽtum, sed ad ipsum, licet tardè venientem, litis defensionem spectare, reoque nullum competere interesse, quæ est species proposita *per Consult. in d.l. sæpè de re iudic.* prout rectissimè obseruat *Couar. d. cap.* 13. *num.* 3. & est verè casus noster, audiendus est præhabita superiori distinctione scientiæ, vel ignorantiæ litis motæ: nam prior definienda est, vbi sciuerit causam agi; quod probatur tàm expressè, quàm eleganter *in d.l. sæpè*, ibi, *scientibus sẽtentia, quæ inter alios data est, obest, cũ quis de ea re, cuius actio, vel defensio primum sibi competit, sequenti agere patiatur.*

Et quidem ratio non est in obscuro, nàm is ad quem primariò, & principaliter spectat litis actio, vel defensio iuxta terminos *d.l. principaliter C. de liber. caus.* si per alterum agi, vel defendi patiatur, videtur consentire, quod causa per illum tractetur, ideoque acta, & sententia ei nocebunt, vt probat *tex. in d.l. sæpè, & tradit Couar. d. cap. 13. num. 3.* meritoque non poterit prioris causæ expeditionem impedire, sed pati debet, priorem causã agi, cum secus erit, sic constet omninò ignorantiam habuisse illius litis: nam iniquum foret, vt ipso non citato cuius principaliter interest, causa tractetur, quæ possit eidem præiudicium afferre, quod omni iure prohibitum est, & hi sunt termini *text. in d. l. Titia 34. ff. solut. matrim.* & tradit *Couar. d. cap. 14. n. 3. vers. hactenus.* Quidquid contra videatur sentire *Barbos. in d.l. Titia num. 8. & Imbrian. de primo, & secundo benefic. consider. 6. n. 42.* cuius dicta locum habebunt, vbi tertius,

tius se opponens ignorauerit causã agi inter actorem, & reum, vt colligitur ex inferius traditis per *Imbrian. num.* 78. & ita quoque intelligenda est *decisio Rotæ in vna Nolana pensionis* 13. *Iunij* 1611. *coram Sacrato, relata per Oliuer. Beltram. in addit. ad decis.* 259. *Ludouis. num.* 8. *& per Ricc. in collect. par.* 7. *collect.* 2936.

Postmodum Sacrum Consilium me referente iudicauit, Illustr. Principissam esse ex integro audiendam, reuocando decretum Magnæ Curiæ Vicariæ, non quod dubitauerit de veritate supradictarum conclusionũ. Sed habuit pro vero, scientiam præsumptam Illust. Principissæ ipsi non offecisse quòad hoc vt nequeat pro suo principali interesse nouum iudicium inchoare, *iuxta tex. in d. l. item*
27 *veniunt* §. *petitam de petit. hered.* eòquod, vbi agitur de præiudicio alicuius, non sufficit præsumpta, sed requiritur certa scientia, vt perbellè censuit *Rot. Roman. decis.* 507. *num.* 8. *& latiùs decis.* 621. *inter nouiss. collect. per Farinac. par.* 1. *to.* 2. Ad materiam tamẽ tertij veniẽtis ad causã, quãdo possit retardare iudicium, siue ipsius executionem, videndi sunt *Felin. in c. cum super de re iudic.* qui congerit triginta sex declarationes, *Facchin. lib.* 5. *controu. cap.* 5. *Dueñas reg.* 224. *Diaz reg.* 166. *cum alijs relatis per Stephan. Gratian. disccept. forens. to.* 3. *c.* 439. *in princ.* Sed nouissimè supra omnes materiam feliciter declarauit *D. Reg. Rouit. in suis decis. dec.* 1. ad quam recurrendo amplius de ea non sitiet vnusquisque.

SVMMARIVM.

1 *VSuræ non debentur nisi ex mora.*
2 *.. etiam si mercator sit creditor, & solitus negotiari.*
3 *.. et fructus rei percipiat.*
4 *Contractus inæqualitas cessat ex partium voluntate.*
5 *Dilatione concessa debitor non dicitur constitutus in mora.*
6 *.. Pendente, potest de interesse, seu vsuris pacisci.*
7 *Vsuræ non debent transcendere fructuum valorem.*
8 *Pacto legis commissoriæ renunciare videtur is, qui post terminum præfixum pretium, vel vsuras recepit.*
9 *Vsurarum receptio repugnat pretij solutioni.*
10 *Electione vnius ex contrarijs videtur alteri renunciatum.*
11 *Vsuras recipiens, censetur contractum approbare, & a rescissione recedere.*
12 *Pacto legis commissoriæ extincto, non licet ad illud redire.*
13 *Fructus societatis recipiens post lapsũ termini ad præstandum fideiussionẽ, censetur pdictæ pstationi renũciasse.*
14 *Pactum affrancandi censetur resolutum per receptionem pretij.*
15 Decisio notabilis Sac. Rot. Roman.
16 *Rescissioni cõtractus obtentę à creditore tacitè videtur renunciatum per receptionem tertiarum.*
17 Text. in l. 2. C. de iur. dom. impetr. *procedit data actuũ incõpatibilitate.*
18 *Caducitas cẽsetur à domino remissa ob receptionem canonis ab emphyteota.*
19 *Prorogatio termini ad soluẽdũ sortẽ inducitur p usurarũ receptionẽ post illũ.*
20 *Iusiurandum habet uim clausulæ,* rato manente pacto.
21 *Clausula,* rato manente pacto, *quid operetur.*
22 *Periurium iam incursum non potest creditor remittere, sed bene pœnam eius ratione sibi debitam.*
23 *Actus, per quem res reducitur ad suam naturam, facilius conceditur.*
24 *Debitum ex una causa non est incõueniens, quod conuertatur in aliam.*
25 *Pactũ de restituẽdo sortẽ apponitur fauore debitoris in contractu censuali.*

Dilatione concessa debitori ad soluendum debitum non esse improbatum de vsuris, siue interesse pacisci, sed creditorem, qui post diem præfixum eas receperit, censeri à pacto resolutionis contractus recessisse.

CAPVT XXXI.



Vamus id regulare sit in omni vsurarum materia, siue ratione
1 lucri cessantis, siue damni emergẽtis, vt illę non debeantur, cessante debitoris mora *ad tex. in l. lecta vers. sed cum sortis ff. si cert. pet. l. cum quidam §. si pupillo de usur. l. in hac ff. de condict. triticar.* & docet *Felin. in cap. cum P. & G. num. 1. de offic. delegat. Dec. in cap. cum venerabilis nu. 14. vers. quantum de except. Couar. lib. 3. var. cap. 4. num. 2. & infinitos refert Caualcan. decis. 2. nu. 27. & seq. par. 2. & decis. 22. num. 5. par. 4.* & faciunt
2 notata *per Surd. decis. 260. & 262.* quos sequitur *Mastrill. decis. 16. nu. 6. Ludouis. decis. 147. num. 2.* etiam si creditor sit mercator, & solitus cum pecunia negotiari, prout tenet *Aretin. cons. 9. ad finem, Crauett. cons. 87. ad finem, & sequitur Barbos. in l. de diuisione num. 67. ff. solut. matrim.* & quan-
3 tumcunque debitor emptor sit, & fructus rei percipiat; nam non data mora non currunt vsuræ, sicque limitari regulam *textus in l. curabit C. de action. empt. ex Afflict. dec. 20. in fin. Paris. in cap. cum venerabilis col. 8. de except. defendit idem Barbos. loco cit. num. 69. & 70.* dicens, hoc posse admitti in terminis *d. l. curabit*, eò quod
4 stante partium voluntate, cessat inęqualitas contractus, *arg. tex. in l. cum donationes C. de transact.* præsertim si venditor dilationem dederit suo de-
5 bitori ad pretium soluendum, quia tunc nõ dicitur in mora constitutus, vt per *Caualcan. in locis superiùs allegatis, & alios plures relatos per Ioannẽ Franciscum de Ponte cons. 2. nu. 120. & seq. Mastrill. d. decis. 16. numer. 5. & Barbos. loco cit. nu. 68. vers. quamuis igitur.*

Nihilominus ex eodem *textu in d. l. lecta in principio si cert. pet.* ibi; *Con-*
6 *uenitque inter nos &c.* satis expresè probatur, quod si specialiter conuentum sit, vt dilatione durante vsuræ pretij solui debeãt, certè valebit hoc pactum: idque placuit etiam *Paulo de Castr. in l. Iulianus §. ex uendito de action. empt. nu. 3. post med. & Alexan. Curt. iunior. Alciat. & Dec. in d. l. lecta,* & probari videtur *ex text. in l. Lutius ff. depositi, & tenet Alexan. cons. 221. n. 8. lib. 2. & alij quos est secutus Barbos. ibid. num. 71. & 72. Rot. Roman. decis. 372. num. 6. inter totidem criminum, & testium collectas per Farinac.* vbi pluries sic fuisse determinatum, *Regens de Ponte de potest. Proreg. titul. 4. de regalib. imposit. §. 5. num. 68. vers. Io. And.* dicẽs esse communẽ opinionẽ, & nedũ de incerto interesse, sed
7 etiam de quantitate certa, & taxata respectu illius valebit cõuẽtio, dũmodo verosimiliter non excedat fructuum percipiendorum rationem, *Bald.*

Bald.Nouell.de dot.par.7.priuileg.3.n. 3.Cagnol.in d.l. curabit num.57. C.de action. empt. Anchar.in qq.famil.lib. 2.quaest.33.num.4.Couar.loc.cit. nu. 6. dum tamen creditor mercator sit, vel aliàs solitus negotiari, *Couar.d.c. 4.num.5.Guttier. de iuram. confirmat. par. 1.cap.2.num.5. & 6. Barbos. loc. proximè cit.* latiusque prosequitur etiam ex Theologorum placitis cōprobando *Reg. de Ponte dicto titul. de regal. impos.§.5.num.70. & seq.* concludens tandē hāc esse quęstionē de indubitabili in hoc Regno ex immemorabili consuetudine sic cōtrahendi, secundum quam semper fuit iudicatum talem cōuentionem validam esse, eo quod emptiones sunt semper promptae, & paratae; ideoque nemo praesumitur tenere pecuniam otiosā in arca, quāuis mercator non sit: quo casu omni iure debetur interesse lucri cessantis etiam ei, qui non consueuit negotiari, secundum *Anchar. cons.150.& Castren.in l.diuortio nu.6. in fin.solut.matrim. & alios relatos per Surd.decis.262.num.1.*

His fundamentis iustissimus visus fuit cōtractus vēditionis certae quātitatis animalium Bubalinorum factę per Franciscum Antonium de Ragona V.I.D. Ioanni Nicolao de Vicarijs Ciuitatis Salerni, habita ei fide de pretio per quadriennium hac lege, vt interim solueret vsuras ad rationem septem pro centenario. Sed quia elapsa dilatione praedicta ipse Franciscus Antonius venditor per aliud tantundem distulit pretium illud petere, recipiendo quoque vsuras: cum postea egerit in Mag. Cur. Vicariae sup tenore illius instrumēti, illudq; intenderet liquidare cōtra ipsum Ioanē Nicolaum pro capitali vigore pacti rescissorij in eo appositi.

Excipiebat emptor, praedicto pacto iam nō posse, vti venditorē ipsū, eoquod per receptionem praedictarum vsurarum censetur ab eo recessisse, & proinde esse in ipsius electione, vel vsuras pendere, vel sortem restituere. Est namque huiusmodi pactum rescissorium ad instar pacti legis commissoriae, cui renunciasse vi-
8 detur creditor, si post lapsum termini pretium rei petat; vnde resolutionem contractus intendere iam non poterit, *ad tex. in l. post diem*, ibi, *legi commissoriae renunciare videtur, nec variare, & ad hanc redire potest ff.eod. tit.* & clarius ad rem nostram *in l.commissoria C.de pact. inter empt. & vendit.* vbi propriè de vsuris pretij rei venditae sermo fit, ex quarum receptione post tempus praestitutum non licere ad commissoriam redire, rescribit Imperator. Cuius decisionis ratio in
9 promptu habetur: nam vsurarum petitio repugnat ex diametro pretij receptioni, vt bene aduertit *glos. ibidem in verb. vendicationem*; ideò cre-
10 ditor eligendo vnum ex contrarijs, censetur alij renunciasse, *l.mater de inoffic.testam.* ad quā regulam exornandam plura congerit *Ferdinand. Gargiareus lib.2.patrociniorū, patroc. 9.* cui ipse aliam addo: nam recipiens vsurarum solutionem censetur contractum approbare, eoque vti; vnde dicēdum est recedere à pacto rescissorio, quia haec duo stare simul non possunt, nō secus ac si creditor vellet simul, & semel contractū sustinere, & rescindere, vt post *Dec. in l. cū proponas limit.5.C.de pact.Rolan.cons.69. num.46.lib.4. Surd. de alimen.tit.9. q. 26.num.132.in fine, docet Gratian. discept.forens.cap.151.num.5.Castracan. de sociec.cap.69.num.8. Bald. Aretin. Surdus, & alij relati per doctissimum D. Marium Cutelli decis.1.oratione 1.nu. 119.* constanter affirmantem, eum, qui petit interesse, resolutioni contractus, qua vti poterat vigore pacti, vel

dieci lapſus cenſeri renunciaſſe, &
12 perbellè rariocinatur *Ruin.conſ.*155.
*nu.*11. dicens pacto legis commiſſo-
riæ extincto non licere ad aliud redi-
re *Crauett.conſ.*106.*num.*2. *vbi plura*,
*Surd.conſ.*104.*per tot.lib.*1. *Gratian.to.*
2.*diſcept.forenſ.cap.*301.*num.*59.

His conſequens eſt, vt in contra-
ctu ſocietatis cenſeatur remiſſa datio
13 fideiuſſorum, infra certum tempus
promiſſa ex receptione fructuum ip-
ſius ſocietatis *Gratian. dicto cap.*301.
*num.*36. *Caſtracan.d.cap.*69.*nu.*8.

Idque in ſpecie procedit in pacto
affrancandi poſito infra tale tempus;
nam p receptionẽ pretij cenſetur ab
14 ipſo receſſum *Caualcan. d. deciſ.* 16.
*num.*38.*par.*2. *Ioann.* Bapt. *Coſta de*
*ration. ratæ q.*83.*num.*7.

Ideo *Rota Romana in nouiſſimis*
15 *par.*4. *deciſ.*805.notabiliter tenuit,
quod debitor, qui fideiuſſores intra
certum terminum præſtare tenebatur
ſuo creditori, & niſi præſtiterit, in-
tegrum debitum ſoluere teneatur, ſi
eo elapſo receperit vſuras, ſeu inte-
reſſe pro terminis decurſis, non po-
teſt amplius pro integro debito mo-
leſtari, eoquod creditor per earum
ſummarum receptionem videtur re-
ceſſiſſe ab actione illud petendi.

Sed quod magis eſt prædicta vera
ſunt, non tantùm antequã cõtractus
16 reſcindatur, ſed etiã facta reſciſsio-
ne, ſi creditor receperit adhuc ter-
tias, prout ante reſciſsionem recipie-
bat, contractus adhuc remanet inte-
ger, & reſolutioni ipſius videtur re-
nunciatum, prout probari *ex tex. in*
*l.*2.*C.de iur.domin. impetran.* in quo
creditor recipiendo vſuras crediti,
poſtquam dominium pignoris ſibi
quæſitum eſt, cenſetur renunciaſſe
dominio prædicto, eoquod non poſ-
ſũt ſtare ſimul, eſſe dominum pigno-
ris, & iure creditoris exigere vſuras
expreſsè tenet *Philip. Paſcal.de virib.*
17 *patr.poteſt.par.*4.*cap.*6.*num.*19. nec
diſſentit *D. Reg. Rouit.ad Pragm.*1. *de*
*cenſib.num.*42. *verſ. non obſtat*, vbi
datur actuum incompatibilitas.

Et facit, quod communiter tradũt
18 *DD.* nẽpè vt dominus rei emphiteo-
ticæ recipiendo canonem ab emphi-
teota cenſeatur remittere caducitatẽ
incurſam, qua de re latè agit *Menoch.*
*de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.* 112. *vbi*
*num.*11. fatetur non ſolere ab hac
opinione recedi in iudicijs, *Surd.dec.*
317.*per tot.Ruinus d.conſ.*155.*num.*8.
Caſtracan.d.cap. 69. *num.*8. *Gratian.*
*cap.*152.*num.*12. & 15. & *cap.*302.
*numer.*10. *Paſcal.d.cap.*6. *numer.*18.
de eiuſque veritate ſatis diſſerit *D.*
*Reg. Rouit.loc.cit.num.*41. & 42.

Et non deeſt nobis punctualis de-
ciſio in materia prorogationis termi-
ni ad ſoluendum ſortem principalẽ,
Gaſpar. enim *Theſaur.lib.*2.*qq.forenſ.*
*cap.*54. *in fine* refert, prorogationem
19 termini ſatis conſtare ex receptione
vſurarum poſt lapſum ipſius. Vnde
dicit, quod ſi creditor prorogauit tẽ-
pus ſuo debitori, vel expreſsè, vel ta-
citè, recipiendo vſuras medij tempo-
ris, tunc fideiuſſor præſtitus ad ſoluẽ-
dum ſortem principalem infra illud,
erit liberatus, & in hanc partem in-
clinaſſe Senatum Pedamontanum.
Cõſequitur ergò parem vim obtine-
re quoad termini prorogationẽ vſu-
rarum receptio, vel expreſſa conuen-
tio.

Neque his quidquam obſtabit ius-
20 iurandum in contractu prædictæ vẽ-
ditionis appoſitum, quod habet vim
clauſulæ, *rato manente pacto*, vt per
*Alex.conſ.*206.*col.*2.*in principio lib.*7.
Seraph.de priuileg.iuram. priuileg. 85.
*nu.*2. cuius effectus is eſt præcipuus,
21 vt poſsit ſimul creditor recipere pœ-
nam, & petere reſolutionem contra-
ctus ex pacto reſciſſorio propter in-
obſeruantiam, *gloſ.notab.in l.fi. verb.*

videant

videant in fine de eo, quod certo loco, Corneus conf. 179. num. 1. lib. 2. & conf. 40. nu. 9. ad fin. lib. 4. Alex. d. conf. 106. col. 1. in fine, & latè demonstrat *Asinius de execution. §. 9. c. 122. nu. 2. cum sequen.* quos pro dubitandi ratione refert *Gratian. discept. forens. cap. 302. nu. 5.* nam idem *Gratian. ibid. & cap.*
22 *301. num. 69.* obiectioni satisfacit: eò quod licet creditor non possit suo debitori remittere periurium iam incursum, *ex Bart. in l. Labeo de iureiuran. Alexand. conf. 17. num. 5. lib. 3.* poterit nihilominus pœnam ex periurio incursam ipsi debitam remittere, vt per *Gozadin. conf. 28. nu. 28. Felin. in cap. 1. num. 2. de iureiuran. Aloysium de Leo in d. l. commissoria nu. 9. & 10. C. de pact. inter empt. & vendit. cum aliis per ipsum relatis*: idque locum habere non solum in remissione expressa, sed etiam tacita, *ex Felin. in d. cap. 1. nu. 6. vers. vnum etiam relatione dignum de iureiuran.*

Quæ omnia fortiùs conuincunt in casu nostro, cum per eam tacitam termini prorogationem reducatur con-
23 tractus ad suam propriam naturam, quod faciliùs concedi debet, *arg. tex. in l. si vnus, §. pactus ne peteret de pact. & in l. filio, quem pater de liber. & posthum.* prout in simili considerat *Oroscius in l. iuris gentium §. quinimo, & num. 49. de pact. Felician. in proœm. de censib. numer. 23.* etenim non est inconueniens, vt debitum ex causa venditionis conuertatur in contra-
24 ctum censualem ex fictione *text. in l. singularia si cert. pet. & diffusè traditis per Mastrill. decis. 16. nu. 5. & 9. Foller. super bulla in verb. huiusmodi num. 95. Bertrand. conf. 91. num. 7. lib. 3. Molina de iust. & iur. lib. 2. disputat. 390. Salas de censib. dub. 8. num. 5. & 8.* vbi contrarijs respondet: huius autem ea est natura, vt sors nunquam peti possit, pendente vsurarum solutione, &
25 pactum de restituendo sortem, vel dissoluendo contractum esse appositum fauore debitoris, vt latè defendit *Felician. de censib. lib. 1. cap. 7. n. 15. vers. verum cum altius, Roder. de ann. reddit. lib. 1. q. 18.*

Hæc considerabantur in Mag. C. Vic. ad impediendam instrumenti liquidationem per creditorem intentatam pro sorte principali, eademque in causa fuere, vt partes amicabiliter negotium componerent. Nobis autem quæ ad nouam quæstionem excitauimus, non iniucundum videtur posteris tradere.

SVMMARIVM.

1 Renunciationes, quæ fiunt per filias, in dubio præsumuntur factæ contemplatione fratrum suorum.
2 Filia, siue soror renuncians, deficientibus fratribus admittitur ad successionem renunciatam.
3 Verba dispositionis cui conueniunt, eidem conuenire debet dispositio.
4 Proximior vocatus ad successionem is dicitur, qui talis reperitur tempore, quo defertur.
5 Dispositio, cuius effectus differtur in certum casum, vel tempus, secundum illud tẽpus, vel casum cõsiderãda est.
6 Renunciationes, quæ per filias fiunt, sunt stricti iuris.
7 .. factæ patri pro se & hæredibus suis, sibi soli ius quærunt.
8 .. præsumuntur factæ contemplatione omnium fratrum, non tantum vtrinque coniunctorum.
9 Dispositio omnis semper censetur conformis dispositioni legis.
10 Filij ex diuersis matribus succedunt patri æqualiter, sed suæ matri vnusquisque.
11 Fratri vtrinque coniuncto succedunt fratres ex vtroque latere.
12 Renunciatio, & repudiatio qualiter differant

differant inter se.

13 *Portio vacans hæreditatis non dũ adita spectat per ius accrescendi ad aliã portionem, non autem ad personas.*

14 *Affectio maior præsumitur erga propriam sobolem, & posteritatem.*

15 *Pater semper præsumitur velle æqualitatem seruari inter liberos.*

16 *Secundæ nuptiæ quare sint contrahentibus odiosæ.*

17 *Affectio magis præsumitur erga personas testatori cognitas.*

18 *Maritus conuolando ad secundas nuptias amittit omnia, quæ titulo lucratiuo habuit ex prima vxore.*

19 *Dispositio, in qua simpliciter est facta mentio filiorum, in dubio intelligitur de filijs primi matrimonii.*

20 *Ex donatione contemplatione matrimonii facta filijs, acquiritur ius filiis ex illo matrimonio tantum.*

21 *Legatum factum viro, & vxori susceptis liberis intelligitur de susceptis ex eo matrimonio, non ex aliis.*

22 *Renunciatio semper intelligitur rebus sic stantibus.*

23 *Dictio*, aliorum, *est repetitiua similium.*

24 *Substitutio facta per verbum*, alium, vel alios superuenientes, *quid importet.*

25 *Verbum*. hæredibus, *in renunciatione appositum restringitur ad filios data coniectura affectionis erga eos.*

26 *Inuestitura dicitur fons, origo, & causa deuolutionis feudorum.*

27 *Tenor inuestituræ seruandus est, licet repugnet naturæ feudorum.*

28 *Verbum*, hæredibus, *etiam in feudis ad filios impropriatur data coniectura affectionis testatoris.*

29 *ubi adiungitur dictioni*, masculis, *semper intelligitur de filiis.*

30 *Verba intelligi debent in potiori significatu.*

31 *Filia renuncians paternæ hæreditati. deficientibus fratribus vtrinque cõiunctis admittitur ad eorundem bonorum successionem.*

32 *Statutum excludens filiam dotatam à successione, intelligitur per filios ex primo matrimonio, non autem ex secundo.*

33 *... deferens lucrum dotis marito, si mulier decedat sine filiis, intelligitur de natis ex eo matrimonio, non ex alio.*

34 *Renunciatio facta patri pro se, & filiis, seu hæredibus quibuscunque prodest tã fratribus vtrinq; coniunctis, quàm consanguineis.*

35 *Regula, indefinita æquipollet vniuersali, non procedit in odiosis.*

36 *Consuetudines Ciuitatis Neapolis vniformiter admittunt fratres vtrinque coniunctos, & consanguineos ad exclusionem sororum.*

Filiam, quæ accepta dote patri stipulanti pro se, & filijs, siue hæredibus, maternis bonis renunciauit, deficientibus fratribus vtrinque coniunctis non esse prohibitam in eis succedere propter consanguineorum existentiam.

CAPVT XXXII.

RENUNCIATIONES, quæ pactis dotalibus inseruntur ad formam traditam *in cap. quamuis pactum de pact. in 6.* in dubio censeri factas per filias con-

1 contemplatione fratrum suorum cō-
muniter receptum est apud Nostra-
tes, sic namque scripsit *Bald. cons.
437.dub.2.lib.1. Couar.in d. c. quam-
uis pactum,§.3.num.4. ubi Io. Guttier.
uerbo omninò seruari num. 14. Maran.
disput.10.num.27.in princ.Capic.decis.
190.Reg.de Ponte cons.39.cum alijs re-
latis per Franc.Molino de rit.nupt.lib.*
2 *3.q.85.num.7.& q.92.num.26.*adeo-
que deficientibus ipsis fratribus ad-
mittitur ad successionem renunciatā
soror ipsa, siue filia pacto non obstan-
te, *ex Bald.d.cons.437.de Pont. d.cons.
39.Lanar. cons.49. Mastrill. post alios
decis.65.num.14. Capic.d. decis.190.
Cardin.Tusc.pract.concl. tom.5. lit.R.
conclus.181.num.17.& 55.Crass. post
plures de success.§.successio quaestione 10.
num.11.& 12. D.Reg. Rouit. cons.43.
num.1.8.& 9. uolum.1.& decis.10.nu.
8.& dec.22.n.6. Mar.Antonin.uar.re-
solut.lib.2.resol.69. cas.22. uers.secun-
dò quia, Thomat.dec. Rot. Macer.50.
nu.62.et 65.& seqq. Viscon.in suis cō-
clusion.iur.uerbo filia, uel soror, elegan-
ter Anton. Gomez ad l. Tauri 22. nu-
mer.11.*

Sed an sit idem statuendum, vbi
supersint patri, cui fuit renunciatum,
filij ex alio matrimonio, qui fratres
consanguinei sint renunciantis, ita vt
pari modo excludant ipsi sororem, si-
cut vtrinque coniuncti: magna equi-
dem, & anceps est iuris controuer-
sia, quæ incidit in parua causa
vertente in M.C.V. Inter Vincentiā
Pittarellam, & Thomam Pittarellam:
hæc enim Vincentia dote accepta
renunciauit in beneficium Nicolai
patris dotantis, subditque hæc ver-
ba; *& Petri Pittarelli filii, & alio-
rum filiorum legitimè procreandorum
masculorum tantum*. Defuncto post
hæc Petro fratre vtrinque coniun-
cto, & postmodum Lucretia Carbo-
naria vxore ipsius Nicolai, & com-
muni matre, secundas iniuit nuptias
Nicolaus ipse, ex quibus ortus est
Thomas, & tandem Nicolao ab hu-
manis euocato relicto hærede prędi-
cto Thoma, disceptatum fuit de do-
tibus maternis, an scilicet ob defectū
Petri fratris vtrinque coniuncti ip-
sius Vincentiæ de iure spectarent ad
Thomam prædictum, fratrem con-
sanguineum ex viribus prædictæ re-
nunciationis; an verò hæc tantum-
modo ad fauorem filiorum ex primo
matrimonio censeatur facta, ita vt eis
deficientibus admitti deberet ipsa
Vincentia excluso Thoma prædi-
cto?

Dicebatur pro Thoma sibi opitu-
lari, & prodesse renunciationem ip-
sam, cui cōueniunt verba illius, quod
regulare est in omni dispositione ad
3 fauorem alicuius facta, vt eatenus ei
prosit, quatenus verba conueniant,
*l.4.§.toties, de damn.infect.l.quod cōsti-
tutū de milit.testam. latè Tiraq. in l.si
unquam uerb.libertis nu.2.C. de reuo-
can.donat.* afferitque *num.5.* id proce-
dere in quacunque dispositione, siue
legis, siue hominis, *Card. Tusc. pract.
concl.to.8.lit.V.concl.89.in principio*, is
enim tempore delatæ successionis
filius masculus reperitur, ergò omni-
nò ei debetur, *ex text.* insigni *in l. in-
teruenit de legat. praestan.* ibi, *& placet
sufficere in ea necessitudine tunc esse,
quando dies legati cedit*, ex quo dicūt,
4 *DD.* quod quando proximior voca-
tur ad successionem, inspiciendum
est, quis sit proximior tempore, quo
defertur, quamuis tempore factæ dis-
positionis alius esset, *Ruin.cons.96.n.
17.uolum.2. Velasq.ad l.40.Taur.glos.
6.num.10.& glos.18. num.26. & 27.
Anto.Gama.dec.354.n.8.* & dispositio
5 quacunque cuius effectus, & execu-
tio differtur in certum casum, vel tē-
pus, secundum illud tempus, vel ca-
sū consideranda est, *Tiraq.de primog.
quaest.40.*

*quæst.*40.*num.*178.eleganter *Gerard. Mazzol.conf.*3.*num.*35. sunt enim re-
6 nunciationes, quæ per filias fiũt stricti iuris, ideoque ijs personis tantum fauent, quę expresse continentur in illarum verbis, vt post multos notat *Surd. cons.*431. *num.*15. & 20. *lib.*3. vbi multa congerit, & sequitur *Frãc. Molin.de rit.nupt. lib.*3.*q.*79. *num.*7. & 8.& *q.*85.*num.*3.

7 Secundò nam renunciatio facta patri stipulanti pro se, & hæredibus suis sibi soli ius quærit, & non alijs: vnde portio renunciata auget paternam hæreditatem; ideoque defuncto patre eis tantummodo debetur, qui eius personam repræsentant, veluti hæredes; prout ad exclusionem filiæ prioris matrimonij renunciantis ad fauorem hæredum ex secundo, consuluisse *Paul. de Castr. cons.*252. *num.*2. *uolum.*1. *Alexand. cons.*149. *num.*5.*uolum.*7. & alios refert *Surd. cons.*244.*num.*13. subdens hanc esse communem opinionem ex *Boer. dec.* 184.*nu.*4.

Tertiò quia renunciatio in dubio præsumitur facta cõtemplatione om-
8 nium fratrum non tantum vtrinque coniunctorum, & proinde omnibus ex ea ius quæritur, prout ex *Bald.in l. pactum dotali q.*8. *num.*6. *C. de collat. Castrens.in l.*1.§.*inde Neratius ad Trebell.* & alijs arguit *Surd. d. cons.*244. *num.*12.quibus, & alijs rationibus validissimè hanc partem tuetur, & conatur contrarijs respondere.

Verùm enimuerò in controuersia tam difficili, quam insignem, & celebrem meritò appellat *Franc. Molin. loco cit. num.*10. re attentè perpensa censuit Mag.Cur.Vic. ius fauere sorori renunciãti, quod scilicet admittatur renunciatione non obstante ad bonorum maternorum successionem post mortem patris excluso penitus fratre consanguineo: procedendo per infrascriptas conclusiones.

Prima nam regula est in omni dispositione ab homine facta, vt nisi expresse de contrario constet sem-
9 per censeatur conformem se reddere dispositioni legis, ab theoricam *glos. Bart.& aliorum in l.heredes mei §.cum ita ad Trebell.Surd. decis.*272.*nu.*25. *Franc. Molin.d. quæst.*85.*num.*28. &
10 51. constat autem filios ex diuersis matribus succedere patri æqualiter, sed tamen suæ matri vnumquęque, *auth.de heredibus ab intest.uenien.* §. *si quis igitur,Crass.in* §.*successio quæst.*17. *num.*1.& 2.*Franc. de Barry de success. lib.*18.*tit.*1.*nu.*14. *Valentius Forster. de success.lib.*4.*cap.*16. cum alijs, quos
11 sciens prætereo, & fratri vtrinque coniuncto succedere fratres ex vtroque latere nõ autem ex vno *auth.post fratres C de legitim hered. Card. Caualer. decis.*50.*nu* 1 *Pres.de Franch.decis.*26.*num* 8.& *decis.*99. *num.*1. *Ferrer.super constitut.los impuberes glos.* 3. *num.*18 *Crass.de success.ab intest.q.* 31. *num.*1.*Mar.Anton.uar.resol.lib.*2.*resol.* 69.*cas.*14 *uers.in quo fuit resolutum, Viscont. concl. iur. uerb. frater utrinque coniunctus,Marta in summa legal. success.tom.*1.*par.*3.*q.*4.*art.*2. *nu* 1.

Secunda, quoniam portio bonorum maternorum magis dicitur repudiata per filiam, quàm renunciata; differunt enim inter se repudiatio, &
12 renunciatio, eo quod illa fit ad rem nõ dum aditam, hæc ad iam aditam, & acquisitam; cum autem hæreditas matris nõ sit adhuc adita, portio va-
13 cans per ius accrescendi spectat ad aliam portionem nõ autem ad personas, *l.si totam ubi Bar.de acquir. hæredit.l.si ex pluribus de suis, & legitim. hered l.cum ex filia* §. *fin. ff. de uulgar. Bart.in l.re coniuncti num* 48. *de legat* 3.*Cephal.cons.*29.*num.*9.dicens, quod portio assumit naturam portionis cui accrescit, cum alijs cumulatis pe

Surd.

Surd.d.conf.244.nu.4.5.& 6. & hoc est primum argumentum, quo vtitur subtilis *Franc.Aretin.* qui huius sententiæ est acerrimus defensor *conf.90.* prout eum refert *Franc. Molin.loc.sępiùs cit.num.* 11.*cum seqq.* & proinde in fortioribus terminis *Bald.in d.l.pactum dotali q.8.C.de collat.* defendit, quod vbi repudiatio fit per sororem hæreditatis maternæ vni ex fratribus recipienti, adhuc quia nulla præcessit aditio, *l.fuit quæstionis, de acquir. hæred.cum concordan.* ad fratrem pertinere non potest nisi per ius accrescendi, & cum eius iuris ea sit natura, vt portio non accrescat personæ, sed alteri portioni, *d.l.si totam,cum concordan.* ideò fit, vt etsi specificè sit repudiatum vni fratri, adhuc admittantur omnes fratres si adsint, nisi aliqua vrgeret coniectura, qua credendum sit, sororem voluisse portionē illam donationis titulo in fratrem recipientem transferre, quod sequitur etiam *Franc.Molin. loc. sæpius cit.num* 16.*&* 23.

Tertia quia in omni renunciatione quæ fit per filiam magis credendum sit prospectum, & consultum esse fratribus ipsius, quàm aliquid patri recipienti donatum: ad hoc enim concurrit non minus coniectura affectionis ipsius renunciantis,
14 quæ suæ, & non alienæ posteritati consuluisse censetur, & magis sibi coniunctos diligere, ad tradita per *DD. in l. cum auus de cond. & demonstrat. & in l. cum acutissimi C. de fideicommiss.* quàm voluntas e-
15 tiam patris, quę sic semper se habere præsumitur, vt velit æqualitatem inter liberos seruari, ad *text. in l. final. C. commun. vtriusque iudic.* quæ præsumptio facit, vt ad liberos primi matrimonij portio materna transferri velit, nè ex aliena substantia ditentur filij alieni coniugij, quod quidem semper odiosum est, & legibus improbatum,
16 vtpotè quod in se continet tristis & lugubris casus expectationem, quod neque ciuile, neque naturale est, vt inquit *Consultus in l. inter stipulantem §. sacram de verb. oblig. & l. si quis posthumum de liber. & posthum.* & ita quoque argumentatur *Aretin. dicto conf.* 90. prout refert *Molin.loc. cit.num.21.*

Augeo ipse vim huius argumentationis in specie à nobis proposita, in qua, vt diximus, renunciatio, siue repudiatio per filiam facta fuit antequam pater secundas nuptias contraheret, & per consequens filij ex secundo matrimonio cogniti non erant ipsi repudianti; clara est ergò coniectura, quam facit *Aretin.* quod soror censeatur consuluisse fratribus suis vtrinque con-
17 iunctis, ex hoc insuper quia affectio maior præsumitur erga personas, quas testator cognitas habet, quàm ad incognitas, *Molin. de primog. Hispan.lib.3.cap.5.num.53. & Peregr.de fideicomm.art.32.num.67.* vnde *Bart. in l. Lutius §. quæsitum de legat.3. & Bald. in l. iubemus §. fin. C. ad Tertull.* inquiunt, quod soror renuncians in beneficium fratrum, intelligitur de primis fratribus, non de vlterioribus, sequitur *Brun.de statut. art.12. num.140.Card.Tusc.pract.concl. to.6. litera R. conclus.181.num.16. & 49.* affectio enim cadit inter magis sanguine coniunctos, *l. dotem in fin. de castrens. pecul. Afflict. in constit. in aliquibus num.40. Caualcan. dec.5.nu.25. & 32. Mart. in summ. success. legal. tom.2.par.4.q.10.art.1. num.1. & seqq. Gall. conf.20. num.7.* facit *D. Reg.Rouit.conf.94.num.17.*

Quarta, quoniam lex æquissima iustitiæ distributrix semper odio habuit secundas nuptias, liberisque

X ex

ex primis fauet;nam quod attinet ad maritum,voluit eum amittere ſtatim
18 ac conuolauit ad eas omnia, quæ titulo lucratiuo habuit ex prima vxore, vt *in l. fœmina C.de ſecund. nupt. Guid.Pap.deciſ.*228.*Alexand.Trentacinq.var.reſol.lib.* 3.*tit. de matrim. reſol.*5.*ſub num.*31.*verſ. nota in hac materia,Facchin.contr.iur.lib.*3. *cap.*64. *Card.Caualer.deciſ.*50.*numer.*4.*&* 5. *Farinac.deciſ.*638.*num.*3.*par.*1. *to.*2. *Ioann. Anton.de Nigr.ad Cap. Regn. mulier dotarium numer.*56. *cum ſeqq.* vbi pluribus ampliat, & limitat.Quò verò ſpectat ad filios in dubio diſpo-
19 ſitio, in qua ſimpliciter eſt facta mentio filiorum, intelligitur de filijs primi matrimonij, *l. ſi inter virum, de pact. dotalib. l. ſi quid earum in fin. de leg.* 3. & tenet *Fontanell. de pact.nuptial.clauſ.*4. *gloſ.*9. *par.*1. *numer.*20. & facit *text. in l. Diui verſ. pactis quæ matrimonij tempore C. de natur. liber.* ibi, *cum fratribus ex eiſdem parentibus natis*, & inferius; *pro tenore legum, nec non pactorum emo-*
20 *lumenta recipiant*; & per donationem contemplatione matrimonij factam filijs acquiritur ius filijs ex illo matrimonio, non ex alio,prout latè defendit contrarijs reiectis idē *Fontanell. loco proximè citato, & Molina dicto lib.* 3. *q.* 11. *per totam*, &
21 legatum factum viro, & vxori ſuſceptis liberis, intelligitur de liberis ſuſceptis ex eo matrimonio, non de alijs, *l. cum uir, & l. ſi vir de cond. & demonſtr.*

Addo ad huius ſententiæ confirmationem, quod renunciatio filiæ
22 ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus tempore, quo fit, vt proinde alterato rerum ſtatu non ſit ipſa in conſideratione, *Paul. de Caſtr. in l. pactum dotali col.* 2. *verſ. item quæris C.de collat.Maran.diſput.*10. *n.*15. *Napod.in conſuet.ſi moriatur verb. ipſi ſucceſſores, Tiraquell.in præfat. ad l.ſi vnquam num.*111. *verſ. eſt enim qualibet renunciatio,Achill. Pedroch.de interpret.& reſol.contr.num.*289. *& ſeq. D.Reg. Rouit. deciſ.*44.*num.*28.*&* 29. *Steph.Gratian. tom.* 5. *diſcept. forenſ. cap.* 863. *numer.* 17. *& ſeqq. Paul. Staiban. conſil.*46. *numer.* 3. *& ſeqq. Mar. Anton. lib.*2. *var. reſol. reſol.* 55.*numer.* 29.*& ſeqq. Coſta de fact. ſcient. & ignor. cent.* 1. *diſtinct.* 80. *num.*12.*& ſeqq.Cancer.var.reſol.par.* 2.*c.*5.*nu.*46.*& ſeqq.*

Rurſus pondero verbum illud in
23 renunciatione adiectum dictioni *filiorum*, ibi, *& aliorū*, quod eſt repetitiuū ſimilium illorum ad quos refertur,ideoque ad fratres vtrinque coniunctos prout erat Petrus, nō autem ad conſanguineos,qui diſſimiles ſunt eidem ſecundum *gloſ. in l. ſi fugitiui C.de ſeru.fugit. & in c. ſedes de reſcrip. vbi Felin. nu.*6. *Affiict. dec.*244. *n.* 2. *Carau.ad rit.*49 *num.*4. *&* 5. *Gonzal. ad regul.*8.*Cancell.tit.de menſib. & alternat.gloſ.*3.*nu.*22.*& ſeqq. D. Regens Rouit.conſ.*82.*num.*7. *vol.*1. *Gratian. diſcept.forenſ.to.*3.*c.*568.*nu.*34.*&* 35. vnde ſatis ad propoſitum reſpondit *Corn.conſ.*182.*num.*6.*lib.*2.quod ſub-
24 ſtitutio facta per hæc verba, *aliū, vel alios ſuperuenientes*, intelligi debet de filijs, de quibus teſtator antea fuit locutus,& tenet etiam *Pariſ. cōſ.* 20. *num.* 54. *lib.*3. *Alexan. conſ.*204. *numer.*4. *lib.*2. *Ruin. conſil.*130.*num.* 1.*lib.*3.*Menoch.conſ.*328.*nu.*12.*&* 13. *lib.*4.

Vlteriùs etſi renunciatio facta ſit patri pro ſe, & hæredibus,qui eſt caſus, pro quo conſuluit *Surd.*in fauorem fratris cōſanguinei; adhuc data coniectura affectionis erga filios,ſiuè fratres renunciantis, renunciatio
25 reſtringitur ad hæredes tantùm, qui filij ſunt, imò ad filios tātum et ſi hæredes

hæredes non sint, prout tenet *Bald. d.conf.437.num.2. volum.1.* quem sequitur *Bertran.conf.328.nu.2. vol.3.* asserentes ideò renunciationem factam pro se, filijs, & hæredibus non prodesse nisi filijs, & fratribus vtrinque coniūctis, qui magis dilecti præsumuntur renuncianti, quàm consanguinei, eos allegat *Surd. d. conf. 244. num.7.* idemque tenet *Molin. loc. cit. num.57. vers.4.* & probatur egregiè *ex text.* quem ipsi non viderunt *in l. ex facto §.fin.ad Trebell.*

Quinimò & in feudis, in quibus tātum præualet proprietas verborum, vt extra illā nihil fas sit coniecturari, sed semper ipsorū tenor attendēdus
26 sit; quia inuestitura sola dicitur fons, origo, & causa deuolutionis feudorum *cap.1.in fine, de duob.fratr. à Capit.inuestit.vbi And.Alex. Afflict. & alij*; ideoque ipsius series seruanda
27 est, licet repugnet consuetudinibus scriptis, & naturæ feudorum tradit *Bald.in prælud.feudor. num.47. cum alijs relatis per D. meum Regent. Tap. decis.2. Supremi Italiæ Senatus art. 2. num.133.* adhuc inquam verbum illud, *hæredibus*, ad solos filios impropriatur etsi hæredes non sint vbicunque ex coniecturis præsumptio est, quòd testator voluerit filijs magis prospicere, ad tradita per *DD. in l. Gallus §.& si à parente ff. de liber. & posthu.* præsertim si verbo, *hæredibus*,
28 adiungitur dictio, *masculis*, tunc sine dubio intelligitur de filijs, vt tradit *Rayner. de Forliu. in sua disput. incipiente, quidam habens*, & voluit *Bald.in l.Caius ff.solut. matr.* & est *text.in cap.1.§.si clientulus de alienat.feud.pater.* ibi, *hæres masculus, idest filius*, cum alijs ad rem consideratis per *D.meum loc. proximè cit. nu.143. & seqq.*

Si ergò data affectionis coniectura recedimus quandoque à verborū proprietate, ita vt quod de hæredibus scriptum est pro filijs accipimus, multò fortiùs dicendum est, quod de filijs dispositum est in filijs primi matrimonij tantummodo verificari, vt sic conseruetur omnimoda verbo-
29 rum proprietas, & in potiori significatu intelligantur, *l.1.§. qui in perpetuum ff.si ager vectigal. l. 1.§.si is, qui nauem de exercitor. act. Card. Tusc. pract.concl. lit.V. concl.101.* cum alijs relatis per consumatissimum Iurecōsultum *August. Barbos.in opuscul. de axiomatib. iur. vsu frequen. axiom. 222.num.25.* quo argumento, ni fallor, satisfit omninò validiori rationi, cui *Surd.* innititur *d.conf.244.* pro suæ sententiæ confirmatione. Cæteras tàm eruditè, quàm prolixè prosequitur *Franc. Molino d.q.85. à num.49. ad fi.* vbi respondet non solùm argumentis ipsius; sed etiam replicationibus per eum traditis ad rationes *Aretini*, eiusque Sequacium.

Sit proinde conclusio genericè filiam maternæ hæreditati renuncian-
30 tem adeò suæ soboli, & posteritati consuluisse censeri, vt fratribus vtrinque coniunctis deficientibus ipsa admitti debeat, non obstante renunciatione, & si supersint fratres cōsanguinei ex altero matrimonio, siue renunciatio sit facta patri pro se, & filijs tantummodò, siue etiam pro se, & hæredibus iuxta famigeratam illam decisionem *Boerij* 184. quam ferè omnes sequuntur, & præcipuè *Guttier.in d.cap. quamuis pactum nu.62. de pact. in 6.* perbellè *Aluarado de coniectur. ment. defunct.lib.2. cap.3.§.2. num.6. Cancer.var.resolut. p.3.c.15.de renunciat.& post Dec.cōf.396.vol.3.& alios*, hanc sententiam sequitur *Io. Anton. de Nigr.ad Cap.Regn.mulier dotarium num.56.vers.contrariam opinionem*, dicens hanc esse magis æquam, *Molfes.ad Consuet.Neapol.tit.de renunciat.*

q.2.num.8. Ioannes Vinc. de Anna singul.440.

Et hæc procedunt tam si filia renunciauerit post transitum patris ad secunda vota, quæ est species proposita per *Io. Anto. de Nigr. loc. prox. cit.* quàm etiam si ante, vt bene fundat *Molino loco cit. num.30.31. & 32.*

Eamque iuris dispositionem locū habere in terminis statuti excluden-
31 tis filiam dotatam à successione, quę tamen nō excluditur, nisi tantummodo per filios ex primo matrimonio, non autem ex secundo, ita obtinuisse *Salicetum* refert *in l. fęmina §. illud C. de secund. nupt.* & post *Soccin. Corn. Dec.* & alios defendit *Io. Anton. de Nigr. loc. prox. cit. vers. & pro ista parte*, quibus addo eundem *Corn. cons. 314. col.1. volum.4. Soccin. in l. cum vir. de condit. & demonst. Brun. de statut. art.12. q.30. num.297. Costa cons. 57. Concordia fratr. cap.11. nu.11. facit Capic. decis. 92. num.3.*

Et tandem in ea celebri quæstione, quam latè examinat *Signorol. cōs. 37. & 68.* & cum eo *Ias. cons. 115. nu. 4. lib.1.* in statuto deferente lucrum
32 dotis marito, si mulier decedat sine filijs, intelligūt ipsi de filijs ex eo matrimonio, non ex alio, per *tex. in d. l. cum vir uxori. de cond. & demonstr.* sequitur *Roman. cons.231. num.3.* & diffusè prosequitur *Phanut. de lucr. dot. glos. 5. num.3. Boer. decis.276. Card. Tusc. pract. concl. tom.7. lit. S. concl.511. sub nu.18. Aluarado de coniectur at. ment. defunct. d. lib.2. cap.3. §.2. num.3. & 4. Molino d. lib.3. q.11. num.19.*

Vnum quoque notandum censeo ex animaduersis ab eodem *Franc. Molin. loc. sæpiùs cit. num.60.* pro contrarijs huiusmodi opinionibus conciliandis, vt scilicet prædicta *Aretini, & Boerij* procedat, vbi simpliciter de filijs, seu hæredibus mentio facta sit in renunciatione ipsa; contraria
33 autem *Castrensis, Surdi, & aliorum* locum habeat, vbi dictioni, *filijs, seu hæredibus*, adiecta est altera vniuersalis, vt potè omnibus, & quibuscunq; quia in renūciationis materia q̄ stricta, & odiosa est, vt pluribus exornat *idē Molin. q.77. num.7.* non procedit re-
34 gula illa, indefinita æquipollet vniuersali ad theoricam *Bart.* communiter receptam *in l. si pluribus de leg. 2.* cum alijs relatis per eundem *Molino d. lib.3. q.11. num.17. & q.85. nu.59. August. Barbosa axiom. iur. vsu frequen. axiom.123. num.13.*

Intellige tamen supradicta omnia non posse habere locum in mate-
35 ria Consuetudinum huius Fidelissimæ Ciuitatis, in quibus nulla est differentia inter fratres consanguineos, & vtrinque coniunctos ad hoc vt sorores excludantur vt existimat *Mol. sęs. d. tit. de renunciat. q.2. num.10. & 11.*

SVMMARIVM.

1 Collaterale Consiliū impunitatem promittit reuelanti crimen.
2 Impunitatem criminis consequitur qui conscios conuincit.
3 Et qui dat contra socios inditia ad torturam ex cōmuni praxi Tribunaliū.
4 Iudex, qui iurisdictionis solummodò habet exercitium de iure communi potest saluumconductum concedere ex causa, secus in Regno.
5 Securitas perpetua solùm à Supremo Principe concedi potest.
6 Barones Regni habent Iurisdictionem in proprietate ex concessione eisdem facta à Rege Alphonso.
7 ,, posse indultare eos, qui delictū detegerint precedente partis remissione tenet Ioannes Francisus Capiblanc. sed refellitur nu.10.
8 Decisio Mag. Cur. Vic. in Collaterali Consilio.

9 Im-

9 *Impunitatem promittere solùm Princeps potest ei, qui crimen reuelauerit.*

11 Clarus in §. fin. q. 55. vers. *ego certè suspicor declaratur.*

12 *Reus non est decipiendus sub Iudicis credulitate.*

13 *Impunitas promissa ab inferiore ex iusta causa, debet seruari etiam à superiore.*

14 Dominus Reges de Ponte de potest. Proreg. §. 4. nu. 53. *declaratur.*

15 *Barones possunt saluum conductum ad tempus concedere.*

Barones Regni non posse impunitatem, siue indultum promittere reuelanti crimen, etiam præuia partis offensæ remissione, sed id esse supremo Principi reseruatum.

CAPVT XXXIII.



1 AD faciliorem criminũ occultorum dilucidationem solet quãdoque Supmũ Collaterale Consiliũ indulgentiam, siue impunitatem promittere vni, vel duobus ex conscijs, si crimen patefaciãt, seu, vt vulgo dicitur, in verum ponãt, quæ praxis desumpta est *ex tex. in l. non omnes §. final. de re milit.* ibi, *Qui transfugit, & posteà multos latrones apprehendit, & transfugas demonstrauit, posse ei parci Diuus Adrianus rescripsit, Bart. in l. 3. §. final. de cond. ob turpẽ causam, & in l. qui ea mente ff. de furt. D. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de*
2 *prouis. fi:r. solit. §. 4. n. 39.* non tñ sufficiet ad impunitatẽ obtinendã, denũciare, detegere, siue arguere consocios, sed oportet eos conuincere, vt ipsam consequatur, vt docet *Bald. in l. 1. C. quib. ex caus. seru. pro prem. notat Viuius decis. 196. Anton. de Ball. var. tract. tit. de indit. q. 26. & præter eos Albericus in l. Diuus Adrianus nu. 10. de custod. reor. quem sequitur Clar. lib. 5. §. final. q. 27. in fine, & est textus in l. indicare ff. de verb. signif. & docet Paris de Puteo de syndic. verb. premium & D. Capiblanc. ad Prag. 6. de Baron. num. 146.* quod quidem ex communi vsu Tribunalium totius Italiæ est interpretatum, vt sufficiat ad premiũ promissum consequendum, reum da-
3 re inditia legitima ad torturã, vt videre est apud *Giurb. cons. crimin. 22.* & latiùs comprobaui in *cap. .* . præsertim si delictum sit difficilis probationis, vt benè aduertit *Viuius d. deci. 196. num. 7.* & passim video seruari in Mag. Cur. Vic. Sed quæstionis fuit, an hoc liceat Baronibus Regni, qui merum, & mixtum habent Imperium cùm gladij potestate, & quatuor literis arbitrarijs. Occasio sumpta fuit ex banno emanato in Ciuitate Paulæ per Illust. Marchionem Fiscaldi vtilem dominum illius, per quod fuit impunitas promissa vni, vel duobus conscijs reuelantibus homicidiũ cum eius qualitatibus commissum in personam Ioseph de Franza, idque præcedente partis offensę instantia, quæ ipsis reuelantibus remissionem pollicita est. Cuius banni vigore comparuerunt in Curia illa duo criminis participes, & suis depositioni-

bus

bus patefecerunt crimen illud commissum cum assassinij qualitate. Ex quibus inditijs cum fuissent capti prætensi mandantes, ijdem se opposuerũt aduersus prædictas sociorum criminis depositiones, instantes de eis nullam esse habendam rationem, tanquam factis sub spe impunitatis promissæ à non habente eam promittendi potestatem.

4 Pro Barone dicebatur, quæstionẽ posse substineri in Iudice, qui iurisdictionis solummodo habet exercitiũ: & nihilominus iure communi inspecto, ex causa scilicet vt delictum reueletur, posse saluum conductum cõcedere, notat *Bart. in l. si qui reus de publ. iudic.* & latè cumulat concordantes ad regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus *Farinac. de carcer. & carcerat. q. 29.* In Regno autem non licere nisi Proregi, vel cui ipse talem potestatem concedit, expeditum esse docet *D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. solit. §. 4. num. 51. & 53.* multò ergò minus

5 nus talem impunitatem promittere poterit, quæ est ad instar perpetuæ securitatis, cuius concessio ad solum Principem Supremum spectare docet *Bald. in l. reos num. 9. C. de accusat. Menoch. cent. 1. de arbitr. cas. 81. Dom. meus ad lib. 5. Iur. Regni in rub. de guidatic. Farinac. de carcer. & carcerat. q. 29. num. 90.* at in Barone diuersissi-

6 ma quidem est ratio, etenim cum iurisdictionem habeat in proprietate, ex vi concessionis meri, & mixti Imperij à Rege Alphonso eisdem factæ, vt probat *Afflict. in Constit. Regni ea, quæ ad decus in 4. notab.* quo argumento vsus est *Dom. Marinus Frecc. de author. Baron. author. 45.* dum videtur tenere, quod Barones possunt hoc facere ex causa approbata, videlicet, ad comparendum, vel pro veritate indaganda: hoc enim casu inquit *Dominus Regens de Ponte loco citato num. 54.* poterit Baro facere quæ posset proprius Rex, & non est de reseruatis supremæ Principis potestati, idque verum intelligit, præcedente partis remissione; *& Clar. d. §. final. q. 55.* apertè cõcludit, quod vbi impunitas promittitur ab eo, qui aliàs potestatem haberet indulgendi, siue gratiam concedendi (prout sunt Barones in Regno) tunc talis impunitas seruari omninò debet; ergò supponit potuisse concedi. Et nouissimè quæstionem in puncto ponit *Ioann.*

7 *Franc. Capiblanc. ad prag. 6. de Baron. num. 130. & 139.* concluditque licere Baroni indultare eum, qui delictum detegerit, & socios manifestauerit, dommodò id fiat præcedente partis remissione. Ex quibus bannum factum per Marchionem Fiscaldi esse omninò substinendum dicebatur.

8 Verumtamen per Mag. Cur. Vic. in Collaterali Consilio die 20. Aprilis 1633. referente ingeniosissimo Iudice D. Ioanne de Vera fuit habitum pro absoluto, non licere Baronibus Regni talem impunitatem, & indultum etiam ex causis supradictis concedere; etenim negari non potest quin hoc spectet ad supremum Principem ratione supremę potestatis, ad *text. in l. relegati ff. de pœnis, tenet Salicet. in l. cum indulgentia C. de sentent. pass. & Boss. in terminis in tit. de confess. per tortur. num. 11.* vbi ait. *Pertinet enim hæc impunitatis promissio ad solũ Principem, imò ad supremum.* Id etiam tenet *Mastrill. de magistr. lib. 3. cap. 4. num. 310.* & rursus *lib. 4. cap. 16. n. 371.* sic inquit. *Trigesimus secundus casus est, vbi agetur de concedendo actum impunitatis delinquẽtibus ad effectum capiendi bannitum, vel vt delictum aliquod in claro ponant, Bouadil. in eius politic. lib. 3. cap. 13. sub nu. 12.* cum

10 id ad Principem tantùm, & Regem perti-

pertineat, & respondit ad tradita *per Capiblanc. loco cit.* dicens non posse substineri, nisi Baro eam potestatem expresse habeter in priuilegio, *& Mastrill.* sequitur *D. meus Regens Tapia ad Cap. Regn. Misericordiam, & iudiciũ n. 2. sub tit. de abolit. lib. 5. Iur. Reg.*

Et quod dicit *Clarus d. §. final. q. 55. vers. ego certè suspicor* pertinet dũtaxat ad quæstionem ab eo inibi positam, an ex confessione per Iudicem extorta sub spe impunitatis, possit reus cõdemnari, in qua dicit opinionem *Imolæ conf.* 109. quod scilicet nõ possit condemnari, esse æquiorem præsertim vbi is, qui impunitatem promisit posset aliàs gratiam delicti concedere: hoc enim casu dicit promissionem esse à promittente seruãdam; idque euenit non ex eo, quod alius quàm Princeps hanc potestatẽ
12 habeat, sed quia sub iusta credulitate non est reus decipiendus; ergò consecutio facta in contrarium non pcedit. Et quod subdit talem promissionem esse à promittente seruandam, respondet quæstioni, de qua *Dom. Reg. Rouit. ad Pragm. primam de guidatic. num. 55.* vtrum securitas data ab inferiore debeat seruari à superiore: q licet videatur indistinctè tenere, non obligare superiorem ad eius obseruantiam; nos tamen in proposita quæstione aliàs firmauimus, attendendam esse causam, ex
13 qua motus sit inferior ad securitatẽ concedendam: nàm si ea iusta sit, etiam à superiore seruãda est, ex traditis *per Marin. Freccia dicta author. 45. num. 1. vers. quando facit, & Vital. de Camban. in tract. de clauf. verb. nil nouari securitate pendente nu. 7.*

14 Et tradita *per D. Regentem de Ponte dicto §. 4. numero 53. & sequentibus* procedunt in saluocondučto, vt clarè patet ex lectura ipsius, idque in temporali, & ex causa concesso, non autem perpetuo, cuius concessionẽ ad solum Principem spectare diximus: quod conuincitur ex traditis per ipsum *num.* 58. vbi reassumendo concludit, posse indubitanter Barones hoc facere, ea quidẽ ratione, q a idem potest facere Iudex; idemque sentit *Farinac. d. q. 29. de carcer. & carcerat. num.* 111. Quantùm autem distent hi termini ab alijs, de quibus
15 agimus, vel etiam cęci vident; & nos non negamus, Barones posse ad tempus saluumconductum concedere ex traditis per *Frecc. dicta authoritate 45. & Vinc. de Franib. decis.* 370. *& Capiblanc. loco cit. num.* 152. *Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 16. nu.* 188. seruandus tamen à suis Officialibus, & in sua Baronia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse cõformis libello.*
2 .. *proferri non potest, quando vnum est deductum in libello, & aliud in probationibus.*
3 *Petere aliud est, aliud ponere.*
4 Capitulum Regni detestantes, *non tollit ea, quæ competunt reo iure propria defensionis.*
5 *Clausula,* sola facti veritate inspecta, *intelligitur de veritate legibus probata.*
6 *Iudicium ab articulis incipere potest in Regno.*
7 *Agens ex vna causa obtinebit ex alia in probationibus deducta.*
8 *Sententia non conformis libello valet in Regno.*
9 *Iudex, qui procedit,* sola facti veritate inspecta *potest ex causa non deducta, sed probata ferre sententiam.*
10 Textus in l. habebat de instit. act. *declaratur.*
11 *Noua actio noua interpellatione opus habet.*
12 *Clausula.* Petens ius, & iustitiam mini-

ministrari, *quid operetur*.
13 ..*facit*, *vt intentans possessorium obtineat etiam in petitorio*.
14 ..*saluat sententiam non conformem libello*.
15 *Decisiones Sacri. Consilij relatæ* per Ioann. Vinc. de Anna, & Gizarel. *commendantur*.

Sententiam proferri posse in Regno super id, quod est probatum, licet non deductum in libello vigore capit. detestantes, & Ritus Magnæ Cur. Vic. 289.

CAPVT XXXIV.



1 Ententiam debere respondere contentis in libello, vulgatum est apud Nostrates ex *reg. sextus in l. vt fundus, com. diuid.* adeòque *Iureconsultus in l. habebat in principio de institor. action.* &
2 rursus *in l. quod si seruus ff. de in rem verf.* respondet, sententiam proferri non posse, quando vnum est deductũ in libello, & aliud in probationibus. Et quidem vera ratio est, nam aduersus positiones, seu articulos nequit reus se defendere; nec prout aduersus libellũ poterit deliberare, an velit cedere, vel contendere. Vnde si sententia ferretur super contentis in positionibus esset iudicare contra reum
3 indefensum, quod ratio etiam naturalis abhorret. Aliud namque est petere, aliud ponere, prout colligitur ex doctrina *Bald. in l. vbi decretum §. de plano de offic. proconf. num. 1. verf. secus*.

Nec ad hoc quicquam facere videtur dispositio *Capituli* huius Re-
4 gni, quod incipit, *Detestantes*, qua prouisum est, quod in causis ciuilibus procedatur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta: etenim per huiusmodi statutum non intelligitur sublatum id, quod competit reo iure propriæ defensionis, vt aduertit *Bart. in extrauag. ad reprimẽdum verf. sum. mariè num. 3. & Lucas de Penna in l. litibus verf. edictalem C. de agric. & censit. lib. 11.* & rursus clau-
5 sula illa: *Sola facti veritate inspecta*, intelligi debet de veritate legibus probata, prout ex *tex. in l. nemo C. de senten. & interlocut. omn. Iudic.* notat eleganter *Gail. lib. 1. obseruat. 42. nu. 2. & Mynsinger. cent. 2. obseruat. 44. n. 4. Benintend. dec. 44. num. 2.*

Hinc *Ioannes Andr. in cap. ex conquestione de restit. spoliat.* docet, quod quando libellus est particularis, licet in articulis productum esset aliquid pleniùs, & largius, super illo pluri iudicandum non est, quod sequitur *Io. Vinc. de Anna allegat. 47.* Sic ergò cũ creditores Petri Mariæ Ardinghelli egerint in Mag. Cur. Vicariæ vigore instrumenti cum ipso gesti, quo tempore bona super quibus assistentiam petebant, non erant in bonis ipsius: quamuis in positionibus probauerint fuisse in bonis Andreæ patris tẽpore obligationis per ipsum factæ in anno 1595. non possunt obtinere, & proinde conuenti dicebant debere absolui, & actores de nouo agere actione sibi competente ex primo instru-

instrumento iuxta *textum in l. Babius Marcellus de pact. dotal.* quomodò decisum per Sacrum Consilium refert *Afflict. dec. 60.*

At pro creditoribus respondeba-
6 tur, iam scitum esse in Regno iudiciũ ab articulis incipere posse, ipsosque haberi loco petitionis, & proinde nõ esse incongruum quod agens ex vna
7 causa obtineat ex alia, vt bene aduertit *Cauens. in comm. ad prag. dispendia*, dicens sententiam posse proferri ex causa in probationibus deducta: quæ quidem praxis rectè desumitur ex præcitato *capitulo Regni. detestantes*, sed clariùs, & expressiùs *ex ritu Mag. Cur. Vic. 289. in ordine Carauita*, vbi dispon tur nihil officere ineptitudinẽ libelli, vbi ex positionibus, & articulis constet de agentis intentione; ex quo *Carauita in præcedenti ritu 288.*
8 *num. 10.* concludit in Regno valere sententias non conformes libellis. Idque sentiunt quoque *Decius in c. dilecti filij nu. 10. in fine de iudic. Alex. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus n. 8. de verb. obligat. Ruin. Marsilius, Tiraq. & alij relati per Menoch. de arbitr. l. b. 1. q. 18. n. 5. Ias. in l. vnic. col. 15. si cert. pet. Gramat. decis. 19. num. 5. & seq. & decis. 103. nu. 141. Surd. decis. 284. num. 14. Mynsinger. cent. 2. obseru. 44. num. 6. Cacheran. decis. 1. numer. 21.*
9 concludentes, quod Iudex, qui sola facti veritate inspecta procedit, potest ex causa non deducta, sed probata ferre sententiam, *& Alex. consil. 114. num. 6. lib. 6. Iason in d. l. si ita stipulatus §. Chrysogonus nu. 33.* docẽt, quod vbi proceditur in causa sũmariè, nõ attẽditur, quod petierit actor, sed quid appareat illi deberi, sequitur *Rot. Rom. apud Ludouis. decis. 176. num. 2. & decis. 270. num. 6.* & benè declarat *Dom. Ioa. Franc. del Castillo decis. Sicil. 57. tom. 1.* & latè quæstionem exornat *Scaccia de sent. & re iu-*

dic. glos. 14. q. 16. nu. 22. subdens *nu. 23.* quod etiam in causis ordinarijs potest ferri sententia ex probatis, licet non deductis in libello ex rationibus per eum adductis.

Et regulam *text. in d. l. habebat de inſtit. action.* dicebatur habere locum
10 quoties id, quod deducitur in positionibus, seu articulis, est omninò diuersum, & separatum à capitibus cõ-
11 tentis in libello: tunc enim cum noua sit actio, noua opus est interpellatione, vt tenent communiter *DD. in l. 1. ff. de edend. & in cap. final. de libel. oblat. latè Boer. decis. 61. nu. 17. Capic. decis. 96. num. 8.* & in his terminis vera sunt omnia, quæ superius pro conuentis dicta sunt.

Sed quando prima actio intentata in libello ineptè forsan, & minùs concludenter, vel nimis generaliter proposita sit, regula præfata non habet locum: siquidem potest ab actore non solùm declarari, & adaptari in articulis, sed etiam possunt addi noua capita, dum tamen à capitibus contentis, vel specialiter, vel generaliter in libello emanent, & descendãt, vt per *Castrens. & alios in l. scire debemus de uerb. oblig. & per Bal. in l. pen. C. de sent. & interlocut. & in l. vnica C. de sent. quæ pro eo quod interest.*

Idque sine scrupulo procedit ex vi clausulæ passim in libellis apponi solitæ. *Petens ius, & iustitiam ministra-*
12 *ri, isto, & omni modo meliori*; quę quidẽ efficit, vt sentẽtia possit ferri super omne id ꝙ potest elici ex tenore libelli, siue generaliter, siue specialiter, & quãuis super actione inepta conceptus sit, quoquo tamẽ modo pòssit referri ad aliquã actionẽ aptã, Iudex poterit supplere, & sup ea pnũciare, ita tenet *Abb. in c. cũ dilectus de ordin. cognit. & in c. finali in fi. de iureiurãd.* subdẽs, quod per hãc clausulã Iudex poterit impartiri officium suum etiã

non petenti, quemadmodum sentire videtur *Capic.decis.*10.*nu.*21. *&* 23. eo quod actor censetur omne ius deduxisse *per tex. in l.fin.C.de annal except. & Bald.in l.incerti C.de interdict.*
13 notabiliter docet, quod intentãs possessorium cum huiusmodi clausula, obtinebit etiam in petitorio; & ità decisum per Sacrum Consilium refert *Gramat.decis.*19.*num.*16. *Viuius decis.*315.*lib.*2.*num.*5. *Maranta in speculo par.*4. *distinct.*57.*num.*6. *& seq. & par.*6.*membr.*3.*num.*15. *Gail. pract.obseruat.lib.*1.*obseruat.*108.*nu-*
14 *mer.*7. *& obseruat.* 61. *num.*11. & in specie quod huiusmodi clausula saluet sententiam non conformem libello, tenet *Decius in d. l. vinum numer.* 22. *si cert. pet.* quem refert *Scaccia de iudic. tom.* 1. *cap.* 50. *numer.* 26. & ita dissentientes inter se opiniones, decisionesque Sacri Consilij conciliat *doctus Muscatell.in sua praxi par.*1.*glos.petitur.*

Vnde notabiliter *Abbas in cap. Abbate Sancti Siluani de verb. signif.* docet, quod quando vnum est actum, & aliud licet non petitum discussum sit inter partes, potest Iudex super hoc pronunciare, & notat *Afflict.decis.*95. *num.* 18. Ex quibus iustissima
15 fuit decisio Sacri Consilij relata per *Ioan.Vinc.de Anna singul.*312. in qua fuit pronunciatum super positis, & probatis, quamuis petitio fuisset specialis super pascuo syluarum tantum. Magisque iusta fuit alia nouissimè relata per *Gizzarell. dec.*68. *n.* 10 *&* 11. vbi concludit, quod si pars vnam causam deduxit in libello, & aliam probauit, potest ferri sententia, & obtinebit, si tamen super causa probata plenè sit cognitum pro vtraque parte, vt bene aduertit *Beninten. d. decis.*44.*num.*1.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum appositum in contractibus quid operetur.*

2 *Clausula constituti, & precarij in Regno semper censetur apposita in contractibus.*

3 *In bonæ fidei iudicijs debent venire quæ sunt moris, & consuetudinis.*

4 *Notarius tenetur apponere clausulas consuetas, & si eas omittat, subintelliguntur.*

5 *Clausula consueta sunt de natura cõtractus ex consuetudine.*

6 *Notarius potest clausulas consuetas apponere, & superaddere.*

7 *Clausula constituti, & precarij est de natura contractus, & de ratione.*

8 *Decisiones Sacri Consilij in proposito commendantur.*

9 *Notarius non censetur rogatus de clausulis substantialibus.*

10 *..et quæ solent apponi in contractibus ad augendam obligationem.*

11 *..et quæ contractui vires addunt.*

12 *Natura est quid à principio rei connexum.*

13 *Naturalia contractus quæ sint.*

14 *Creditor anterior instrumentarius, in cuius instrumento non apparet clausa constituti, non præfertur posteriorẽ cum ipsa.*

15 *In contractibus quatuor attendenda sunt nempè sollemnia, substantialia, naturalia, & accidentalia.*

16 *Naturalia contractus sunt in duplicĩ differentia.*

17 *Naturalia substantialia contractus quæ sint.*

18 *Naturalia simplicia contractus quæ sint.*

19 *Consuetudo est altera natura.*

20 *Euictio quare dicatur de natura contractus venditionis.*

21 *Creditor præsumitur uelle debitorem suum strictissimè obligatum.*

22 *Expressum uidetur in cõtractibus, quod uerosimiliter voluisse contrahentes creditur.*

23 Pacta

23 *Pacta incontinenti apposita censentur inesse contractui.*

24 *censentur inesse, & si fiat diverso loco.*

25 *Contractus iudicatur sicut de eo, cuius contemplatione gestus est.*

26 *Constitutum nihil operatur absente constitutaria.*

27 *Iuramentum supplet partis præsentiam.*

28 *operatur etiam absque notarij stipulatione.*

Clausulam constituti, & Precarij censeri de natura contractus, & Notarium de ea rogatum. Et de pactis incontinenti appositis, quod operentur contractus correspectiuitatem. Constitutarij absentiam non officere, quin ei actio quæratur ex obligatione iureiurando vallata.

CAPVT XXXV.



Ed quia iudicium assistē-
tiæ fundatur præcipuè
super clausula constituti,
à contrahentibus appo-
sita in instrumentis, vt *per*
pragm 1. *de assistent.* Quæ
1 clausula operatur ciuilis, & naturalis
possessionis translationem apud cre-
ditorem, *l. quod meo ubi DD. de acquir.*
possess. latè Tiraquell. de iur. constit. p. 1.
num. 4. *& seq. Molina de Hisp. primog.*
lib. 4. *cap.* 2. *nu.* 4. *Domin. Gaito de cre-*
dit. cap. 4. *quæsit.* 7. *num.* 802. Cumque
de ea non appareat in contractu ge-
sto cum Andrea Ardinghelli, diceba-
tur per hæredes, tale iudicium non
potuisse institui, & proinde esse ab-
soluendos.

Verùm respondebant credito-
2 res, huiusmodi clausulas de gene-
rali consuetudine, & stylo notario-
rum huius Regni intelligi appositas;
& pro appositis habendas esse. Ea
enim, quæ sunt moris, & consuetudi-
3 nis in bonæ fidei iudicijs debent ve-
nire inquit *textus in l. quod si nolit* §.
quia assidua de ædilit. edict. & est text.
ubi DD. omnes in l. fin. C. de fideiuss. &
in cap. M. Ferrariensis de constit. ibi,
vel fuerit, vel esse debuerit, sicut consue-
uit expressum; quem textum dicunt
Canonistæ esse meliorem de iure ad
hoc, quod clausulæ solitæ appon in
cōtractibus, habentur pro appositis.
Vnde *Anchar. in cap. causam quæ nu.* 7.
4 *de testib.* docet, quod notarius tene-
tur apponere clausulas consuetas, &
si eas omittat, subintelliguntur, *Abb.*
in cap. quoad translationem num. 3. *de*
offic. delegat. Anton. Præposit. Alex. &
alij, quos sequutus refert *Tiraquell.*
de iure constit. par. 3. *limit.* 31. *num.* 9.
& limit. 3. *num.* 37. *Boer. decis.* 182. *nu.*
54. *& decis.* 217. *n.* 6. *Couar. de testam.*
par. 2. *num.* 14. *Anton. Gabr. commun.*
opin. tit. de consuet. conclus. 3. *in princip.*
Vinc. de Franch. decis. 302. *nu.* 4. *Surd.*
decis. 223. *& decis.* 213. *num.* 6. *& dec.*
265. *num.* 63. *Gratian. discept. forens.*
tom. 3. *cap.* 548. *num.* 36. *&* 38. *Molina*
de primog. lib. 4. *cap.* 7. *num.* 3. *Azeued.*
ad l. 15. *n.* 8. *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ recopilat.*

Mantien. ad l. 8. glos. 14. num. 11. tit. 11. lib. 5. noua recopilat. Valasc. de partition. cap. 6. num. 45. & consult. 146. nu. 3. in fine, & num. 15. Farinac. cons. 59. num. 14. vbi additio bona, Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 25. num. 19. cum alijs relatis per Barbo. in tract. de clauf. clausula 111. Adeoque huiusmodi clausulæ consuetæ intelliguntur ap-
5 positæ, vt consuetudo faciat eas de natura contractus, *d. l. final. C. de fideiuss. d. l. quod si nolit §. quia assidua de adilit. edict.* & de his notarius semper censetur rogatus: Vnde patet clau-
6 sulas cõsuetas apponere, & superaddere etiam si à partibus expressæ nõ sint, probat *Soccin. sen. in l. Gallus §. idē credendum num. 4. vers. si verò essemus in dubio de liber. & posthu.* & hãc sententiam mirificè comprobat *Menoch. in cons. 37. à nu. 41.* vbi contrarijs respondet, *Caualcan. decis. 42. num. 53. par. 1. & decis. 16. num. 12. par. 2.* cum alijs relatis *per Mart. in tra7. de clau-*
7 *sulis par. 4. claus. 33. num. 3. & seq.* & in specie, quod clausula constituti, & precarij sit de natura huiusmodi cõtractus tenuit *Gram. decis. 103. n. 109.* ex quo per ipsum constitutum mens contrahentium efficaciùs consequitur suum effectum, *ex Oldrad. consil. 139. Las. in l. ex ea parte in principio col. 2. num. 9. vers. 7. ff. de verb. obligat.* & hanc partem constanter tenuit in nostris terminis *Reuerendiss. Riccius collect. 175.*

8 Ex quibus habemus, decisum fuisse per Sacrum Consilium in anno 1533. assistentiam esse præstandam, & si in instrumento non adsit constitutum, & precarium, sed ratione solius hypothecæ, testatur *Vrsill. ad Afflict. decis. 139.* & ipse vidi similem decisionem eiusdē Sacri Consilij in causa Lucretię Chioiliæ cõtra Ioãnem Franciscum Chioilium de anno 1619. penès Galterium Actuarium.

Ex aduerso replicabatur regulam illam desumptam *ex tex. in d. l. fin. C. de fideiuss. cum concordant suis*, habere
9 plures limitationes, & Prima, notarium non censeri rogatum de clausulis substantialibus, quamuis consuetæ, & solitæ sint apponi, si scriptę nō appareant, vel sint de natura contractus, ita tenet ex pluribus *Dominus Præs. de Franch. decis. 302. num. 8.* & plures alij relati *per Mascard. in citata conclus. 1116. Castillo Siculus decis. 5. num. 18. & 29. tom. 1. Negusant. Paschal. & alij relati per D. Auditorem Dominicum Gaitum in tract. de credit. cap. 4. quæst. 6. num. 251.*

10 Item limitatur in his clausulis, quę solent in contractu apponi ad augendam obligationem, quia hæ clausulæ nequaquam censentur appositæ, *glos. in l. si fundus §. in commissoriam de leg. commiss. vbi Bald. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. dicto tit. 9. num. 78. & Dom. Gaito vbi supra num. 252*, qui id exemplificat in obligatione bonorum.

11 Et rursus notarius nec similiter rogatus censetur de his clausulis, quæ contractui vires, & robur addunt, per quas pleniorem effectum consequitur: quia tales clausulæ ex verosimili mente contrahentium non censentur appositæ. Cùm hoc, quod est velle isto, vel illo modo contrahentes teneri, sit quid facti, quod non præsumitur, nisi expresè probetur, ita tenet post alios *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 9 num. 12.* dicens, quod de his licet solitis nunquam censetur notarius rogatus, *Vinc. de Franch. decis. 567. nu. 3. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 548. num. 39. Dominicus Gaito loco cit. cap. 3. nu. 254. & cap. 4. num. 255.*

Nec verum videtur, quod huiusmodi clausulæ sint de natura contra-
12 ctus, quoniã natura est quid à principio

cipio rei connexum,& non per accidens subsequutum, *vt in l.certi conditio in princ. si cert.pet. & in l. si vnus §.pactus ne peteret vers. quod etiam in speciem dotis ff. de pact. & tradit Bald. in prælud.feud.q.diuis.n.46.* Vnde na-
13 turalia contractus sunt ea, quæ tanquam qualitates innatæ comitantur contractum,cuius virtus ex eis proficiscitur,& semper inesse videntur,nisi pacto tollantur. At nulla lege cauetur,vt in contractibus necessariò debeat apponi clausula constituti, & precarij, & ideò dici non possunt naturalia, quæ iuris effectu inesse dicitur, ita appositè ex pluribus distinguit *Mantic. d. lib. 1. tit. 3. per tot.* & eleganter defendit *Dominicus Gaito dicto cap. 4. quæsit. 11. num.* 2078. ex
14 hoc pro absoluto habes,quod creditor anterior instrumentarius, in cuius instrumento omissæ apparent huiusmodi clausulæ, non præfertur posteriori, qui in suo hypothecam, precarium,& constitutum habet.

Verùm enimuerò, vt quæstio hæc liquidò decidatur, id solùm inuestigari oportet,an verè huiusmodi clausulæ sint de natura contractus, & quomodo hoc accipiendum sit.Quo circa animaduertendum est, in omnibus contractibus quatuor semper
15 attendenda fore, nempè sollemnia, substantialia, naturalia, & accidentalia: quorum tertium est ad nostrum propositũ,seu quæsitũ pertinẽs.Naturalia definit *glos.in l.pacta conuenta, verb.noua emptio de contrahend. empt.* esse qualitates quasdam inductas ab
16 his,quæ extrinsecus accidere possũt, secundum proprios fines, quę tamen dupliciter considerari oportet. Nàm quędam sunt naturalia simpliciter, quædam verò naturalia substantialia, quæ ad instar substantialium si alterentur, immutant contractum: quam distinctionem eleganter suo more ponit *Paul.de Castr.in l.iurisgẽtium §. quinimò col.2. ff.de pact. & sequitur Nicol.Bellon.lib.1.supput.cap.5.*
17 *num.*3. Hæc autem naturalia substãtialia insũt cõtractui in ipsius natiuitate,& formatione, ita vt ab eo separari nequeant, adhuc partibus consentientibus:vt puta cum dicimus de natura contractus venditionis esse, vt dominium ad emptorem transeat, *l.si quis alienum ff.de action. empt.l.ex manu sata* 80. *in fine de contrahend. empt.* hoc ideò quia nec etiam inter partes fieri potest, vt vendita re dominium remaneat penes emptorem, quomodo præ cæteris exponit perbellè *Menoch. cons. 37. n. 13. & sequ.*

Alio autem modo considerantur
18 naturalia contractus simpliciter,quæ sunt qualitates quędam innatę, ex quibus virtus contractus proficiscitur,& semper inesse videntur,nisi pacto tollantur: *Bald.in prælud. feud. diuis.4.num.46.& in l.etiam C.de execut.rei indic.& notat Centius de censib. cap.1.q.3.art.1.num.19. cum seq.* Hęc inquit *Menoch.* non alia ratione dicuntur naturalia, nisi quod frequentiori, & assidua consuetudine ad contractum accesserunt, & ad notarij officium pertinent, & tenetur ea apponere in instrumento, quoniam præsumptio est, partes voluisse contrahere secundum morem, & consuetudinem regionis, nisi expresse contrarium appareat; ideò rectè dicimus, consuetudinem esse al-
19 teram naturam, *l.si quis posthumus ff. de liber. & posthum. & notat Ioannes Andr.in addit.ad Speculat.tit.de fid.instrum.§. instrumentum num.13. & sequitur Menoch.dicto cons.37.num.22.* id exemplificans in clausula euictio-
20 nis, quæ non alia ratione dicitur de natura contractus venditionis, nisi quia à consuetudine profecta est, *d.l. quod si nolit §.quia assidua de adil.edict.*

&

& ita expreſsè ſentit *Surd. deciſ.* 223. *num.* 9. dicens, quod id videtur eſſe de natura contractus, quod eſt de conſuetudine.

Tùm ad propoſitum noſtrum cùm clauſula conſtituti, & præcarij ſolita ſit apponi in contractibus, cur nõ dicendum eſt, ipſam cenſeri appoſitã, & notarium de ipſis cenſeri rogatũ? prout eſſe communem opinionem, & veriorem in puncto iuris, tenuerũt *Felin. in cap. ex literis num.* 13 *verſ. ſed tamen iſtud de fide inſtrum. & Tiraq. in tract. de iur. conſtit. par.* 3. *limit. vlt. num.* 10. & quàm plures alij, quos refert, & ſequitur *Menoch. d. conſ.* 37. *n.* 33. *& ſeq.*

Neque refert, quod nõ ſit dictum in inſtrumẽto, quod extendantur omnes clauſulæ ad conſilium Sapientis, prout fieri ſolet, & ſentiunt *Io. Andr. & Oldrad.* quorum meminit *Menoch. loco cit. & alii, quos refert D. Regens Rouit. ad pragm.* 1. *de aſſiſt. num.* 38. nàm his reſpondent *Felin. Tiraquell. & Menoch. locis cit.*

Nec quidquam facit, quod ex his clauſulis debitor ſtrictiùs, & efficaciùs obligetur. Nàm id quoque
21 veroſimile eſt, vt creditor voluerit debitorem ſuum, quantum fieri poterit, ſtrictiſſimè obligatum, præſertim vbi talis ſtricta obligatio eſt de more, & conſuetudine Regionis. Quã obligationem nec etiam veroſimile eſt voluiſſe effugere debitorem ſui creditoris ope, & auxilio indigẽtem, prout rectè philoſophatur *Tiraquell. de iur. conſtitu. par.* 3. *ampliat.* 31. *n.* 15.

22 Cùm ergò præſumptio hæc veroſimilis ſit menti contrahentium, non erit abſurdum, vt hoc habeatur pro expreſſo, quod tacitè ipſos voluiſſe credendum eſt, quoniam taciti & expreſſi idem eſt iudicium, *vulg. iurib.* imò quando tacitum venit ex natura contractus, id vtique pro expreſſo habetur, vt probat *Iureconſultus in l. cum quis, vbi gloſ. verb. pro tacito, ſi cert. petat. & in l. interdum* 23. *de verb. oblig.*

His accedere dicebatur vnum in facto notandum pro præſentis dubij reſolutione, nempè huiuſmodi inſtrumentum indemnitatis ad fauorẽ Actorum factum fuiſſe vno eodemque die, quo ipſi per primum inſtrumentum ſe obligauerunt Iuliæ Roſſi pro prædicto capitali ducatorum decem mille. Quod quidem cùm fuerit omnibus clauſulis, & ſollemnitatibus vallatum, reddit ſecundum inſtrumẽtum indemnitatis æquè va-
23 lidum, & perfectum, eo quod pacta incontinenti facta cenſentur ineſſe cõtractui, & vnum habet ſe correſpectiuè ad aliud, taliter, vt cenſeantur, quod vnum ſine alio factum nõ eſſet, *ad tex. in l. lecta ff. ſi cert. pet. & in l. petens C. de pact.* & magiſtraliter tradita *per Afflict. dec.* 306. *Gram. deciſ.* 103. *n.* 158. *&* 159. *& Vinc. de Franch. deciſ.* 126. *&* 369. *num.* 3. *verſ. ex aduerſo*, quibus locis pluries ſic deciſum refertur, idemque ſentit *D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud. §.* 1. *num.* 4. *&* 5. Sicque per Rotam Romanam tanquam ſuper re clara determinatũ refert *Farinac. dec.* 527. *in nou. collect. tom.* 3. *Gratian. to.* 4 *diſcept. forenſ. cap.* 624. *num.* 12. *& to.* 5. *cap.* 897. *num.* 13. *&* 14. dicens id pro-
24 cedere, quamuis diuerſo loco fiant contractus, & eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam dicit *D. Dominic. Gaito de credito cap.* 4. *q.* 7. *nu.* 502. adeoque hic contractus indemnitatis eſt correſpectiuus, & acceſſorius primo, quod certum ſit, hos actores nullatenus ſe ipſos fuiſſe obligatos prædictæ Iuliç Roſſi, niſi habita obligatione indemnitatis ab ipſo Andrea Ardinghelli, ad cuius manus pecunia prædictæ Iuliç per-

uenerat

uenerat. Cùm ergò contemplatione prædictæ indemnitatis primus con-
25 tractus gestus sit, de vtroque pariter iudicabitur, sicut de principali,& accessorio, ex *vulg. regul.* quas ad propositum nostrum aptissimè adducit *Surd.conf.* 217.*nu.* 15. *lib.* 2. *post Alciatū conf.* 149. *quod est in meo volumine* 44.*nu.*4.*in fine lib.*8.ideoque in correspectiuis sublato vno alterum corruere, & quamuis sint duo contractus etiam inter diuersas personas gesti,haberi pro vno,latè comprobat *Giurba dec.*85.*n.*18. *cum seq. & sequitur Gratian.to.*4.*capit.*692. *nu.* 38. *& seq.* & in terminis fortioribus *c.* 717. *nu.*14. *&* 15.

Quibus suppositis parum diximus esse immorandum in tertia obiectione de constitutarij præsentia. Nàm
26 quamuis re vera constitutum nil operaretur absente constitutario, antequam ipse contractũ ratũ habeat, vt latè probat *Tiraquell. de iure const. par.*3.*limit.*30.*Thesaur.dec.*70.*n.*7. & alij, quos lata manu congerit *Pascal. de virib.patriæ potest.c.*8.*nu.*157.*uers. sed demum.* hoc non procedit vbi cō-
27 tractus iureiurando vallatus est,quia iuramentum supplet partis præsentiam,vt post non nullos tenet *Thes.d. dec.*70.*n.*8. *vers.sed contrarium,Rolan. conf.*19.*nu.*39.*vol.*1.*Caualcan.dec.*42. *n.*14.*par.*1.*Hadr.Negusant. conf.*395. *nu.*19.*Costa de retrotract.c.*10.*effect.*3. *n.*3.*Magon.dec.Floren.*39.*n.*12.*Surd.*
28 *dec.*10.*in fin.*talemque effectum producere,etiam si non interueniat notarij stipulatio, perbellè probat *Card. Mantic.de tacit.& ambig.conu.tom.*2. *lib.*13.*tit.*7.*per totum* eumque sequitur *eruditiss. Dominic. Gaito in tract. de credit.c.*4.*quæsit.*7. *nu.*814.

Ex quibus latè discussis in Mag. Curia Vicariæ fuit me referente iudicatum esse præstandam assistentiā prædictis creditoribus, eisque non offecisse ineptitudinem libelli, siue illius obscuritatem postea in articulis declaratam, nec minùs clausulam constituti,& constitutarij præsētiam in contractu omissam die. . Iulij 1630.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca non præsumitur inducta,nisi expressè probetur.*
2 *.. non censetur induct: in bonis hæredis ex sola facultate concessa capiēdi de bonis ipsius.*
3 *.. tacita non competit nisi in casibus à iure expressis.*
4 *Emptor fundi emphyteotici non tenetur pro pensione,sed tantum vēditor.*
5 *Personalis actio non sequitur fundi possessorem.*
6 *.. non sequitur rem, etiam vbi aliquid præstari debet ex ipsa.*
7 *Possessor fundi vectigalis quicunque sit,tenetur ad vectigalia.*
8 *Emphyteotici fundi alienatio quare desideret assensum directi domini.*
9 *Possessor ad canonis solutionem non tenetur nisi expressè de hoc conuentū sit,etiam si sit emphyteosis concessa ab Ecclesia.*
10 *Emphyteota ad canonis solutionem tenetur actione personali, idest conditione ex lege.*
11 Textus in §. scire authen. de non alienan.nouiter *dilucidatur.*
12 Baldi opinio in authent.si quas ruinas C.de Sacrosſ.Eccles. *refellitur.*
13 Affliċti decisio 95.*declaratur.*
14 *Hypotheca rem sequitur, & contra tertium possessorem singularem intēdi potest.*
15 Text. in l. fin. C. de censib. lib. 11. *explicatur.*
16 *Fiscus habet tacitam hypothecam pro publicis pensionibus.*
17 *Prædium tributarium est tacitè obligatum pro tributo.*

18 *Hy-*

18 *Hypotheca non datur nisi in oneribus realibus publicis, ex lege, vel superioris indictione.*

19 *Emptor feudi potest conueniri pro seruitio adboa, ad quod vendens tenebatur pro tempore praeterito.*

20 *Feudum censetur hypothecatum pro seruitio militari, & quare.*

Directo emphyteotici fundi domino personalem tantummodò competere actionem pro canonis consequutione, non autem hypothecariam, & declaratur Afflict. decis. 95.

CAPVT XXXVI.



Vm scitum sit apud omnes, bonorum o-
1 bligationem, siue hypothecã nusquã praesumi inductam, nisi legis ministerio, si tacita sit, & si expressa, ex partium conuentione, idque ab allegante expressè probetur, prout digito ostendit *Bald. suo cons. 485. num. 4. vol. 1.* dum agens de eo, qui instrumento publico suo creditori tenetur, nam inquit, *hypotheca est adiectio, quae non praesumitur nisi probetur, licet de personali debito sit factum instrumentum publicum, non ergo sequitur, est debitor instrumentalis ergò interuenit hypotheca*, sicque *Baldo* consentiunt *Bursat. cons. 103. num. 24. volu. 1. aliјque apud Caualcan. decis. 27. n. 9. par. 2.* Hinc est & illud, quod valdè notandum, & menti tenendum monet *Afflict. decis. 201. nu. 2.* quod si in instrumento nõ sint expresse hypothecata bona hae-
2 redis, sed tantùm concessa facultas capiendi de bonis haeredum propria authoritate, non per hoc censebitur inducta hypotheca in bonis haeredis extra causam haereditariam, eum citat *Vinc. de Franch. decis. 321. & Carol. in suis decis. cas. 47. nu. 17.*

Vnde non possum non mirari, quod vetustissimè in praxi seruatum audio in Regijs huius Regni subsellijs, quod in contractibus emphyteoticis indistinctè concedatur Domino directo intendere hypothecariam actionem pro solutione canonis tàm praecedentis, quàm praeteriti temporis contra nouissimum emphyteotã, etiam citta vllam expressam partium hypothecariam cõuentionem, quasi quod lex ipsa id tacitè tribuat, quod contrahentes omittere possunt. Etenim negari non potest id, quod magistraliter resoluit *Bart.* ex eisdẽ iuris principijs superiùs per nos enunciatis *in l. Lucius num. 4. de alimen. legat.*
3 nempè tacitam hypotecam non cõpetere nisi in casibus à iure expressis, quem sequuntur *Bald. in l. 2. C. in quib. caus. pign. cum alijs relatis per Peregr. de fideicom. art. 36. num. 149. Surd. decis. 271. & Rota Roman. in vna Bononien. apud Coccin. decis. 12. Crauett. consil. 872. nu. 2. vol. 5. Morot. cons. 18. nu. 17.* sicq. in terminis nostrae quaestionis arguit *Cald. Pereyra. de iur. emphyt. lib. 4. c. 3. nu. 34.* At benè ad sensum patet *in toto tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypothec.* casum huiusmodi de tacita hypotheca pro canonis consecutione non reperiri expressum, consequens ergò fit erroneum

neum esse hoc asserere, magisque erroneum practicare.

Quod quidem, vt clariùs meridiana luce constaret in quadam causa vertente in M. C. V. inter Nicolaum de Orta, & Horatium de Seraphino; dicebam primos omnium *Dinum*, *& Martinum de Fano Iureconsultos* quæstionem excitasse. si venditus sit
4 per emphyteotã fundus, an ipse, vel emptor conueniatur pro pensione, & respondent, vẽditorem teneri ea scilicet
5 licet ratione, quia personalis actio nõ sequitur fundi possessorem; *l. 1. §. si hæres l. cogi §. vnde quæritur ad Trebell. l. eum cui C. de action.* idque obtinet etiam si obligatio, vel actio persona-
6 lis respectiua sit ad rem, nempè vbi aliquid paciscitur præstandum ex tali fundo ex textu singulari *in l. vltima §. vlti. de contrahend. emp.* Qua de re latè agunt *Anton. Gomez de contract. c. 15. n. 22. & seq.* & ad propositum extollũt *Ias. Rip. Aretin. & alij relati per Valasc. de iur. emphyt. q. 32. nu. 8. Meneses in l. 3. C. de seru. & aqu. nu. 23.* relati per *Caldas loco proximè cit. nu. 19.* vbi concordantes adiungit: ideoque *Dinum, & Martinũ sequitur Alberic. in l. vlt. n. 5. C. de iur. emphyt.* & expressiùs *Bart. ibidem nu. 1.* in hoc differentiam considerans inter fundum ve-
7 ctigalem, & emphyteoticum, quod scilicet possessor illius quicunque, sit obligatus ad vectigalia, *ad text. in l. Imperatores ff. de publican. & in l. 1. & toto tit. C. fine censu, vel reliqu.* vnde tales fundi possunt alienari inrequisito domino, cum se-
8 cus sit in emphyteoticis, quorum alienatio ideò domini assensum desiderat, quia nulla obligatio contrahitur inter dominum directum, & nouum possessorem, nisi expressa sit in prima, vel secunda alienatione, idemque *ex Bart. tradunt Alex. in l. quod dicitur num. 15. vers. sed dic, vbi Ioannes de Imol. nu. 8. vers. sed aduerte de verb. obligat. & rursus Bar. in l. si domus §. si fundus num. 2. de legat. 1. Angel. in l. 2. C. ne rei dominic. Anton. de Butr. in cap. potuit num. 14. & ibi Imol. num. 11. vers. & potest*
9 *esse ratio de locat. & conduct.* qui magis dicunt, id procedere, etiam si sit emphyteosis concessa ab Ecclesia: quibus adstipulatur post alios *Negusant. de pignor. memb. 4. 2. par. num. 127.* vbi amplius respondet contrarijs, sic *& Iason in l. 1. nu. 70. C. de iur. emphyt. Angel. in l. vniuersas C. ne rei domin. vel templor. & Alex. in l. Gallus §. & quidem rectè num. 152. de liber. & posthu.* vbi contrariam *Baldi* opinionem solùm procedere ait, si in contractu sit expressa hypotheca, idemq; tenuit *Roma. consf. 311.* dum consuluit aliter esse agendum domino, quàm per hypothecariam, eamque opinionem vti veriorem placuisse amplissimo Senatui Mantuano refert *Surdus decis. 32. nu. 3. Pinell. in l. 1. par. 2. n. 72. vers. quintò limitatur C. de bon. mater. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 22. n. 43 Fontanell. de pact. nupt. clausf. 4. glos. 18. par. 1. nu. 128. Mastrill. decis. 171. nu. 3. Valasc. de iur. emphyt. q. 4. num. 6. & 7. Cauedo dec. 149. n. 4. p. 1. Intrig. in suis singular. lib. 3. singul. 17. num. 4. Gaspar. Thesaur. lib. 2. qq. forens. q. 15. num. 4.* & latiùs eam defendit *Caldas Pereyra doctiss. Lusitanus d. lib. 4. de emphyt. extinctione cap. 3. num. 25. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 36. nu. 40.* quidquid sibimetipsi contrarius existat *tom. 4. cap. 784. num. 26. & sequent.* Quæ tamen vel ex eo etiam confirmatur, quod communiter re-
10 ceptum sit, emphyteotam ad canonem soluendum teneri actione personali, hoc est condictione ex lege iuxta doctrinam *Accurs. in §. adeò verb. propriam instit. de locat. & conduct. Bart. in l. 1. num. 11. ibique*

Z Iason

Iason num.68.C.de iur.emphyt. Caldas Pereyra dicto titul. 38. cap.3. num.20. Imò ex eo contractu oritur quædam actio specialis quę vocatur actio emphyteosis secundum *Bart. in l. 1. ff. de condiction.ex lege.*

Sed vt euidentiùs Pragmaticorum fallaciam agnoscas, sigillatim ad contraria responsum fuit, & pri-
11 mò ad *textum in §. scire authen. de non alienan.* ex quo *Bald. in authen. si quas ruinas num. 9. versic. sed vltra omnes C. de Sacrosf. Eccles.* dicit esse menti tenendum, quod dominus possit hypothecariam exercere contra possessorem sibi non expressè obligatum pro canonis solutione, tanquam res, quæ ex fructibus debetur: nàm *textus* ille duo proponit, superque eis distinctè, & segregatim disponit. Primum quidem casum nostrum, ibi, *quia si biennio continuo non exoluerint &c.* super quo statuit possessorem fieri omninò extraneum emphyteomatis, quod *Accursius* declarat ibi, *in verb.defendere*, scilicet vindicando, vel condicendo ex lege ista, sicque casus hic primo loco positus definitus remanet. Et proinde ad secundum progreditur, & dum in eo quid agendum proponitur vbi emphyteota deterius fecerit prædium suburbanum, quæstioni respondet, cogendum esse eum de suo diligentiam ac restitutionem prisci status facere, & obligatum esse (id est ad restitutionem ipsam) & hæredes eius, & successores, eiusque res. Non ergò pro canone soluendo tacita rerum hypotheca inducta est, quò pertinet primum propositum, sed pro hoc ipso rantum, quod fundo Ecclesiæ damnum emphyteota intulit; quò pertinet secundum, sicque *textum* illum intelligit *Bart. ibidem numer. 1.* vbi ait; *nota textum ibi (res) hic videtur textus singularissimus inducere tacitam hypothecam contra emphyteotam Ecclesiæ in omnibus suis bonis pro his, quæ debet ratione emphyteosis, sed veritas est, quam indicaui, Imperatorem loqui de emphyteota, qui emphyteosim deteriorauit.* Prærerquam quod & si (quod negandum est) eadem rerum hypotheca ex dicto textu inducta referri posset ad primum casum inibi positum scilicet in quo agitur de emphyteota Ecclesiæ non soluente canonem per biennium, id procederet respectu bonorum ipsius emphyteotæ, non autem prædij emphyteotici, quod patet ex illis verbis *eius res*, quæ interpretatio prętterquam quod mirè conuenit literę illius *textus*, placuit etiam *Caldas Pereyra* postmodum viso, qui prolixiori calamo eam comprobauit *loco cit.num.26.& seq.*

Ex quibus manifestè conuincitur erroneam esse *Baldi* opinionem
12 *in d. authen.si quas ruinas*, vtpotè qui maximoperè deceptus fuit in intellectu *textus in d. §.scire*, in quo fundatur, proindeque de eo nullam esse habendam rationem dicit *Iason in d. l. 1. num. 70. Alexand. & alij, quos refert Surd.dicta decis. 32. num.2. Mastrill. d. decis.171. num. 4.* prætterquam quod idem *Baldus* suo more sibimet contrarius existit *in l. 2. C. ne rei domin. vel templ.* vt benè aduertit *Caldas d.cap.3.nu.34.*

Et ad *Affli. dec.95.* à quo erroneã
13 illam praxim fuisse deductam existimo propter egregiam ipsius in Regno authoritatem, facilis est responsio, si attendatur loqui in casu, quo pro canone soluendo fuit expresse de hypotheca conuentum, prout ipsũ intelligunt *Surd. d.dec.32. nu.6.* vbi ait, *& stante rei obligatione*

hoc

*hoc voluit Afflict.d.decis.*95. & similiter *Mastrill. d.decis.*171. *num.* 11. *Intrigl.dicto singular.*17. *num.*2. sic quoque accipientes dicta *per Amodeum de Ponte quaest. laudemial.*45. *Foller. in prax. censual. verb. huiusmodi num.* 96.*Redoanum de reb.Eccles.non alien. quaest.*17.*num.*63. quod nec nos negamus, cum nihil speciale fiat ob canonis solutionem; sed ex viribus ip-
14 sius pactionis, ex qua hypotheca oritur, quae rem sequitur, & contra tertium singularem possessorem intendi potest, *l.distractis, l.debitorem C.de pignor.cum alijs latè relatis per Neguf. de pignor.par.*8.*num.*1.

Nec rationes,& authoritates ge-
15 nericè traditae per *Afflict.* negotium facessunt, nam *tex.in l.fin.C.de censib. lib.*11. ex quo deducere vult possessorem rei emphiteoticae teneri ad canonem pro tempore praeterito, nisi allucinor, totum, imò à fortiori contrarium probat, ecce verba. *Reliqua verò temporis anteacti à nouo domino Fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dis-*
16 *pendio*. Quod si Fisco, cui pro publicis pensionibus res sunt obligatae, *ad tex.in d.l. Imperatores vbi DD. ff. de public.*pro praeteritis non conceditur actio: multò ergò minùs cõcedẽda est priuato. Vnde censeo, non esse necessariam resolutionem ad eum textum traditam per *Pinell. loco cit.* quam refert *Surd.dicta decis.*32.*nu.*3. cum in eo expressius negatiua pars fulciatur.

Nec consequẽtia desumpta ex regula illa, quod solutio census correspõdeat proprietati, ergò afficit quẽlibet successorem, rectè procedit. Nàm inquit *Surd. loco cit. nu.*2. aliud est, quod ob solutionis defectum res possit auocari: aliud verò, quod sit obligata ad canonis solutionẽ, prout dicit etiam *Mastrill. d.dec.*171. *nu.*3.

Et argumento desumpto ex onere insito rei pro tributo facilè satisfit, attendendo tributorum naturam hoc sibi à iure praecipuum habere, vt praedium ipsum, sicut & om-
17 nia alia ciuium bona pro tributis sint tacitè obligata, *ad textum insignem vbi DD.in l.*1.*C.si propter public. pensitat.*ibi, *potior est enim causa tributorum, &c.* nosque de ea re latiùs diximus supra *cap.*2. *num.*21. quomodo huic difficultati respondet *Guid. Pap. quaest.*9.*& quaest.*45.quas refert *Vrsil. ad Afflict. d. decis.*95.*num.*2. vnde doctiss.*Pinell.loco cit.*concludit, quod nõ datur hypotheca, nisi in oneribus
18 realibus publicis ex lege, vel Superioris indictione, secus in oneribus ex conuentione, vt in pensione soluenda ab emphyteota, qui rem alienauit: non enim datur domino ius agendi ad pensionem, nisi conueniat cum eo, cum quo fit alienatio, vel translatio, quia est actio personalis conuentione, quae non sequitur rem *Gratian.discept.forens.cap.*272.*num.*3. *&* 4.*Valasc.Menesius,& alii relati per Caldas Pereyra d.lib.*4.*cap.*3.*num.*33.
19 Et tandem ad simile traditum de feudo, in quo ait *Afflict.* si vasallus habens feudum illud vendat cum consensu Regis, poterit emptor illius conueniri pro seruitio, ad quod vendens tenebatur pro tempore praeterito. Respondetur hoc euenire, quia adoha, siue seruitium illud est onus insitum feudo, *D.Reg.Rouit.ad prag.* 1.*de fid.memor.nu.*51.*D. meus dec.* 14. *Sacr. Consf. numer.* 17. *Paul. Staiban. consil.*83.*per tot.* pro cuius consecutione censetur illud hypothecatũ, lege ipsa hoc disponente. Vnde etsi non praestetur, feudum amittitur *c.*1. *§.sed nec est alia, quae sit prim. caus.benef.amitt. cap.*1. *§.*1. *hic fin. lex.* Cùm ergò sit onus reale feudo à lege indictũ, meritò sequitur fundi possessorẽ.

Ex quibus omnibus palam fit,quã tum hodierna praxis à iuris tramitibus deuiet, vt proinde dum de his ageretur in cauſa prædicta, fuiſſetque petitum ſequeſtrum ſuper fructibus fundi emphyteotici,neque conſtaret de expreſſa hypotheca ad beneficiũ domini directi,fuit,me referente,denegatum: quod decretum licet prima vice ad mei relationem fuerit per Sacr. Conſ.reuocatum; tandem in cauſa reclamationis, re maturiùs diſcuſſa, fuit decretum Magnæ Curiæ confirmatum.

SVMMARIVM.

1 *HYpothecaria exerceri poteſt contra vltimum fundi emptorem, etiam pro laudemijs præteritis, ſed de veritate num.7.*

2 *Onus reale tranſit ad quemcunque poſſeſſorem.*

3 *Laudemium eſt onus reale, ita vt ſine illius ſolutione contractus emphyteoticus ſubſiſtere nequit, ſed contra num.8.*

4 *Hypotheca datur pro conſequutione laudemij,ſicut pro tributis.*

5 *Laudemium æquiparatur decimæ.*

6 *Laudemij ſolutio eſt de natura contractus.*

7 *Hypotheca non datur domino directo pro laudemiis.*

8 *Actio competens domino ad laudemia, eſt perſon. alis,nec ſequitur fundi poſſeſſorem.*

9 *Hypotheca t acita non competit niſi in caſibus à i ure expreſſis.*

10 *Laudemium eſt res penitus extranea, & ſeparat. a ab ipſo fũdo emphyteotico.*

11 *Laudemii ſol utio non eſt de ſubſtantia contractus emphyteotici.*

12 *Emphyteoti cus contractus multoties ſubſtineri poteſt ſine laudemii ſolutione,& c. ſus recenſentur.*

13 *Subſtantiali. contractus non poſſunt ab eo ſepa rari, etiam partibus conſẽtientibus.*

14 Marini Fre cciæ, & Surdi opinio *tenentium p. ro laudemiis non competere tacita m hypothecam verior eſt de iure.*

15 Textus in l .fin.C. ſine cenſ.vel reliqu.*decla ratur.*

16 Gaſpar.Th eſaur.lib.4.qq. forenſ.q. 52.*refelli tur.*

17 *Prælatio co mpetens pupillo, mulieri, vel ei, qui ad rem emendam, uel reficiendam pecuniam mutu auit, ſine aſſiſtentia tacita, vel expreſſæ hypotheca quid operetur.*

18 *Creditor niſi expreſſè mutuauerit ad rem reficiendam, non habebit tacitam hypothecam.*

19 *.. mutuans ad rem emendam quando vtatur hypotheca ſuper re ipſa.*

20 Maſtrill.deciſ.171.*reprehenditur.*

Laudemium pro fundi emphyteotici alienatione iure perſonalis actionis conſequi poſſe, non autem tacitæ hypothecæ,defenditur Surd. dec. 31.

CAPVT XXXVII.

PRæcedenti reſolutioni conſentaneum eſt diſſerere, quid iuris ſtatuendum ſit in laudemijs ex fundi emphyteotici alienationibus debitis per priores emphyteotas iuxta diſpoſitionem *textus in l. fin.*

fin. versic. quinquagesima Cod. de
iur. emphyteot. vtrum scilicet peti pos-
sint à nouissimo emptore, quaue a-
ctione? De personali non est quæ-
rendum: nàm nulla nascitur, vbi nihil
pactum est, ad regul. text. in l. licet §.
ea obligatio de procurat. cum cōcordan.
vel iudicatum est, l. miles §. vltimo de
re iudic. vbi Bart. num. 1. allegat con-
cord. Vidēdum remanet de hypothe-
caria, vnde decisio pendet ab eo,
an hæc detur pro illorum conquutio-
ne: in qua video scissas inter se non
tantùm nostrorū opiniones, verū etiā
Supremorum Tribunalium definitio-
nes: siquidem Parisiensis Senatus
1 (vt ab ipso exordiar) affirmatiuam
secutus est sententiam, nempè hy-
pothecariam exerceri posse contra
vltimum emptorem etiam pro laude-
mijs ex prioribus alienationibus de-
bitis directo domino, qui inuestitu-
ras non adhuc præstitit, vt post glos.
Parisien. damnatæ memoria §. 52. glos.
1. num. 139. & §. 53. glos. 1. num. 18. te-
statur Pappon. Arrestor. Franciæ lib. 11.
arrest. 4. relatus à Gaspar. Thesaur. loco
inferius citando. & sic pariter plu-
ries determinatum in Senatu Sa-
baudiæ refert insignis Præs. Anton. Fa-
ber in Codic. Fabrian. tit. de iure emphy
teot. definit. 1. 4. 7. 59. & 68. & in tit. si-
ne cens. vel reliq. definit. 1. eosdemque
secutus est Senat. Pedamon. & Nicen.
teste D. Gaspar. Thesaur. qq. foren. lib. 4.
q. 52. num. 2. & Maynard. decis. 32. in
princip. lib. 6. & M. C. Vicariæ Regni
Siciliæ, si credimus Mario Burgio in
tract. de laudem. par. 1. inspect. 9. nu. 6.
quem citat Mastrill. dec. 171. nu. 15.
Mar. Muta super Consuet. Panorm. cap.
26. num. 194. & sic ipsū solum deter-
minasse, dicit doctiss. Vinc. de Franch.
decis. 430. eamque defendunt Amad.
de Ponte quæst. laudemial. 45. Cassan.
in Consuet. Burgun. rubr. 11. glos. 1. nu. 9.
& eam obseruari testatur Tiraquell.
de retract. Lignagyer. §. 29. glos. 2. nu. 8.
in fine vers. quamquam scio aliter, cum
non nullis aliis relatis per Stephan.
Gratian. discept. forens. cap. 272. num. 5.
qui eam mordicus defendit tom. 4.
cap. 784. num. 16. & seq. consuluitque
pro ea Menoch. cons. 444. num. 21. Io.
de Cruce in addit. ad decis. 48. Guid.
Pap. vers. quæri posset

Et quidem his rationibus compro-
batur, nàm dicunt laudemium esse
2 onus reale, cuius præcipuum est, trā-
sire ad quemcūque possessorem cum
3 re ipsa, l. possessores C. de fund. patrim.
lib. 11. adeòque rei inest, vt sine illius
solutione rei emphyteoticæ aliena-
tio non subsistat, l. final. C. sine cens. vel
4 reliqu. vnde prout in cęteris oneribus
realibus, veluti pro tributis, l. prædiis
§. final. de iur. fisc. l. vltima C. de censib.
lib. 11. d. l. final. C. sine cēsu dari hypo-
thecā pro laudemio dicunt Mastrill.
d. decis. 171. in fine, & veluti pro deci-
5 ma, cui laudemium æquiparatur, di-
xit Alex. cons. 123. col. penult. vol. 5. cum
alijs per Surd. decis. 31. n. 5. adeò quod
decima etiam præteriti temporis po-
test peti à nouo fundi possessore, vt
per Franc. Marc. decis. 558. par. 1. &
decisum refert Nouar. qq. foren. par. 1.
q. 21. num. 6.

Et confirmari aiunt, eo quod lau-
demij solutio est de natura contra-
6 ctus; fit namque pro noua inuestitu-
ra, & labore, quem dominus patitur,
vt nouum emphyteotam inducat in
actuali fundi possessione, de quo est
text. in d. l. fin. C. de iur. emphyteot. &
tradunt Oldrad. Alberic. Afflict. & alii
relati per Surd. d. decis. 32. num. 8.

Hisque nouam rationem addit Ga-
spar. Thesaur. ibidem num. 3. quod sci-
licet dominus directus ius suum no
habeat fundatum ex iure hypothec
contra quemcunque possessorem
sed ex quodam iure prælationis
quod ratione prædij huic solutioni
obnoxij

obnoxij competit ad instar creditoris priuilegiati, veluti pupilli, mulieris, vel eius, qui ad nauem, vel domũ reficiendam pecuniam mutuauit, ad tradita *per DD. in l. priuilegia ff. de priuileg. credit. & in l. assiduis C. qui potior. in pignor.*

At contrariam sententiam mordicus defendit *Surd. d. decis.* 31. *nu.* 8. di-
7 cens, in proposita inibi specie Senatũ Mantuanum postposuisse dominum directum agentem pro laudemio ijs creditoribus, qui habebãt hypothecam; eandemque tenuit *doctissimus Marin. Frecc. de subfeud. tit. de author. Baron. auth.* 3. *num.* 4. & videtur
8 etiam sequi *Tiraquell. loc. cit. num.* 8. vbi ait, quod actio competens domino ad laudemia est personalis, nec sequitur fundum, aut tertium possessorem, & sic concludit etiam *Guid. Pap. cons.* 46. *col. vlt. vers. et videtur, & cons.* 126. *in* 3. *dub. & Pinell. in l.* 1. *par.* 2. *num.* 72. *ante finem, vers. limitatur* 5. *C. de bon. matern.* quos refert *Stephan. Gratian. d. cap.* 272. *in princ.* & nouissimè eam comprobat, dicens falsam esse contrariã *Georg. Frantzkius Saxonus in tract. de laudem. capit.* 16. *num.* 127. *& seq. Valasc. de iur. emphyt. quæst.* 32. *nu.* 19. *& quæst.* 4. *nu.* 6. *&* 7. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 22. *nu.* 45. *Molfes. ad consuet. Neap. par.* 2. *de bonis quæst.* 8. *nu.* 12. foueturq; ijs, quæ tradidimus in præcedẽti ex *Bar. in d. l. Lucius de alim. legat. cum aliis inibi coaceruatis*, scilicet hypothecã tacitam nunquam inductam censeri
9 nisi in casibus à iure expressis, quibus addo *gloss. finalem in fine in l.* 2. *ff. de priuileg. creditor. cum aliis* in cõfirmationem adductis *per Surd. d. decis.* 32. *n.* 9. subdentem inferius, quod laudemium est res penitus extranea, & se-
10 parata ab ipso fundo emphyteotico. vnde non debet esse pro ea obligatus, *ex Oldrad. cons.* 24. *in princ.* Rursus quia laudemij solutio non est de
11 substantia contractus emphyteotici, veluti pensio, siue canon, præter cuius solutionem nil aliud est in eo substantiale ex cõmuni *DD. opinione, de qua testatur Ias. in d. l.* 1. *C. de iur. emphyteot. n.* 3. *Natta cõs.* 49. *vol.* 1. *Oroscius in l. iurisgẽtiũ §. quoniã n.* 45. *ff. de pact.*

Hinc est, quod contractus emphyteoticus multoties sine laudemij so-
12 lutione subsistere potest: veluti vbi res emphyteotica donatur, si credimus *Vinc. de Franch. decis.* 201. *Guid. Pap. & addit. ad ipsum q.* 48. vel in dotem datur, *ut per Anton. Fabr. in Codic. Fabrian. tit. de iur. emphyt. defin.* 55. qua de re videndi sunt distinguẽtes relati *per Ricc. collect.* 3037. *Maynard. decis.* 37. *lib.* 4. nec similiter deberi ex alienatione necessaria dicit idem *Maynard. decis.* 43. *eod. lib. & Thesaur. decis.* 139. nec in contractu pignoratitio, *Anton. Faber loco cit. definit.* 67. nec in venditione pensionis annuæ super fundo, *idem Faber defin.* 72. nec si facta fuerit cum pacto Lcõmissoriç, vel addictionis in diẽ, *Guid. Pap. d. dec.* 48. neque in contractu diuisionis, vt per *Martin. Coler. dec.* 23. qui alios etiam casus recenset, prout etiam *Caldas Pereyr. de iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 16. *per totum*. Ecce quomodò
13 laudemium non est de natura, & substantia contractus emphyteotici: namque certo certius est in iure substantialia contractus non posse ab ipso seiungi, & separari, adhuc partibus consentientibus, prout *ex Paul. de Castr. & aliis* doctissimè explicat *Menoch. cons.* 37. *num.* 13. *& seq.* nosq; latiùs probauimus *in cap.* 35. *num.* 12.

Ex quibus clarè innotescit, quàm anceps sit quæstio huiusmodi, & proinde quàm fallax super ea iudicium; quid dicendum? certè si fas erit à tot Supremorum Tribunalium definitionibus discedere, veriorem in puncto

14 iuris iudicarem *Marini Frecc. Surd. & sequacium* sententiam, vtpotè quę veris, solidisque nititur iuris principijs. Et ad obiecta in contrarium responderem, falsum esse assumptum, quod laudemium sit onus reale. nam prçterquam quod nulla lege id cautur, obstabunt quoque à fortiori huic assertioni ea, quæ diximus in antecedenti de canone, seu emphyteotica pensione, quod regulariter non sit onus reale, nisi rei ipsi imponatur expresse ex partium conuentione. Nec
15 *textus in l. fin. C. fine cens. vel reliqu.* contrarium probat; nam loquitur in prædijs publicis tributarijs, quæ quidem hoc ipsum præcipuum habent, vt pro ipsorum solutione censeantur obligata, prout latiùs disseruimus in præcedenti cap.

Et ad nouam ponderationem tra-
16 ditam *per Gasp. Thesaur. d. quæst.* 52. *num.* 3. aptè responderi existimo suæmet ipsius sententiæ contradicere: nam si hoc ius competit directo domino, non ratione hypothecæ, sed tantùm prælationis; ergò laudemiũ non est onus reale, neque tributo simile, neq; decimę, & per consequens huiusmodi cõfirmationes ad propositum per eum allatæ sunt extra rem.
17 Addo quod prælatio illa, quæ pupillo, mulieri, eique, qui nauem, domũuè reficiendam mutuauit, competit, si cohærentia hypothecarię actionis, siue tacitæ, siue expressæ non consistat, nil aliud tribuit creditori, nisi personalem actionem: nam priuilegium exercetur contra alios creditores personalem tantùm habentes, *l. priuilegia de priuileg. credit. cum concordant.* & per consequens nil commune habebit cum re ipsa. Exemplum est *in ead. l. assiduis C. qui potior in pig.* nam si fauore dotis cautum non esset, vt bona mariti censeantur tacitè obligata pro restitutione dotis *ex l. vnic. §. & vt pleniùs C. de rei vxor. act.* certè prælatio ipsa, de qua *in eod. tex.* nihil proficeret vxori citra casum expressæ bonorum obligationis: at si opus ad id fuit imperiali decisione, consequitur manifestè, prælationem illam de per se nullum ius tribuisse vxori super bonis viri, vt clarè differit idem Imperator *in d. l. assiduis vers. nos itaque &c. & in vers. cum enim in personalibus &c.* Similiterque de pupillari pecunia ad rem emendam mu-
18 tuata videmus dispositum *ex tex. in l. idemque, qui potior. in pignor. habeã.* Sicque tandem in mutuante ad rem reficiendam: nam nisi in eam causam expressè mutuauerit, nihil iuris consequitur super re ipsa refecta, *ad text. in l. fin. de exercit. actio. latiùsque diximus in cap.* 26. cum autem hoc declarauerit, ideò res afficitur obligatione, quia lex ipsa sic expressè statuit, *l. interdum ff. eod.* contra quam dispositionem nihil prælatio officit rei ipsæ.
19 Et in eo qui pecuniam mutuauit ad nauem emendam, siue instruendam: nam si citra illam expressam de hypotheca conuentionem declarauerit tantummodò in eam causam mutuare, vtetur priuilegio prælationis, *secundum glos. in l. qui nauem de priuileg. credit. & post Bart. Bald. & Salic.* docet *Negusa. de pignor. memb.* 4. 2. *p. num.* 163. Ideò quia iure id cautum reperitur *ad text. in l. qui nauem, & in l. quod quis de priuileg. credit. & in l. quamuis* 3. *C. de pignor.* sed tamen nulla vtetur hypotheca, nisi de ea expressè conuentum sit, *l. licet C. qui pot. in pign. hab.* quia nulla lex tacitam tribuit. Vnde ex eisdem Thesauri argumentis magis cõfirmatur suprapositum theotema, nempè hypothecam non nisi in casibus à iure expressis induci.

Sed si ex illa prælatione fundare velit, dominum directum posse actio-

nem

nem intendere contra tertium fundi possessorem, necessariò fatendū erit, hoc euenire iure personalis, non autē hypothecariæ actionis, prout supra fundauimus, eritq; extra nostrā controuersiam: etenim vt in præcedenti præfati sumus, aliud est, quod ob solutionis defectum res possit à quocunque successore auocari, cōditione scilicet ex lege, quæ personalis actio est; aliud verò, quod possessor teneatur actione hypothecaria ad solutionem canonis, *ex Surd. dicta dec. 32. num. 2. & Mastrill. d. decis. 171.*
10 *num. 3.* de quo tandem non possum non mirari, quod ob canonis solutionem, quæ, vt prædiximus, est de natura, & substantia contractus emphyteotici, hypothecariam actionem nō admittat; pro laudemio verò, quod est extra contractus substantiam, illā competere velit, cum nullam eius discriminis rationem possit inter hæc duo assignare.



SVMMARIVM.

1 *Excambij præstatio non est de substantia contractus emphyteotici.*
2 *Sine lege non est aliquid asserendum esse de natura, vel substantia contractus.*
3 *Excambium, & permutatio in quo differunt.*
4 *.. idem est, quod permutatio.*
5 *Actio personalis præscriptis verbis, vel ex stipulatu oritur ex contractu innominato.*
6 *.. præscriptis verbis non competit cōtra tertium singularem successorem.*
7 *Excambij præstatio est accessoria ad contractum emphyteoticum.*
8 *Accessorium resoluitur, resoluto iure principali.*
9 *Directus dominus resoluto contractu emphyteotico agit ad relaxationem fundi.*
10 *Tertius possessor potest excipere de iure tertij exclusiuo iuris domini directi in contractu emphyteotico.*
11 *Ioannes Laurentius de Rogerio nobilis Patritius Salernitatus laudatur.*

Rem emphyteoticam non esse hypothecatam pro excambio in ipsius alienatione promisso.

CAPVT XXXVIII.



Olet nonnunquam in alienationibus fundorum emphyteoticorū, quæ in dies fiunt in hoc Regno, pacisci inter cōtrahentes, vt venditor infra certum tempus teneatur directo domino alium fundum loco alienati assignare, vel etiam tantam pecuniæ quantitatem, quòd quidem vulgari eloquio dicitur, *in excambiū.* Hinc in quadā causa vertente in Regia Audientia Salerni dubitatum fuit, vtrum non secuta prædicta excambij præstatione, sit prædium alienatum ipsi domino tacitè hypothecatum pro excambio prædicto, itaquod valeat hypothecariam intendere contra tertium possessorem. Et cum huiusmodi contrahendi mos non sit vbiqueusitatus, hucusque nō inueni articulum à Nostratibus pertractatum. Verum eliciendo veritatem ab ijsdem iuris principijs, non fuit

fuit visum Regiæ Audientiæ hypothecariam posse in casu proposito exerceri ex infrascriptis rationibus.

Primò nam excambij præstatio
1 non est de substantia, neque de requisitis ad validitatem contractus emphyteotici, nulla enim l. id cautũ reperitur: nam vt diximus in præcedẽti, nihil præter canonis solutionem habet substantiale ex traditis *per Iasonẽ, Nattam, & Orosciuum inibi relatos* & facilè cõspicitur ex eo quod *in d. l. 1. & 2. C. de iur. emphyt.* in quibus enumerantur substãtialia huiusmodi cõ-
2 tractus, nullatenus de excãbio mẽtio fit, nec sine lege est aliquid de natura, vel substantia contractus ponẽdũ, *arg. tex. in l. illam C. de collat.* ergò excambium erit quid extra rem, & accidentale contractus, & proinde etiã si pro canonis solutione tanquam ipsius substãtiale competeret actio hypothecaria (contra id quod aliàs firmauimus) adhuc pro excambio non posset competere.

Secundò excambium in proposita specie idem importare quod permu-
3 tationem. Sic namque accipitur *in cap. 1. §. si quis quo tempore miles, & in cap. 1. §. cum autem, si de inuest. fuer. contro.* quem *tex. Bald.* exponendo ibidem differentiam statuit inter cã-
4 bium, & permutationem in hoc solũ, quod permutatio sit propriè speciei ad speciem; cambium verò de specie ad genus, *& tunc* inquit, *sonat in contractum innominatum*; at ex contractu innominato, vel de permutando stipulatione vallato oritur actio
5 personalis nempè præscriptis verbis, vel ex stipulatu, *l. 1. & toto tit. de præscript. verb. l. ex placito C. eod.* quæ qui-
6 dem actio certè non competit contra tertium singularem successorem, vt est casus *in l. cum precibus C. eodem*, vbi dedi fundum, vt domum dares, fundum alteri vendidisti, & domum dare recusas, potero contra te agere condictione sine causa vel præscriptis verbis, vt fundum reddas, aut promissa impleas; at contra tertiũ singularẽ possessorẽ ad nihil agere possum; ecce *textum* mea sentẽtia expressum, probantem propter permutationem, siue cambium stipulatione promissũ, solam personalem competere actionem.

His accedebat aliud factum, quod & si talis hypotheca competeret, adhuc extincta foret: constat nãque tàm canonis solutionem, quàm excambij præstationem accedere contractui ipsi emphyteotico, & eousq; durare, quousq; ipse persistit, & ipso resoluto extinctum remanere quidquid ab eo causatur; cum non entis nullæ sint qualitates, *l. eius qui*
7 *in prouincia ff. si cert. pet.* Vnde accessorium resoluitur, resoluto iure
8 principali *glos. in l. si patronus §. patronum in verb. faueant ff. si quis in fraud. patron. cum similibus.* Cùm ergo contractus huiusmodi inter dominum, & primum emphyteotam esset iam resolutus per lapsũ tẽporis viginti no-
9 uẽ annorũ, ad quod fuit concessus sine renouatione, ideò diximus directũ dominũ non posse amplius agere ad excãbiũ, siue canonẽ debitũ pro emphyteosi, sed ad relaxationẽ pprietatis fundi, quia finito tẽpore cõcessionis, liber redijt ad ipsũ, attẽta natura cõcessionũ fũdi Ecclesiastici, nã talis hic erat, de quo agebatur. Neq; hoc opponere phibetur tertius pos-
10 sessor, quasi quod sit excipere de iure tertij. nã cũ sit exclusiuũ iuris ipsius domini, potest per eũ obijci. *Grau. cõs. 191. n. 3. Thes. dec. 4. n. 1. Surd. cons. 415. n. 16. & 17.* & ratio est, qa tũc pprius dicitur excipere de non iure agentis quã de iure tertij, *Rot. Rom. dec. 741. in fin. p. 4.* & rursus ius tertij quãdo opponẽti prodest, potest allegari, *l. si cui*

*C.de non numer.pecun.Surd.decis.*301. *num.*15.*cum alijs per Beltramin.ad decis.S.P. Ludouisii* 415. vbi aliàs regulam limitat;sed in proprijs nostris terminis sic censuit *Rota Roman. apud*
11 *Farinac.decis.*438.*num.*3.*par.*1.*to.*1. eamque allegauit mihi doctissimus, atque moribus probatissimus D. Io. Laurentius de Rogerio nobilis patritius Salernitanus, & publici primarij Cęsarei iuris Eminentissimus Interpres in Neapolitano Gymnasio iam quidem, dum hæc scriberem, ad commune malum extinctus.

SVMMARIVM.

1 Beneficium l. 2.ff.& C.quod cum eo *quid contineat.*
2 *Filiusfamilias effectus sui iuris dicitur nouus homo.*
3 *Exceptio beneficii,* quod cum eo,*potest opponi aduersus instrumentum guarentigiatum.*
4 .. *opponi debet à Iudice ex officio.*
5 *Filiusfamilias gaudet beneficio* l. 2. ff. & C.quod cum eo, *etiam si renunciauerit.*
6 .. *metu inductus ad se obligandum, eodem metu præsumitur inductus ad renunciandum.*
7 *Metus reuerentialis solus sufficit ad annullandum contractū gestum per filiumfamil.ad patris vtilitatem.*
8 *Absolutio à iuramento necessaria non est vbi contractus est gestus metu reuerentiali cum enormissima læsione.*
9 *Filiusfamil. adiens paternam hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii, habetur, ac si abstinuisset.*
10 *Renunciatio etiam specialis beneficio* l. 2. ff. & C.quod cum eo, *non est sufficiens, sed requiritur specialissima.*
11 *Filiusfamil. potest pro patre fideiubere.*
12 Pragmat. Regni 1. ad Senat. Consf. Maced. *quomodo se habeat ad ius commune.*
13 Decisio Rotæ Romanæ *cōmendatur.*
14 *Filiusfamil. minor, qui pro patre carcerato, seu de proximo carcerando se obligauit nō restituitur in integrum.*
15 *Minor non restituitur aduersus actum pium, & laudabilem.*
16 *Filiusfamil.cogitur pro patre carcerato fideiubere, alioquin poterit exhæredari.*
17 *Riminaldus senior* consf.77. *commendatur.*
18 *Metus illatus ei, qui resistit legi, dicitur iustè illatus.*
19 *Vis illa dicitur, quæ fit contra bonos mores.*
20 *Iuris executio iniuriam non habet.*
21 *Metum non potest allegare ille, qui est in Vrbe.*
22 *Filiusfamil. qui se obligauit in casu permisso, non dicitur læsus.*
23 .. *non præsumitur propter minas patris fideiubere, nisi probetur.*
24 *Metus solus reuerentialis non est sufficiens ad rescindendum contractū, nisi adsint quoque minæ, & verbera.*
25 .. *qualis esse debeat ad rescindendum contractum.*
26 *Agenti ex edicto Pratoris,* quod metus causa, *quid probare incumbat.*
27 *Metus reuerētialis cōtra eum obÿcitur, qui illū intulit, nō autē contra tertiū.*
28 *Consensus requisitus per* Regiā Pragmaticam 1. ad Maced. *nō potest præstari à patre ad sui ipsius cōmodum.*
29 *Pater non potest consensum præstare filio sibi donanti ex causa mortis absque Iudicis authoritate.*
30 *Sollēnitas, & forma requisita vigore statuti, si omittatur, facit cessare naturalem, & ciuilem obligationem.*
31 *Consensus, & authoritas differunt maximè inter se.*
32 *Cōsēsus respicit tātū cohærētia personæ, ideoq; pōt ad ppriū cōmodū adhiberi.*
33 *Filiusfamil. potest de bonis suis causa mortis disponere ad beneficiū patris.*

34 Con-

34 *Consensus Collegij rectè adhibetur ad restituendum hæreditatem, quæ acquiritur ei, qui praeest Collegio.*
35 *Pater potest consensum præstare filio adeunti hæreditatem, quæ sibi acquiritur.*
36 *Consensus in terminis* Pragmaticæ primæ ad Maced. *non requiritur ad integrandam personam filij.*
37 .. *illius, cuius principaliter, vel secundariò interest, non dicitur requiri ad integrationem, seu sollemnitatem actus.*
38 *Principaliter quod agitur semper est attendendum.*
39 *Creditoris interest plures habere obligatos ..*
40 *Decisio Sacri Consilii refertur.*
41 *Sollemnitas statutaria non requiritur ad faciendum actum necessarium necessitate legis.*
42 *Filiusfamilias soluens post mortem patris censetur contractum ratificasse, & non iuuatur Macedoniano.*
42 *Decisio Senatus Dolani commendatur.*
43 Molfes. cons. 4. & 42. *declaratur.*

De beneficio legis secundę ff. & C. quod cum eo, quod non opituletur filiosfamilias pro patre carcerato, seu de facili carcerando obligato.

CAPVT XXXIX.



Amigerata, & in foris, subsellijsque controuersa admodum est dispositio *textus in l. 2. ff. & C. quod cum eo, cum concordant. suis,* ex qua filijfamil. qui ad patris commodum se obligauerunt, tuentur, ne vltra quam facere possunt, teneantur deducto ne egeant, si tñ à paterna se abstinuerint hæreditate cui multũ assistit municipale ius, quo annullãtur, & prsus abolentur omnes, & quicunque contractus per filiosfa. gesti absq; patris consensu, & præsẽtia, vt videre est *in Pragmatica 1. ad Senat. Cõsult. Maced.*

Hinc citato in Mag. Cur. Vicariæ Andrea Zucchetta super tenore instrumenti ad instantiã V. I. D. Ioseph Greco pro ducatis 1400. capitalis, & tertiarum, dicebat se iuuari beneficio dictarum legum, ex quo tempo-
2 re obligationis erat sub patria potestate constitutus & hodie sui iuris effectus, vti nouus homo iudicãdus est *ex text. in l. 2. de capit. diminut.* & proinde iuris ciuilis rigore ad nihilum teneri: quod cum durum censeretur; Prætori visum fuit tam ipsis filijsfamil. quàm creditoribus subuenire, vt non insolidum, sed ad aliquid teneantur videlicet ad id, quod facere possunt deducto ne egeant; sic namque discurrit *Odofred. in rub. ff. eod. Bart. Paul. de Castr. & Ias. quos secutus refert Vinc. de Franch. dec 181. num. 5. Molfes. cons. 4. num. 1. D. Anell. Amat. cons. 41. num. 3.*

Huiusmodi tamen exceptio, non est dubitandum, quin possit opponi
3 aduersus instrumentum guarentigiatum ad impediendam ipsius executionem, vt per *Carauit. super dicta pragmatica 1. ad Macedonian. §. 12. num. 63. & super ritu 166. num. 79. Vinc. de Franch. d. decis. 181. D. Rouit.*

ad d. Pragm. 1. num. 26. & ferè omnes Regnicolas, eò præsertim cum exceptio huiusmodi beneficij, quæ oritur ex fonte, & ventre instrumenti, videatur potius opponi ab ipso creditore illud præsentante, quàm à debitore: & ideò proprio conatu vide-
4 tur creditor exclusus. Vnde succedit, quod Iudex hanc exceptionem ex officio opponere debet, prout ex *Bart. Alex. & aliis* eleganter discurrit *Carol. Grimal. in addit. ad Nunt. Tartagl. in prax. ciuili M. C. Vic. 5. 1. vers. fallit etiam fol.* 16. *col.* 2. quod regulare esse in omnibus exceptionibus iuris docet *Vinc. de Franch.* in propria materia liquidationis instrumenti *decis.* 623. *num.* 3. 22. *&* 23.
5 Hæc adeò vera sunt, vt filijfamil. gaudeat huiusmodi beneficio, etiam si eidem cum iuramento renunciauerint, quia cum in hac prohibitione lex consideret facilitatem & metum reuerentialem, quibus obligati præsumuntur ex regula *text. in l. 1. §. qua onerandæ ff. quar. rer. actio non detur,*
6 consequens est, vt censeantur eadem facilitate, & metu inducti ad renunciandum, qua inducuntur ad se obligandum, *l. doli 5. diuersum de nouat. Dec. cons.* 557. *num.* 3. *Afflict. dec.* 220. *num.* 6. præsertim accedente enormi ipsius filij læsione: nam supponimus
7 pecuniam versam in ipsius patris vtilitatem, quo casu solus metus reuerentialis sufficit ad annullandum cõtractũ, *l. si superstite C. de dolo Castrẽs. cons.* 174. *vol.* 1. etiam nullis probatis minis, & verberibus, vt per *Dec. in cap. causam num.* 22. *& seq. de offic. delegat.* cum nonnullis alijs relatis *per D. Regent. Rouit. loco cit. num.* 61. *D. Anell. de Amat. dicto cons.* 41. *num.* 12. *Fabium de Anna in apostill. ad allegat.* 88. *nu.* 6. *sui genitoris,* & probant *Crauett. cons.* 11. *num.* 12. *Camill. Salern. in add. ad Napod. in proœm. Consuet. Neap. vers. vim legum lit. F. Cap. e. dec.* 159. *num.* 32. *cum seq. Gramat. decis.* 103. *num.* 49. *Peregr. decis. Patau.* 112. *num.* 20. cum aliis relatis per *Molfes. cons.* 42. *num.* 2. *&* 3. dicentem hanc esse receptiorem sententiam, & sic in praxi pluries obseruatam, adeò vt nec etiam necessaria sit hoc casu ab-
8 solutio à iuramento, cum adsit metus reuerentialis, & enormissima læsio *ex doctrina Anton. de Butr. in cap. cum contingat num.* 13. *vers. quartus casus principalis de iureiurand. vbi Panorm. num.* 23. *cum aliis per ipsum cumulatis ibid. num.* 4.

Ex quibus idem *Molfes. d. cons.* 42. *num.* 16. iamdiù pluries successiuis temporibus spatio ferè cẽtum annorum iudicatum per Sacr. Cons. refert quod filiusfamil. effectus sui iuris vel per mortem patris, vel per emancipationem ex contractu gesto in beneficium patris, dum in ipsius est potestate, non vltra tenetur, nisi in quãtum facere potest deducto ne egeat, vt refert ipse sigillatim decisiones ipsas, quas videre non desit studiosus lector.

Addebat Andreas, non ipsi officere, quod paternam adierit hæredi-
9 tatem: nam hoc effecit cum beneficio legis, & inuent. quo casu habetur, ac si ab ipsa abstinuisset, vt *in l. fin. §. & si præfatam* C. *de iur. deliber. cum concord.* prout in specie huiusmodi mordicus defendit *Minad. cons.* 1. *num.* 3. & ita decisum fuisse per Sacr. Consil. in causa Comitis Montellæ refert *in constit. in aliquibus not. b.* 2. *num.* 34. & ab ipso id mutuò accepit *Molfes. d. cons.* 42. *num.* 9. *Giurb. decis.* 45. *num.* 21. *&* 25. *& Ioannes Baptista Thoro in Compend. decis. tom.* 1. *verb. filius & si dicatur fo.* 234. *Rolan. à Vall. in tract. de her. inuent. & eius confect. q.* 182. *nu.* 26.

Nec rursus renunciationem illius

bene.

beneficij in instrumento factam; nam præter ea, quæ superius ponderata sunt, iam habemus decisum per Sac.
10 Consil. in causa Marci Antonij de Azzia, non sufficere genericam, nec specialem renunciationem, sed specialissimam debere interuenire: scilicet præcedẽdo particularem certiorationem beneficij illius legis: cuius renunciationis formam magistraliter suo more ponit *Dom. Regens Rouit. loco cit. quem sequitur D. Præs. Amat. loco cit. num. 21. & vterque num. 42.* decisionem refert, secundum illam opinionem, quam amplexum est Regium Tribunal Sac. Conscient. Regni Siciliæ, teste *Giurba decis. 42. num. 19. & decis. 45. num. 16.* mouenturq; ex illis sępè repetitis rationibus, quod scilicet priuilegium huiusmodi sit inductum ratione personæ, non contractus, & miserationis causa ad temperandam prioris edicti sæuitiã, quo insolidum tenebãtur, vt prædiximus: quo casu non potest nisi specialissimè renunciari, esseq; huiusmodi renũciationes potius appositas de stylo notariorum, quàm re vera de partium scientia, & voluntate, ad doctrinam *Bart. in l. 1. num. 10. in fine ff. de iur. Codicill. Gramat. decis. 62. in fine, Franch. decis. 181. num. 10. Amat. loco cit. num. 22. & plures alij.*

In contrarium dictum fuit, præfatũ Andream nõ posse iuuari iuris communis, neque municipalis dispositione: constat namque communi iure
11 filijsfamil. esse permissum pro patre fideiubere, non obstante Senat. Consult. Macedon. *l. filiusfamil. C. de fideiuss. l. si ex alio C. quod cum eo, l. si paternam C. ad Velleian. Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 7. num. 336.* pręsertim si maiores sint annis 25. iuxta *regul. text. in l. vnic. C. de fil. famil. mi-*
12 *nor.* iure verò municipali non reperitur hac in parte communi derogatum, quia Pragmatica habet se tantũ extensiue ad prohibitionem factam filijsfamil. pro mutuo, & voto, ita vt extendatur ad omnes contractus. Vnde in casibus limitatis per ius cõmune remanet quoque limitata dispositio pragmaticæ, prout doctè discurrit *Paschal. de virib. patria potest. par. 1. cap. 6. num. 124. vers. vnde ego,* allegans ad id elegantem doctrinam *Ioannis Guttier in authen. sacramenta puberum C. si aduersus vend. num. 76.*
13 sed ne desit punctualis ad hoc decisio, videatur quæsò *Farinac. in nouiss. collect. decis. Rota tom. 3. par. 2. decis. 485. in vna Brundisina de anno 1613.* vbi decisum refert filiumfamil. maiorem, qui pro patre se obligauit, nõn gaudere beneficio *l. 2. C. quod cum eo, nec nostra Pragmatica.*

Sed neq; si minor fuisset, illo frueretur: constat namque se ipsum obli-
14 gasse pro liberando patre à molestia propinquæ carcerationis, & executionis periculo, quo casu filiusfamil. minor nõ restituitur, vt tradit *Aretin. in d. l. 1. C. de fil. famil. minor. in fin.*
15 *Boer. decis. 128.* ex regula generali, quod minor non restituitur, vbi facit actum pium, laudabilem, & qualem quisque pater familias maior fecisset, prout docet *Sfort. Odd. de restit. in integr. q. 23. art. 12. nu. 52. & 54. ex tex. in l. verum §. sciendum de minor. & in l. fin. C. de restit. in integr. Anto. Faber. in Codic. Fabrian lib. 2. tit. 14. definit. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. to. 1.*
16 *cap. 108. num. 41.* quin potiùs cum pater carceribus mancipatur, cogitur filiusfamil. etiam inuitus pro patre fideiubere, alioquin exhæredari poterit ex dispositione *text. in auth. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque, Paul. de Castr. cons. 52. in fine par. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 308. nu. 25. Capiblanc. ad pragm. 10. de Baron. nu. 67.* nec tantùm exhæredari, sed alimen-

tis

tis priuari poterit, prout diffusè comprobat *Ant. Herin. in tract. de fideiuss. cap. 7. num. 356. cum seq.*

Quæ doctrina vera est, non solùm quando pater carceribus mancipatur, sed verissima quoque est in casu nostro, cum filius obligatur pro patre, vt eum liberet ab executionibus imminentibus creditorum, & carcerationis periculo, quoniam eadem in vtroque casu versatur pietatis ratio,
17 prout doctissimè fundat *Riminald. senior*, à quo omnes mutuò accipiunt *in suo celebri cons. 77. num. 16.* quem sic decidentem secuta est *Rota Roman. in vna pecuniaria 9. Iulij 1603. coram Ludouis. postea Sum. Pontif. Greg. XV. quæ hodie est in volumine suarum decisionum 120. quā refert, & sequitur Gratian. loco cit. num. 44.* & ita intelligendam esse *Pragmaticam Regni* tàm doctè, quàm diffusè fundat *Consil. Paschal. in tract. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 123. per totum*, dicens, se ipso patrocinante fuisse decisum per Sacr. Consil. in anno 1605. quam decisionem commendat *Mauson. de caus. execut. ampliat. 10. num. 27.*

Si igitur filiusfamilias etiam minor fideiubere tenetur pro patre carcerato, vel de proximò carcerando, & ad hoc impellitur non tantùm officio pietatis, sed legis præcepto sub pęna exhæredationis, & denegationis alimentorũ, & hęc inter causas ingratitudinis connumeratur *in d. authen. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque*, non est quærendum, an fuerit
18 læsus, vel ne, vel an metu reuerentiali inductus pręsumatur, nam si in casu à lege permisso filiusfamil. renuat se obligare, metus dicitur iustè illatus, & sibimetipsi illum inferre videtur, vt probat *tex. elegans in l. si mulier*
19 *21. de eo quod met. caus.* in liberta ingrata, quæ aliquid domino suo dedit, ne propter ingratitudinem in seruitutem redigatur; nam vis illa dicitur, quæ fit contra bonos mores, nõ quæ iure licito infertur, *l. 3. ff. de eod.* & iu-
20 ris executio iniuriam non habet, *l. iniuriarum §. 1. de iniur. l. quemadmodum, ad l. Aquiliam. vnde Bart. in d. l. si mulier* docet, quod vbi obligatio fit metu iustè illato, non potest allegari metus, *& Bald. in d. l. 2. de his, qui per met. iudic. non app.* subdit, quod factũ per compulsionem iuris valet, & tenet, *argumento tex. in l. 3. de hæred. instituen. sequitur Paris de Put. in tract. de syndic. verb. compositio vers. an si est facta compensatio, Ioann. de Amicis cons. 33. Camill. Salern. vbi supra fol. 60. lit. F.*

Considerabatur vlteriùs ad excludendum omninò metum, quod Andreas ipse tempore metus passi erat
21 in hac Ciuitate Neapolis, pater verò in Terra Montisfauri: & hæc est maxima pręsumptio metus exclusiua; nam vt eleganter *Vlp.* docet *in l. fin. ff. quod metus caus. Non est verosimile, coactè aliquid gessisse eum, qui in Vrbe est, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique vim eum pati, prohibuisset.*
22 Præterquam quod non est verum assumptum suprapositum, quod eo ipso, quod filius fideiubet pro patre, dicitur lęsus, nã certũ est, quod vbi filiusfamil. se obligat, vel fideiubet in casu permisso, non dicitur læsus, prout *Rotam Roman.* cõsiderasse refert *Steph. Gratian. dicto cap. 108. nu. 48. ex Paul. de Castr. d. cons. 52. in fin. & Ludouis. dicta decis. 120.* esse autem à lege permissum fideiubere pro patre iam supra probatũ est, adeò vt dixerit *Bald.*
23 *in d. l. filiusfamil. C. de fideiuss.* quod non præsumitur, quod filius propter minas patris fideiusserit, nisi hoc probetur, *Ludouis. d. decis. 120. nu. 23. sequitur Gratian. vbi supra nu. 49.*

Et

Et vlteriùs solus metus reuerētialis non sufficit ad rescindendum cō-
24 tractum, nisi adsint quoque minæ, & verbera, vt *ex doctrina Bart. in l. 1. §. qua onerandæ ff. quar. rer. act. non dat. Emanuel Suarez in thesaur. recept. sent. lit. M. n. 150. & seq. & Baer. dec. 100. nu. 11.* vbi eleganter ait, quod in patre respectu filij, in marito respectu vxoris, vel in Prælato respectu clerici, & similibus non præsumitur metus reuerētialis, vt actum rescindat, si minæ, vel verbera nō præcedant, ex doctrina *Innocen. quem omnes sequuntur in cap. causam matrimonij de offic. delegat.* & hanc esse communem opinionem post infinitas *DD.* authoritates, quas ipse allegat, imò oportet, quod sit metus mortis, vel cruciatus cor-
25 poris ad rescindendum contractum, vt ex *Bald. & alijs docet Camill. Salern. vbi supra fol. 60. lit. F.* Eòque magis cum regulare sit, quod is, qui agit, seu excipit ex Prætoris edicto, *quod me-*
26 *tus causa*, non solum fundare tenetur metum fuisse illatum, sed amplius ad inferentem metum, commodum negotij peruenisse, vt probat *tex. expressus in l. item si cum exceptione §. in hac actione ff. quod met. caus.* ibi; *ex hac reum, qui cōuenitur, & si crimine cares, lucrum tamen sensisse.* Vnde cum cōmodum præsentis obligationis, siue fideiussionis principaliter non ad patrem pertineat, sed ad creditorem, prout rursus dicemus inferiùs, non est cur filius beneficium Prætoris imploret. Et rursus metus reuerentia-
27 lis cōtra eum obijcitur, qui illum intulit, eique officit, non autem tertio cum filiofamil. qui vt placeret patri, se obligauit, contrahente, *text. in l. fideiussor §. pater ff. de pignor.* quam rationem optimè deduxit *Afflict. decis. 263. numer. 4. & 5. Aymon. cons. 120.* ex doctrina *Bart. in l. nam & seruus de negot. gest. Ias. in l. 1. C. si quis aliq. test. prohib.* vbi tenet, quod metus adhibitus testatori per alium, non nocet tertio instituto, & ita (licet ijs nō relatis) in terminis discurrit Michael Zappull. in quibusdam suis allegationibus, quas transcripsit *Ioann. Baptista de Thoro in Compend. decis. Regn. to. 1. verb. filiusfamil. obligatus fol. 236.* licet super hoc esse animaduertendum dicat *Camill. Salern. in addit. Napod. vbi supra fol. 60. lit. A.*

Sed hæc omnia vera esse considerabam in terminis iuris communis: quo attento, non dubito, quin filius possit, imò teneatur pro patre fideiubere: difficultas maxima versatur in terminis *pragmaticæ prædictæ ad Maced.* per quā prohibitio iuris cōmunis ne filiusfamil. mutuò accipiat, vel voueat, ampliata est ad omnes, & quoscūque cōtractus, ita vt nulli cēseantur, si gesti fuerint absque suorū
28 patrum præsentia, & expresso consensu: qui quidem consensus videtur à patre non posse præstari ad sui ipsius commodum, & beneficium, ad quod filij obligatio dirigitur, *ex reg. tex. in l. 1. de auth. & consens. tutor. & in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad trebell.* quibus iuribus cauetur, non posse quemquā sibimet ipsi authorare, prout ita tenuit *glos. Dinus, & Bart. in d. l. 1. de author. tutor. cum multis alijs, quos refert Tiraquel. ad ll. connub. glos. 8. de Son Mary. num. 15.* in terminis illius quæstionis
29 an possit pater filio sibi donanti ex causa mortis consensum præstare, in qua *Iacob. Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 63.* post alios neruosè defendit, talem donationem non valere absque Iudicis authoritate, & secundum eam decisum refert *Guid. Pap. decis. 225. nu. 1. Michael Graß. de success. §. donatio causa mortis q. 3. num. 2. Villalob. commun. opin. verb. filiusfamil. num. 84. Suarez recept. sent. in verb. filiusfamil. nu. 193. Iul. Clar.*

recept.

recept. sent. §. donatio q. 7. vers. quaero etiam, Thesaur. qq. forens. lib. 2. c. 37. num. 2. & seq. Paschal. de virib. patr. potest. cap. 6. num. 113. & plures alios recenset *Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat.* 10. *num.* 79.

Deficiente ergò patris consensu contractus redditur omninò nullus,
30 adeò vt filiusfam. nec naturaliter, nec ciuiliter remaneat obligatus. nam vbicunque in obligatione, & contractu requiritur certa forma, & sollemnitas vigore statuti, si absque illa cõtractus fiat, ex eo non oritur naturalis, neque ciuilis obligatio, vt docet *Bart. in l. cum lex C. de fideiuss. Imola in cap. cum contingat membr. 8. col. 2. de iureiurand. cum alijs relatis per Iacob. Cancer. d. cap. 1. nu. 5.*

Sed praeterquam quod huic difficultati satisfactum esse dicebatur ex his, quae superiùs fundauimus, scilicet casum nostrum non esse dispositioni Regię Pragmaticae alligatum, nihilominus aptissimè respõdet subtilis *Bald. in l. si quando §. illud etiam*
31 *num. 1. C. de inoffic. testam.* non rectè desumi argumentum de authoritate ad consensum: & horum terminorũ maximum esse discrimen, *vt tradit Innocen. in cap. dudum de reb. Eccles. nõ alien.* authoritas enim ea est quae ex causa officij interponitur, & est quid sectum, & separatum à persona illã praestante, ideò nil mirum, si non potest proprio cõmodo inseruire, prout in specie dictorum iurium cautũ est, in quo tãtùm casu illa procedere aduertit *Vinc. de Franch. decis. 14. nu. 4.*
32 consensus verò cum respiciat tãtum cohaerentia personae, ità vt priuatim adhibeatur, certum est posse ad proprium commodum adhiberi: & ideò satisfactum esse statuto requirenti licentiam, & consensum patris in cõtractu filij, etiam si filius cõtrahat ad beneficium patris: quam doctrinam secuti sunt *Angel. d. l. 1. § fuit quaesitum num. 2. ad Trebell. & Alexan. ibidem num. 9. & cons. 106. num. 2. lib. 1. vbi num. 3.* mordicus defendit, valere consensum patris pręstitũ filio minori pro eo fideiubenti, *Castren. in l. qui testamentum in fine ff. de testam.* vbi testatur vidisse plura consilia insigniorum *DD.* hanc partem sustinẽtium, *& in l. senium num. 7. vers. sed an possit. C. qui testam. fac. poss.* vbi refert, sic fuisse consultum per plures *DD. Perusinos, Petr. de Bellapert. in d. l. 1. de author. praestand. Iason in d. l. 1. §. fuit quaesitum ad Trebell. Roman. cons.* 515. *incipien. in quaestione num. 2. Oldrad. cons. 26. num. 2. Angel. Speculat. & alii, quos sequutus refert Tiraqu. loco prox. cit. nu. 116. & Addentes ad Guid. Pap. d. decis.* 223. & infinitos alios hanc sententiam vti veriorem, & magis cõmunem insequendò allegat *Mauson. loco cit. cap. 10. num. 81. & 82.* mouentur *per tex. in l. 1. circa princip. C.*
33 *de imponen. lucrat. descrip. lib. 10.* vbi filiusfamil. potest de bonis suis causa mortis disponere (hoc intellige de donatione, non autem de testamento, *iuxta textum in l. senium, & in l. penult. C. qui testam. facer. poss.*) ad beneficium ipsius patris, & hoc certũ est, non posse fieri, nisi cum ipsius cõsensu, ex eisdem iuribus; ergò pater
34 non prohibetur ad sui commodum consentire. Secundò *per textum in d. l. 1. § si autem, ad Trebell.* vbi consensus Collegij rectè adhibetur ad restituendum haereditatem ei, qui praeest Collegio. Tertiò *per textum in cap. cum in iure de offic. delegat.* Quartò per rationem, nam pater filio potest
35 consentire adeunti haereditatem, ad *textum in l. si quis mihi bona §. iussum de acquir. hered.* & tamen certum est ipsã pleno iure patri acquiri per *reg. tex. in d. l. placet. ff. de acquir. hered.*
36 Quintò, quia falsò supponitur in terminis

minis

minis nostræ Pragmaticæ consensum
36 patris requiri ad integrandam personam filij, & sic ad sollemnitatē actus, vt tenet *D.Reg.Rouit.loco cit.n.*58. nā iuxta suppositū ipsius *D.Rouit.* pragmatica nostra generaliter prohibet cōtrahere tàm filijsfam. maioribus quā minoribus: & tamē certo certius est, non minus integri, & sani iudicij, & consilij esse filiosfamil. maiores, quā qui sui iuris sunt; ergò non ad integrandam filij personā inducta est, vnde *Rota Roman.dec.*580.*nu.*3. in proprijs terminis Pragmaticæ Regni censuit talem patris cōsensum nullatenus requiri ad integrādam filij personam, sed tantummodò ratione præiudicij, quæ est notabilis decisio ad ornatum dictæ Pragmaticę, ideoque videnda omninò, eamque reperies inter *nouiss. collect. per Farinac. tom.*2.*par.*1.

Et rursus regula est, quod vbi consensus illius, cuius principaliter, vel
37 secundariò, prout in patre diximus, interest actum fieri, vel non fieri necessarius est, tunc non ad integrationem, & sollemnitatem actus fieri dicitur, vt docet *Bald. in l.*1. *C. qui admitti Felin. in cap. edoceri num.* 4. *de rescript. Paul. Castr. Alex. & alij, quos secutus refert Cancer.d.lib.*2.*var. cap.*1.*num.*91.

Vnde per hæc, & similia, hanc partem tenere videtur *Tiraquell. vbi sup. num.* 117. & expressè distinguendo terminos inter voluntatem, siue consensum, & authoritatem, hoc tenet *Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. d. quæst.* 223. & confirmatur ex dispositione *text. in d. l.* 1. *de author. præstand.*
38 vbi cauetur, in hac materia semper attendendum quidquid principaliter agatur; *l. si quis nec causam, si cert. pet. l. hoc legatum de legat.* 3. cum autem filius pro patre fideiubet, certū est, principaliter geri negotiū creditoris: quia ipsius interest plures
39 habere obligatos, *l. procuratoris* §. *sed si dedi de tribut. act. cum concord.* in consequentiam autem dicitur respicere patris beneficium. Si ergo authoritas præstatur principaliter ad commodum creditoris, non dicitur pater sibimetipsi authorari. Quibus iuribus, & rationibus non respondēt cōtrariæ sententiæ sectatores, & pręcipuè *Cancer. d.cap.*1. *num.*63. & *D. Reg. Rouit. ad d. prag.* 1. *ad S. C. Maced. nu.*48. *nec ij, quos ipsi allegant*, & ideò hoc habito pro vero, quod hoc casu
40 possit pater ad sui commodum consensum præstare, decreuit Sacrū Cōsilium in causa Iacobi, & Ferdinandi Pinti filiorūfam. obligatorū pro debito eorum patris Iuliæ Benincasa virtute instrumenti omni sollemnitate vallati, vt procederetur contra eos ad interrogationem, prout refert *Ioannes Baptista Thoro in Compend. dec. tom.* 1. *verb. filiusfamil. obligatus.*

Sed hæc ex abundanti mihi dicta videbātur, cū.n. supponamus filiumfamil. legis præcepto teneri hoc casu ad se pro patre obligandum, consequens fit, nec etiam fuisse necessariū ipsius patris consensum, qui aliàs vi-
41 gore Regiæ Pragmaticæ requireretur; nam regulare est, quod ad faciēdum actum necessarium necessitate legis, non requiritur sollemnitas statutaria, *ad text. in l.* 1. §. *sed si de reb. cor. & in l. si tibi pecuniam si cert. pet. vbi Angel.* docet, quod qui facit actum ex necessitate, non subiacet statuto. Qua præcipuè ratione *Rota Roman. decis.* 827. *num.* 5. *tom.* 3. *in nouiss.* censuit compromissum factum per mulieres absque propinquorum authoritate, quę vigore statuti requirebatur, fuisse validum, sequitur *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 534. & plura alia huiusmodi exempla etiam cū decisionibus *Rotæ Romanæ* refert

In huius propositionis confirmationem *Gratian. discept. forens. to. 1. cap. 27. num. 44. vsque ad finem*, quamuis eadem *Rota Roma.* in vna census coram *R. P. Lugdunense* post hæc scripta visa ab hac sentētia validis fundamētis videatur discedere, vt videre est *in nouiss. collect. per Farinac. p. 1. dec. 177. n. 8. & 9. & rursus dec. 153. & dec. 218. num. 7. & seq. p. 2. to. 3.*

His omnibus accedat, quod prædictus Andreas effectus iam paterfamil. in anno 1620. post mortem patris per plures annos cōtinuauit solutionē prædicti annui redditus: vnde cēsetur agnouisse debitum, & cōtractū
42 ratificasse, ideoque non iuuari beneficio Macedoniani, vt expresè tenet *Accurs. in §. illud propriè verb. senatus instit. quod cum eo qui in alien. potest. Roffred. in rub. de Senat. Consul. Maced. in tract. de ordin. iudic. p. 7. nu. 2. in fine & num. 6. & Grass. in tract. de except. except. 27. num. 12.* nec etiam beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo*, vt tradit *Io. Castagn. Siculus in tract. deductio ne*
43 *egeat q. 6. fallen. 11.* & ita in terminis statuti Dolani requirentis consensū & præsentiam patris in contractu filij famil. tenet *Griuell. decis. 14. numer. 21. & 62.* subdens *numer. 63.* fuisse per illum Senatum decisum obligationem à minore factam absque curatoris authoritate censeri validam, vtpotè ratificatam, eo quod minor ille effectus maior per quinquennium redditum annuatim soluerit, imò per vnam tantùm solutionem censeri contractum à filiofamil. effecto maiore ratificatum, fatetur post *Bald. Soccin. Tiraquell. & alios Molfe. d. consf. 4. num. 19.*

Ex his ergò præsupposito tali contractu omni iure valido, nec alligato prohibitioni Regiæ Pragmaticæ, cessant omninò obiectiones, quarum sunt multi diuersi termini à nostris, & præsertim species proposita per *Molfes. d. consf. 4. & 42.* de quibus pars debitoris magnum festum faciebat: nam ibi pater non erat carceratus: filiusfamil. tempore obligationis erat minor, & in paterna hæreditate nihil remansit: quibus casibus procedunt rectissimè decisiones Sacri Consilij per ipsum relatæ; At è contra in casu nostro Andreas ipse tempore obligationis erat maior, paternæ opulentæ se immiscuit hæreditati, & causa obligationis iustissima fuit, scilicet vt patrem liberaret ab imminenti executionis tam personalis, quàm realis periculo. Ex quibus omninò remanet obligatio valida, & ipse denegans solutionem, in necessariam consequentiam, dicitur periurus, non obstante absolutione iuramenti post moram incursam absque partis citatione obtenta.

Vnde resultat, non esse præsentis speculationis disputare de viribus renunciationis factæ per dictum Andream beneficio dictarum legum, cum renunciatione opus non sit, vbi non est, quid renuncietur.

Controuersia hæc non fuit decisa, eoquod debitor agnoscens malam fouere causam, debitum soluit, & pœnam euitauit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus assassinus potest à seculari Iudice puniri absq; vlla degradatione.*

2 *.. si tamen de qualitate assassinij liquidò constet.*

3 *Qualitas in omni actu ante omnia probari debet.*

4 *Probari aliquid non potest nisi testes sint recepti parte citata.*

5 *Testes possunt recipi in crimine assassinij parte non citata.*

6 *.. sed*

6 ... *sed ad probandum delictum, non autem qualitatem.*
7 *Iurisdictio fundatur statim ac assassinium perpetratur.*
8 *Qualitas assassinij sufficit constare per inditia legitima ad torturam.*
9 .. *leuioribus probationibus probatur.*
10 *Clericus citatus à Iudice laico in crimine assassinij tenetur comparere.*
11 *Verbum, plenè, appositũ in bulla Gregoriana intelligitur per testes examinatos ex processu informatiuo.*
12 *Plenaria causæ cognitio non est necessaria ad cognoscendum de qualitate.*
13 .. *nec in quæstionibus emergentibus ad causam principalem.*
14 .. *nec vbi actus plenum nõ affert parti præiudicium.*
15 *Reus non est audiẽdus in suis defensionibus circa qualitatẽ ipsum excludẽtem in terminis bullæ Gregorianæ.*
16 *Delinquens sub guidatico punitur pro delictis etiam antea commissis.*
17 *Delictum non quodlibet sufficit ad priuandum reum securitate, sed debet esse verè punibile.*

Reum inquisitum de delicto qualificato, non esse audiendum circa qualitatem ipsam, nisi in iudicio principali vbi diffinitiuè est ius dicendum.

CAPVT XL.

1 Quamuis clericus cõmittens atrocissimũ assassinij crimen possit à seculari Iudice puniri sine vlla degradatione, ex *t. x. in c. 1. de homic. in 6* si verus est intellectus, quẽ ad illũ tradunt Canonistæ, & insuper tenet *Marsil. in l. vnic. C. de rapt. virg. Boer. q. 69. nu. 18. Igneus in l. necessarios* §. *nõ aliàs nu. 448. ad S. llan. Capyc. dec. 112. & 155. Gram. vot. 8. nu. 1. et vot. 9. n. 17. Clar. in* §. *assassiniũ in princ. Vinc. de Franch. decis. 571. nu. 7. Ant. Fab. in Cod. Fabr. lib. 9. tit. 10. definit. 8. nu. 1. Seacc. de iudic. lib. 1. c. 11. nu. 55. Decia. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. nu. 76.* cũ alijs relatis per *Farin. de inquisit. q. 8. nu. 82. Giurb. cons. crim. 48. n. 17. et 18. Mastril. dec. 288. nu. 31. Carol. de Graff. de effect. lib. cler. effect. 1. nu. 672.* vbi plures grauissimos cumulat Authores, & asserit esse communẽ opinionẽ, licet
2 multi etiã eiusdẽ notæ sint contrariũ opinãtes. Nihilominùs id locũ habet si liquidò constet de qualitate assassinij, secus si de ea dubitaretur, vt per *Gabriel. lib. 7. concl. 1. n. 28. Vulpell. cons. 153. nu. 2.* Probanda est igitur huiusmodi qualitas ante omnia, prout re-
3 gulare est in omni actu, ad *text. in l. 2.* §. *sed si dubitetur de iud.* præsertim vbi agitur de fundanda iurisdictione, vt magistraliter tradit *Innoc. in c. cum sit generale, de for. comp. Ang. cons. 6. nu. 2. Barbos. in l. 1. art. 1. nu. 150. de iud. Affl. vbi Vrsill.* latè *dec. 297. Gramat. cons. 1. n. 53. post decisiones, D. meus Reg. Tapia ad Constit. Regni de personis nu. 7. tit. de Episc. et cler. lib. 1. Iur. Regn. Castil. Sicul. dec. 156. nu. 5. Mastrill. dec. 288. nu. 10. & seq.* cũ alijs relatis per *Farin loc. cit. nu. 85. & q. 123. inspect. 3. nu. 76.* latè *Carol. de Graff. loc. prox. cit. nu. 712. & seqq.* qui oẽs cõcludũt debere cõstare de huiusmodi assassinij qualitate.
4 Sed quia nõ potest aliquid probatum dici nisi fiat parte citata ad vidẽdum testium iuramẽta, vt dispositum est in *l. si quando* §. *sed cũ oportet, ibi, si per executores admoniti C. de testib. et in auth. sed etsi quis C. eod.* & de iure canonico *in cap. 2. de testib.* quã regulã

pluribus suo more exornat *Farin. de*
test lib. q. 72. c. 1. et 2. Hinc vidi dubita-
tum aliquãdo in M.C.V. an vbi agi-
tur de cognoscendo clericum assassi-
num (modo tamẽ à sacris canonibus
permisso) vel de priuãdo reum aliquẽ
ecclesiastica immunitate propter cri-
men aliquod exceptũ per iura cano-
nica de quibus in *cap. inter alia de im-*
munit. Eccles. his casibus reus sit au-
diendus in suis defensionibus circa
qualitatẽ excludentẽ; an verò standũ
sit testibus receptis ad informationẽ
Curiæ eo nõ citato? Dubiũ augetur
ex eo, nam licet in crimine assassinij
5 testes possint recipi parte nõ citata,
vt per *DD. in d. c. 1. de homic. in 6. Ca-*
pyc. dec. 155. priuil. 5. cum alijs per *Fa-*
rinac. d. q. 72. nu. 122. Catalan. de indult.
cap. 32. nu. 17. Pet. Plaza in epit. delict.
cap. 19. nu. 17. Decian. tract. crim. lib. 9.
c. 30. n. 23. D. meum Reg. Tapia loc. cit.
nu. 19. Muscat. in prax. crim. tit. de ho-
micid. med. mandat. n. 76. id tamen in-
telligendũ est in probatione delicti,
6 non autem in probatione qualitatis,
nàm in ea nulla est specialitas à lege
inducta quousq; in dubiũ reuocatur,
vt bene aduertit *Mascard. q. 137. n. 5.*
& Farin. q. 123. nu. 54. præsertim vbi
qualitas alterat speciẽ delicti, illudq;
aggrauat, quo casu debet ante omnia
probari, vt nec sufficiat ad hoc ficta
confessio inquisiti, vt post alios notat
Grat. discept. foren. tom. 4. c. 619. nu. 18.
ideoq; non præsumptiuè, & per indi-
tia, sed concludenter probandã dicit
Castill. decis. 156. nu. 5. tom. 2. Item in-
telligẽdum est dummodo ius assassi-
nij non tollatur, vt post *Carrer. Decia.*
& alios notat *Farinac. loc. cit. nu. 53.*

Verumtamen pro Fisco respõde-
batur. Primò non ex probationibus
7 fundari iurisdictionẽ; sed ex crimine
ipso statim ac patratur, licet exercitiũ
ipsius pẽdeat ab eis; sic in iurisdictio-
ne Iudicis laici in crimine assassinij
dixerũt *DD. in c. pro humani de homic.*
in 6. Vinc. de Franch. dec. 571. Gramat.
vot. 8. & 9. Giurb. cons. 48. n. 17. & 18.
Grass. de effect. cler. effect. 1. nu. 670.

Secundò, ad hoc vt talis iurisdictio
ritè, rectèq; exerceri possit, sufficit vt
de qualitate illã tribuente cõstet per
8 inditia legitima, quæ mentẽ iudicen-
tis inducãt ad credendum imputatũ
de crimine illud cõmisisse, quę quidẽ
inditia *Felin. in c. afferre de præsumpt.*
loquens in specie *d. c. pro humani*, vo-
cat indubitata; sed communis, & ho-
dierna praxis Tribunalium ad torturã
sufficere interpretata est, *Gama decis.*
179. nu. 2. & dec. 281. latè *Guazzin. de*
reor. defens. lib. 1. c. 31. nu. 9. Giurb. cons.
50. nu. 28. D. meus ad Const. Regni Ca-
pitaneorũ verb. perpetratis nu. 6. collo-
cata sub tit. de offic. Magist. Iustit. lib. 2.
Iur. Regni, Castill. decis. Sicil. 156. nu. 2.
tom. 2. elegãter *Mastril. de indult. c. 29.*
nu. 22. ad fin. etenim in probatione
9 qualitatis leuioribus probationibus
lex cõtenta est, *cap. per tuas de probat.*
Ias. in l. 1. not. 2. C. de testam. cum alijs
relatis per *Steph. Grat. discept. for. to. 3.*
c. 577. nu. 21. sic & vbi agitur de pro-
banda qualitate vnicus testis sufficiẽs
est, quãuis si de substãtia tractaretur,
duo requirerentur *Crau. cons. 443. nu.*
2. & Surd. decis. 166. nu. 18.

Tertiò huiusmodi inditia probata
ex processu ad informationẽ Curiæ
fabricato, & per testes examinatos
parte nõ citata, satis esse sufficiẽtia ad
exercendum talẽ iurisdictionẽ in reũ
alias non subditum rõne ordinis cle-
ricalis in casu posito in *d. c. pro huma-*
ni, vel ad priuandũ ipsũ Ecclesiastica
immunitate in casibus à sacris cano-
nibus permissis; etenim quotiescunq;
lex plenã probationẽ non desiderat,
sed cõtenta est inditijs solummodo,
vel præsũptionibus, testes possunt re-
cipi parte non citata, vt per *Gemin. in*
d. c. pro humani §. fin. n. 9. in fin. uers. no-
ta bene,

ta bene, de homic. in 6. Dec. in c. 2. n. 54. de testib. & ibi addent. ad Abbat. nu. 8. lit. A. Socc. reg. 406. vlt. fallent. Cäpeg. de testib. reg. 165. fall. 5. Marf. sing. 24. & in l. de vnoquoq; nu. 90. de re iudic. Gabr. com. opin. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. nu. 343. Viu. opin. 966. n. 8. quod verũ intelligo in his, quæ non afferunt partibus plenum præiudiciũ, vt videtur esse de mẽte DD. relatorũ per Farin.
10 de testib. q. 72. nu. 138. Vnde fit vt clericus (seruatis prius, quæ de iure seruanda sunt,) citatus à Iudice laico in crimine assassinij teneatur cõparere, aliàs poterit ab eo cõtumax reputari, vt docet Carol. de Graß. d. effect. 1. nu. 478. ꝙ quidẽ necessariò supponitur fieri ex processu informatiuo, idque procedere etiã in terminis Bullę S.P. Gregorij XIV. demõstrat Steph. Guazzin. in tract. de defens. reor. c. 31. nu. 9.
11 subdens ꝙ verbum illud, plenè, appositum in ea, intelligitur per testes examinatos ex processu informatiuo, ita vt nec ipsorũ repetitio sit necessaria parte citata, quẽ sequitur Giurb. d. suo cons. crim. 50. nu. 7. dicẽs sic practicatum in casu suo. Imò doctissimus Stephan Grat. tom. 3. discept. for. c. 596. nu. 22. in eisdẽ terminis vlteriùs progre-
12 ditur, non esse necessariã formationẽ alicuius processus, nec plenariã esse adhibendã causæ cognitionẽ, sed sufficere semiplenã, & in processu congruo tẽpore fabricato in Curia seculari, vel etiã quod Episcopus extraiudicialiter se informet quantũ pro suæ consciẽtiæ securitate erit necessariũ, ita seruari in Regno Siciliæ testatur Castill. dec. 165. in princ. tom. 2. Quod quidẽ expresse cautum est quodam motu proprio S.P. Clemẽtis VIII. de quo meminit post alios Giurb. d. cons. 50. nu. 10. & nos alibi, quamuis aliter dictum fuisse in vna Panormitana immunitatis Eccles. dicat Reuerendiss. Ricc. collect. 1792. par. 5. in fin. tẽporibus eiusdẽ S.P. Clementis, ad ꝙ allegat cons. Farin. 76. Sed ex eo conspicitur casũ inibi nullatenus fuisse decisum propter fugã reorum à carceribus; & insuper idem Farinac. contrarium esse verius clarè fatetur cõs. 211. num. 19. vol. 3. & nos diximus infra cap. 64. num. 21.

Eiusq; dispositio iuris habeat assistentiã, nam vt ait Gratian. ibid. nu. 25. & sequitur Giurb. cons. 100. nu. 28. in quęstionibus emergentibus ad causã
13 principalẽ, non requiritur plena causæ cognitio, & examinatio, ad tradita per Bart. & Bal. in l. ius alimentorũ ad fin. ff. vbi pupil. educ. debeat, & est regulare ꝙ vbi actus plenum nõ affert par-
14 tibus præiudicium non requirit plenam causæ cognitionem, Alex. in l. Iudices C. de iudic. cum alijs ad rem traditis per Giurb. d. cons. 100. nu. 29.

Ex quibus notabiliter infert ad propositum nostrum idem Gratian. d. c. 596. nu. 33. quod etiã obseruantia dictæ Bullæ redderetur admodũ difficilis, si super qualitate excludente
15 reum esset ipse audiendus in suis dedefensionibus; sicque satis esse si de qualitate huiusmodi cõstet Iudici ad quẽ de iure spectat per informationẽ extraiudicialem secretã, & sine partis vocatione cõcludit Remig. de immun. quæst. 2. nu. 3. ad med. post Aufrer. quẽ citat idem Gratian. ibid. nu. 28.

Reseruãda est ergò plenaria cognitio aduersus qualitatẽ in iudicio principali vbi de crimine agitur, in quo cõmodè reparari possit grauamen illud ꝙ reo infertur ex decreto reijciẽte talem exceptionẽ, cum re vera nõ dicatur reiecta, sed potius reseruata, eo ꝙ decisũ non dicitur, ꝙ non est discussum, Vinc. de Franch. dec. 510. n. 8. Anna alleg. 102. nu. 2. & etiam si esset decisũ, posset ex nouiter pro reo deductis decretum illud, vtpotè interlocutoriũ, reuocari non solùm semel,

sed

ſed millies, vt tradunt plures *DD.* relati per *Barboſ. in collect. ad tex. in cap. ſignificantibus nu. 8. de offic. deleg.*

Vnum tñ credo non eſſe denegandum reo, vt ſi velit per ſummariã informationem excludere qualitatem proditionis, vel aſſaſſinij, nõ ſit deneganda ei totaliter audientia, ſed dato ei breui termino per modum extraiudicialis cognitionis valeat deducere ei incumbẽtia, ꝙ poterit reo eſſe proficuũ, & Fiſco in nihilo nocebit: nam totum hoc fiet non data copia repertorũ, nec facta publicatione proceſſus, prout nouiſſimè iudicauimus etiã in Collat. Conſ. in cauſa Caroli della Valle, & Antonij Lãberti, ex doctrina *Abb. Panorm. conſ.* 41. *nu.* 1. *ante finem verſ. ex quibus verbis par.* 1. vbi expreſſè tenet in hac informatione extraiudiciali Iudicẽ non teneri teſtes cõparare, nec ꝓceſſum publicare, quia hoc eſt proprium extraiudicialis informationis, eum refert, & ſequitur *Hieron. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmij nu.* 233. ſubdens hanc doctrinã fuiſſe ſępè per Rotam Romanã canonizatã.

His fundamẽtis ſecuriſſimè iudicauit M. C. V. vti delegata in cauſa Ioãnis Baptiſtę Verde extracti ab Eccleſia Diui Antonij pro homicidio proditoriè cõmiſſo in perſonã ſoceri, nõ eſſe ipsũ audiẽdũ aduerſus qualitatẽ in iudicio repoſitionis ad Eccleſiã, nuper poſtquã ab eo fuit ꝓ Curiã Archiepiſcopalẽ excluſus, intentatũ in M. C. V. referẽte eruditiſs. Iudice D. Anibale Moles. Et ſic pariter cẽſuit in cauſa clericatus Frãciſci de Auxilio Ciuitatis Auerſæ inquiſiti de aſſaſſinio, quãuis poſtea fuerit cognitum de qualitate aſſaſſinij non conſtare.

Sed nouiſſimè in cauſa Ioannis Conſtantij de Alphano, & Detij de Leone, qui dum eſſẽt foriudicati per ſententiã M. C. V. fuerunt capti ſub Regia ſecuritate, ſeu guidatico à me eis cõceſſo vti Cõmiſſario Generali cõtra delinquentes pro quodã graui
16 delicto ab eis patrato, quo caſu non eſt eis ſeruãda fides publica, & puniri debent pro criminibus tàm ante, quã poſt ſecuritatẽ cõmiſſis, vt per *Cabal. reſol. crim. lib.* 1. *caſu* 118. *nu.* 2. *Vinc. de Frãcb. dec.* 258. diſputatũ fuit in iudicio ſuper exceptione guidatici, an eſſet eis cõcedenda copia proceſſus informatiui ſuper delicto in quo excluſio fundabatur. Dicebat enim Fiſcus nõ eſſe hoc admittendũ, nam proceſſus ante tempus publicaretur, ꝙ eſſet cauſã tribuere fraudibus, & ſubornationibus teſtium, ad ꝙ inconueniens euitandum inductum fuit, vt qualitas huiuſmodi excluſiua probetur sũmariè; & per teſtes nõ citata parte, cum aliis rõnibus in deciſione ſuperioris articuli adductis, ex quibus in prima inſtantia obtinuit. Sed in cauſa reclamationis re maturiùs diſcuſſa, & conſiderata, fuit me referente deciſũ 24. menſis Octobris 1633. eſſe cõcedendam prædictis inquiſitis copiã integram eiuſdẽ inquiſitionis ad ſe ipſos defendendũ ſuper exceptione guidatici. Conſiderando ꝙ excluſio prætenſa per Fiſcum non fundatur in aliqua qualitate, quo caſu rectè procedunt ea, quę ſupra diximus; ſed [illegible] ex delicto, quod eſt neceſſariò [illegible]nendum ad hoc vt quis amittat be-
17 neficium ſecuritatis, imò non quodlibet ſufficit; ſed illud tantummodò quod ſit verè punibile, vt docet *Vinc. Franch. d. dec.* 258. *D. meus Reg. Tapia ſuper rit.* 287. *num.* 9. *D. Reg. Rouit. ad prag.* 1. *de guidat. Capiblanc. ad prag.* 1. *de Baron. nu.* 57. quod declarat *Farin. de carcer. q.* 29. *poſt nu.* 60. Vnde interlocutoria illa qua reijcitur reus à beneficio prædicto, implicitè præſefert declarationem quod adſit delictum; hoc autem iniquum eſt fieri ipſo inaudito, & indefenſo.

Et

Et rursus eoquod etiam vbi de qualitate tantummodò ageretur ad excludendum reum, adhuc super ea esset audiendus vbi plenum ex eo iudicio oriretur ipsi præiudicium, prout ex *Farinac.d.q.72. num.*138. tradidimus, de quo dictum fuit non esse in præsenti controuertendum; etenim exclusis reis prædictis à securitate non erant amplius audiendi in iudicio principali, cum nil aliud remaneret agendum nisi executioni demandare sententiam foriudicationis contra eos latam pro alijs delictis iuxta praxim quotidianam Tribunalium Regni ex Constitutione, quæ incipit, *Pœnam eorum*.

SUMMARIUM.

1 *Mulieribus non est proprium forensia tractare.*
2 *Argumentum non valet à reciprocis vbi est diuersa ratio.*
3 *Citatio viri facta vxori non valet, si fortè eum odio habeat.*
4 .. *facta in domo vxoris valet regulariter in Regno.*
5 *Vxor dicitur socia diuini, humanique iuris, & consortium rerum secundarum, aduersarumque.*
6 *Maritus præsumitur domicilium habere in domo in qua vxor habitat.*
7 *Vxor potest facere citare virum vagabundum in domo sua.*
8 *Citatio viri facta in domo vxoris cur valida sit.*
9 *Coniugalis affectio multis casibus cessat inter coniuges.*
10 *Citatio viri facta in domo vxoris vt valeat, tria requiruntur.*
11 *Don Ioannes de Eraso Reg. Coll. Cons. & Regens M.C.V. commendatur.*

Citationem notificatam vxori, quæ virum forte odio habere præsumitur, nullam, & inualidam esse, ad ornatum Constitutionis Regni Citationis literæ.

CAPUT XLI.



Vidquid iure communi antiquitùs controuersũ foret, vtrum citari possit vxor pro viro, ita quod valeret contumax reputari, de qua re latè agunt *Bart. Bal. & alij in l. fin. per illum text. C. de indict. viduit. tollen.* vnde *Accursius in l. aut qui aliter §. sed & Seruius rectè ait ff. quod vi, aut clam,* expresè docuit non, sicut valet citatio facta viro pro vxore, valere factam vxori

1 pro viro, eo quod minus peculiare, & proprium sit mulieribus forensia negotia tractare, *ad tex. in l. 2. ff. de reg. iur.* nec valere argumentum de viro ad vxorem, quasi à reciprocis ex

2 *tex. in d. l. fin. C. de indict. viduit.* quia diuersa est vtriusque ratio, *l. curator C. de interd. matr. DD. in l. multum interest. de verb. oblig. & notat Mynsing.*

3 *sing. obseruat. cent. 3. obseruat. 37.* ideoque *Iacob. de Aret.* constanter affirmat, talem citationem vxori notificatam nõ valere, eoquod posset fortè vxor suũ virũ odio habere, & sequeretur inconueniens, quod ei non denunciaret, eum refert *Guid. Pap. q. 445. n. 1. Tiraquell. de retract. consang. §. 9. glos. 1. & 2. Mynsing. loc. cit. nu. 1.*

Nihilo-

Nihilominus hodie iure huius Re-
4 gni non est in dubium reuocandum valere citationem mariti factam in domo vxoris tàm in iudicio ciuili, quàm criminali, ex eaque posse illum contumacem reputari: etenim Imperiali *Constitutione*, quę incipit, *citationis litera*, id expresse sancitur; eiusq; decidendi ratio eò præcipuè reposita est propter specialem amorē, quo vxor pręsumitur virum prosequi. Vnde illud *Propertij lib.* 4.

Omnis amor magnus sed aperto in coniuge maior.

eosdemque vitæ consuetudinem indiuiduam tenere, *l.* 1. *de rit. nupt.* vnde eleganter *Imperator in l. aduersus C.*
5 *de crim. expil. hered.* vxorem vocat sociam diuini, humanique iuris; *& Tacit. lib. annal.* 3. appellat consortium rerum secundarum, aduersarumque, sic & *Vlp. in l. si cum dotem §. maritus solut. matrim. quid tàm humanum est,* inquit, *quàm fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem*
6 *esse?* Inde altera descēdit ratio, quod maritus præsumatur domicilium habere in ea domo, in qua vxor cum familia habitat, *ad tex. in l.* 1. *§. domum, de liber. agnosc.* ibi, *larem matrimonio collocauerit*, & facit *tex. in l.* 2. *C. vbi Senator. vel Clariss. & in l.* 1. *§. fin. ff. ad Sillan.* vbi *Vlp.* ait, *commixta familia est, & vna domus, & Cicero lib.* 1. *offic. Prima Societas in ipso est coniugio, proxima in liberis, deinde vna domus, cōmunia omnia.* ad quorum comprobationem plura adiungit *Ann. Rob. lib.* 4. *rer. iudic. cap.* 1. Ex quibus nostra constitutio habet etiam iuris communis assistentiam: nā talem citationem esse validam, tenuerunt expressè *Innoc. Hostien. & Io. Andr. in cap. fin. de eo, qui mitt. in possess. Bart. in l.* 1. *§. permittitur de liber. agnoscen. Alciat. in tract. de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 35. *cū aliis relatis per Mynsing. loco cit. nu.* 7. *Tiraquell. loco etiam cit. glos.* 1. *num.* 7. *Menoch. de præsum. lib.* 2. *præs.* 27. *n.* 1. & ita contrariam sententiam limitari, vbi in ea domo domicilium maritus habet, si tamen copia literarum citationis vxori, vel alteri de familia tradatur, dicit *Guid. Pap. q.* 445. & sic obseruari in Curia Parlamenti Delphinatus, & notat *Mynsing. loco cit. nu.* 5. *Sed Innocentius* vlterius progreditur
7 *in d. cap. vltim. de eo, qui mitt. in possess.* locum habere etiā si maritus sit vagabundus, & quod magis est, si vxor ipsa eum citari faciat, nam adhuc citatio facta in eius domo valebit, sequuntur *Tiraquell. & Menoch. loc. cit.*

His tamen non obstantibus, Magna Curia Vicariæ delegata in Iudicio nullitatum propositarū per Ioānem Baptistam Verde aduersus sententiam foriudicationis contra ipsū latam pro homicidio proditoriè cōmisso in personam eius soceri, censuit *die prima Martij* 1633. nullam rationem habendam de citationibus intimatis vxori prędicti Ioannis Baptistæ: etenim supponebatur, homicidium ab eo patratum fuisse, quia socer traduxerat filiam suam vxorem à domo viri ad suam propter nimiā ipsius viri sæuitiam, & sic seorsum à viro habitabat: vnde odio speciali coniuges sese prosequebantur: nam vt ait *Diuus Chrisostom. in homil. de coll. Sancti Ioannis, mulier, si iniuriam patitur, insanit:* vindictamque parat, qua nemo magis gaudet, quàm fœmina, vt dicit *Iuuenal. Satyr.* 13. Sic ergo dictum fuit, tàm Constitutionē
8 prædictam, quàm *DD.* placita superius relata non se fundare in simplici ratione matrimonij, sed in mutuo amore, & cohabitatione, prout aliàs considerauit *Iureconsultus in l. cum hic status* 33. *§. si mulier ff. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *non enim coitus matrimoniū facit, sed maritalis affectio.* Vbi autem coniectura est aliqua, cessare

inter

inter eos coniugalem affectionē, vnde præsumendum sit, quod vnus alteri citationem non denunciabit, æquum est, non officere marito ci-
9 tationem illam cessante legis ratione. Nec enim nouum est plerisque in casibus euenire, vt cesset omninò inter coniuges coniugalis affectio, prout paulò superiùs adnotauimus, & satis ad rem cōsiderat *tex. in d. l. cū hic status §. si diuortium*, ibi, *plerique enim cum bona gratia discedunt, plerią; cum ira animi sui, & offensa*, & inferiùs. *Quod scimus interdum, & inter consulares personas subsequutum*; de qua re multa possent hic referri excēpla, nisi plura sciret vnusquisque; interim consulas *Tiraquell. ad l. 8. connub. glos. 1. par. 8. num. 18. & seq.* Esset namque magni pręiudicij, præsertim vbi de crimine agitur citationem notificare ei, qui verosimiliter non denunciet, ad quod inconueniens saluandum *Iacob. de Aretio.* contrariam tenet opinionē, vt præfati sumus. *Vide Boer. in Consuetud. Bituring. tit. de iurisdictione §. 19. Alciat. in l. abesse de verb. signif. Imbert. institut. forens. lib.*
10 *1. cap. 5. Guid. Pap. cons. 121.* tunc valere, aiunt, citationem factam vxori aduersus maritū, vt exinde possit cōtra eum, tanquam contra contumacēm procedi, si tria præcisè concurrant. Primum, quod fiat in domo vxoris vbi vir habitat, illique relinquatur citationis copia, seu alijs domesticis, quod idem cautum est *præfata Regni Constitutione*. Alterum si non agatur de graui præiudicio, quod non est Regno admittendum propter expressum tenorem ipsius *Constitutionis* in contrarium. Tertium, si verosimile sit citationem ad aures mariti per vxorem deferri, prout tenet etiam; qui eos refert, *Additionator Matthæus ad supradictam decis. 445. Guid. Pap.* [illegible]

Ex quibus iudicauimus nullam sententiam foriudicationis, & prædictum Ioannem Baptistam esse ex integro audiendum. Hæc discussa
11 fuerunt coram *nobilissimo equite Don Ioanne de Eraso Regio Collaterali Consiliario*, qui post dignissimè exercitum supremum munus Straticoti Fidelissimæ Ciuitatis Messanæ assumptus fuit ad regendum insigne hoc Tribunal Mag. Cur. Vicariæ, ab Excellentissimo Montisregij Comite Prorege Vigilantissimo. Is inquam Illustrissimus Regens non magis morum candore, quàm animi virtutibus, & erudimentis clarus, & quasi Titus ille, *amor, & deliciæ generis humani*; decisionem hanc summè commēdauit, testatus iustissimam sibi visam, quamuis contra Fiscum. Quod posterorum memoriæ commendandum censui, vt inde inuideant raram nostrorum temporum fælicitatem, qua iusdicentibus fas est sentire quæ velint, & dicere quæ sentiunt: isthæc verè sunt aurea Traiani sæcula, in quibus, *vt Plinius* aiebat *in eius panegyrico*; *præcipuam suam gloriam esse, quod sæpiùs vinceretur Fiscus: cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.*

SVMMARIVM.

1 *Testes debent deponere, vel repeti, citata parte ad videndum ipsorum iuramenta.*
2 *.. confrontati cum reo super recognitione personæ, adhuc repetendi sunt; sed contra num. 4.*
3 *.. recepti ad informationem Curiæ non sunt repetendi, vbi quis passus fuit se in contumaciam banniri, & condemnari.*
4 *Confrontatio testium facta cum reo habet*

habet vim citationis, & noui examinis.
5 *Repetitio testium est sollemnitas iuris positiui, quæ omitti potest in casis in quibus proceditur summariè.*
6 Guazzin. in tract. de defens. reor. *declaratur.*
7 Hondedeus cons. 101. *exponitur.*
8 *Iuramentum habet vim specialis expressionis.*
9 .. *& facit valere actum omni modo meliori.*
10 *Repetitio testium semper est necessaria etiam cum quis est condemnatus in contumaciam, si tamen sententia sit nulla.*
11 .. *in Regno semper fieri debet vigore Regia Pragmaticæ, nisi tamen in duobus casibus in ea enumeratis.*

Repetitionem testium examinatorum ad Curiæ informationem non nullis casibus omitti posse.

CAPVT XLII.

1 Testium depositiones recipi debere citata parte ad videndū ipsorum iuramenta, cōstitutum est *in l. si quando, & in authen. sed & si quis C. de testib.* nec sufficere generalem citationem, sed specificam, & indiuidualem requiri dixit *Rota Roman. coram Ludouis. decis.* 267. *numer.* 2. aliter autem nullam facere fidem, tanquam contra legem factam respondet *S.P. in cap.* 2. *de testib.* adeò vt nec etiam stylus Curiæ in contrariū valeat allegari, quia sollemnitas hæc respicit litis decisoria, non autem ordinatoria, *Dec. in capit.* 2. *numer.* 103. *de probat.* nisi tamen sit cōsuetudo legitimè inducta p tot, & tales actus, qui deuenerint ad notitiā Populi, vel maioris partis, *vt post Alex. cōs.* 36. *n.* 11. *Crauett. de antiq. tēp. p.* 2. *in prin. n.* 36. *vers.* 2. *intellige*, fuit resolutū per *Rot. Rom. dec.* 215. *n.* 3. *inter* 372. *dec. criminū, & testiū collectas per Farinac.* ideò nullū facere inditiū in criminalibus testes aliter examinatos docet *Abb. in d. c.* 2. *Bar. in l. maritus nu.* 3. *in fin. de q. Paul. de Castr. in l. itē illa n.* 7. *de const. pec. Ant. Gomez de delict. to.* 3. *c.* 12. *n.* 20 *ad fi. Osasc. dec. Pedem.* 79. *n.* 18. cū multis alijs relatis per *Farinac. de testib. q.* 72. *c.* 2. *n.* 89. nisi tamen capto reo fuerint repetiti, vt docet *Bal. in l.* 3. §. *si tibi de condict. ob turp. caus. Salicet. in l. final. in fin. C. de quæst. Marsil. in l.* 1. *in princ. nn.* 4. *de q. Clar. in pract. q.* 15. *vers. item quæro, & q.* 45. *vers. cęterū si reus, Vi.* *latè com. opin.* 966. *n.* 3. *&* 4. *Mascar. de prob. concl.* 1366. *n.* 1. *Lauren. dec. Auenion.* 16. *n.* 13. *cū alijs relatis per Farin. de testib. loco cit. nu.* 136.

Vnde in causa Io. Bapt. Verde foriudicati per M. C. V. pro homicidio cōmisso in personā soceri dicebatur sētētiā condēnationis ad mortē cōtra ipsū latā esse nullā, vtpotè quę fundata est in testiū depositionibus receptis ad informationē Curiæ, & postea ipso capto non legitimè repetitis, ipso scilicet citato ad videndum ipsorum iuramenta.

2 Neq; hūc defectū suppleri ex cōfrōtatione testiū facta cū ipso reo super recognitione psonæ, vt moris est: nā adhuc vltra talē confrontationē esse necessariam legitimā repetitionē defendit *Steph. Guazzin. in suo tract. de defens. reorū def.* 20. *c.* 21. *n.* 5. & non esse reo hoc denegandum, longè, latèque comprobat *doctiss. Honded. cons.* 101. *nu.* 1. *& seq. vsque ad nu.* 40. respondendo contrarijs.

Sed

Sed contra dicebat Fiscus, sententiam esse omninò exequendam, & talem repetitionem non fuisse necessariam. Primò, quia in odium illius, qui passus fuit se in contumaciam banniri, & condemnati constitutum
3 est, vt cum peruenit in manibus Curiæ, quamuis admittatur per Iudicē ad nouas defensiones, testes contra ipsum per prius recepti ad informationem non sunt repetendi, ita tenet *doctiss. Iulius Clar. lib. 5. sent. §. fin q. 45. num. 13. vers. in hoc autem proposito*, vbi refert fuisse per Senatū grauiter reprehensū Prætorē Valētiæ, qui hoc casu testes citauit ad repetēdū, & ita esse in practica seruandū ex generali consuetudine, de qua etiam testantur *Cartar. in tract. de execut. sentent. contumac. c fi. n.* 175. *Mascard. de probat. cōcl.* 496. *n.* 13. *relati per Baiar. ibid. & Farinac. de inquis. q.* 11. *n.* 105. *& rursus de testib. q.* 72. *n.* 100. *Caball. res. crim. cēt.* 1. *cas.* 110. *n.* 37. *Sigismun. Scacc. de iudic. caus. ciuil. & crimin. to.* 1. *cap.* 98. *num.* 7. *eleganter Matt. Stephan. de offic. Iudic. lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 2. *&* 3.

Secundò, quia facta cum reo cōfrontatione cessat omninò repetitio-
4 nis necessitas, quandoquidem habet vim citationis, & noui examinis, put magistraliter docet *Afflict. in Constit. humanitate nu.* 15. *& rursus in Constit. si damnā clandestina num.* 36. *&* 37. vbi etiam reprehendit quosdam proteruos Iudices contrarium sentientes, & idem tenet *Clar. d. q.* 45. *nu.* 14. *vers. sed in proposito, & Bertazol. inter consilia criminalia diuers. cons.* 70. *nu.* 30. *tom.* 2. *Vulpell. cons.* 68. *num.* 7. *Farinac. q.* 66. *nu.* 310. *& d. q.* 72. *nu.* 139. vbi allegat *Franc. Pegn. in addit. ad director. inquisitor. par.* 3. *commē.* 23. *& idem tenet Caball. resolut. crim. cent.* 3. *cas.* 169 *num.* 14. *cum seq. pulcre Ambr. n. de process. informat. cap.* 9. *n.* 3. *& sequen.* & nouissimè quæstionem examinat *eruditiss. Sigismund. Scacc. d. tom.* 1. *de iudic. cap.* 86. *nu.* 54. vbi cōcludit de generali consuetudine seruari, vt facta testium confrontatione cum reo, non sit opus alia repetitione, etiam si testes fuissent examinati
5 ante litis contestationem, quia huiusmodi sollemnitas est iuris positiui, quę potest omitti in causis, in quibus proceditur summariè, prout sūt causæ criminales tàm *in Regno vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 289. *in ordine Carau.* quàm etiam de iure communi, *Scacc. d. lib.* 1. *cap.* 51. *n.* 30. vt latiùs est videre penès ipsum ibidem, *& rursus lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 584.

Et ad tradita per *Guazzin.* respon-
6 debatur procedere, attenta iuris cōmunis dispositione, per quam testis antequam interrogaretur super interrogatorijs Fisci, tenebatur respōdere super interrogatorijs rei, *ad tex. in l. si postulauerit §. quæstioni de adult.* q̄ praxis recessit ab Aula, eo quod in eius locum datur inquisitis repulsa, vt per *Foller. in prax. crimin. verb. recipiantur rei defensiones nu.* 32. *& Honded. d. cons.* 101. idem supponit, dum tenet esse licitum reo petere testium repetitionem cum suis interrogatorijs etiam facta confrontatione. Præterquam quod hic non est casus noster, cum iam sit lata sententia. Et ad argumentum traditum per eun-
7 dem *Honded.* quod scilicet repetitio sit facienda specificè, & expressim, & cum omnibus qualitatibus, quæ requiruntur si de nouo testes examinentur tanquam nunquam examinati, prout aduertit *Clar. q.* 45. *num.* 13. *vers. & aduerte, Rota decis.* 720. *to.* 2. *in nouiss. & Ambrosin. de process. informat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. *& sequitur D. Reg. Rouit. ad Pragm.* 1. *de persequ. malefactor. num.* 11. *in fine*, dictum fuit veriorem esse opinionem, quam seruari de consuetudine omnium Cu-

riarum dicit *Thesaur. decis. 28. num. 1.* quod sufficit, si relatio fiat ad primã depositionem etiam nullam, & inualidam, eoquod incertum dici non potest id, quod habet relationem ad illud, quod prius gestum est licet nulliter, *Alex. cons. 16. numer. 6. lib. 1.* cum alijs ad hoc relatis per *Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 890. num. 15. & 16.* vbi dicit prædictam Rotæ decisionem esse contra obseruan-
8 tiam ab omnibus receptam. Accedit insuper, quod vbi actus iureiurando vallatur, non habet opus alia expressione, quia iuramentum habet vim specialis expressionis, vt ait *Bald. in l. 2. C. commodati*, præsertim vbi nõ potest referri nisi ad id, de quo disputatur, prout *ex text. in l. 2. de liber. & posthum. & in l. si quis de fund. instruct.* notat *Surd. de alim. art. 9. q. 15.* & ius-
9 iurandum facit valere actum omni modo meliori quo de iure valere debet, *l. cum pater §. filius matrem de legat. 2.* & notat *Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 8. tit. de iuram. num. 51.*

Ex quibus Mag. Curia iudicauit, processum fuisse sollemniter instructum, sententiãque ritè, & rectè prolatam, ex eoquod nulla repetitione opus sit vbi testes præuio iuramento fuerunt cum inquisito confrontati. Quò vero ad primam rationem traditam pro Fisco, nempè non esse necessariam repetitionẽ vbi reus passus fuit se condemnari in contumaciam,
10 dictum fuit non posse practicari in casu nostro, tùm quia etiam de iure communi non habet locum vbi bannum, & sententia lata in contumaciã est nulla, quia contumax, seu bannitus is dicitur qui ritè, & rectè fuit cõtumax reputatus, & bannitus, prout tenet *Francisc. Curt. cons. 60.* quem sequitur *Gram. cons. 37. num. 2.* prout nulla per prius fuerat declarata sententia foriudicationis in hac causa; quo casu ea est de nouo agitãda, & testes sunt repetendi adeò vt si essent mortui, vel absentes deficeret probatio delicti, vt benè obseruat *Anton. Gomez ad l. 76. Tauri num. 11. & 13.* quem nouissimè refert *Farinac. d. q. 11. nu. 105. in fin.* cùm etiam quia in Regno indistinctè hoc proce-
11 dere existimo postquam *per pragmaticam Excellentissimi Comitis de Lemos editam in anno 1616. qua dicitur 89. capitum*, statutum est, vt in omnibus causis etiam in quibus proceditur admodum belli, & ex delegatione testes repetantur, non obstante quouis stylo, & consuetudine in contrarium, nisi tũ in duobus casibus nẽpè vbi reus legitimè confessus est de crimine, *vt in cap. 51. eiusdem pragmaticæ*, vel quando persistente in contumacia mortui sunt testes, vt *in cap. 83. eiusdem*; extra hos duos casus nullatenus esse omittendam repetitionem censuimus; quia ex his remanet regula firmata in cõtrarium, *ad text. in l. nam quod liquidè de pen. legat. cum concordantibus.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatio rei aliena regulariter non subsistit.*
2 *.. valet consentiente domino.*
3 *Emptiones sunt semper prompta, & parata in Regno, & pecunia nunquã præsumitur stare otiosa.*
4 *Interesse lucri cessãtis, & damni emergentis reputatur vnum, & idem cum sorte principali.*
5 *Dispositum in sorte principali, censetur etiam dispositum super interesse.*
6 *Res obligata pro sorte, censetur etiam obligata pro vsuris in dubio.*
7 *Potior pro sorte est etiam potior pro vsuris.*
8 *Pignoratitia actio competit ad pignus auocandum.*

9 Cre-

9 *Creditor non tenetur pignus restituere, nisi soluta sibi sorte cum vsuris.*
10 Textum in l. solutum §. si in sortem de pignorat. action. *male intellectũ à Negusantio.*
11 *Vsura in contractibus bonæ fidei non magis debentur ex partium conuentione, quàm ex mora.*
12 *Pignus tunc est obligatum pro vsuris, quando illa debentur naturaliter, & ciuiliter.*
13 *Obligatio non est extendenda vltra obligantis consensum.*
14 *Fideiussor non tenetur vltra sortem, vbi est expressa certa quantitas obligationis.*
15 Textus in l. fideiussores magistratuum §. 1. ff. de fideiussor. *quomodo procedat.*

Rem alienam cum consensu domini obligatam pro sorte, censeri etiam obligatam pro vsuris, nisi tamen sortis obligatio sit expressè concepta per verba taxatiua.

CAPVT XLIII.



1 Ei alienæ obligatio, in qua debitor nihil iuris habet, regulariter de iure nõ subsistit, vt *in l. 1. §. 1. vbi Bar. ff. de pignor. l. si rem alienam, & l. rem alienam 41. de pignorat. action.* verumtamen si dominus oppignora-
2 tioni consentiat, valebit quidem obligatio, siue in principio consensus adijciatur, siue ex post facto, prout expressè respõdet *Consultus in l. aliena res, & in d. l. rem alienam eodem tit. & post Bart. notat Negusant. de pignor. & hypothec. 3. memb. 2. par. nu. 54.*

Sed quia obligationi principali solet vt plurimũ accedere obligatio ad interesse passum per creditorem ratione lucri cessãtis, vel damni emergentis, præsertim in Regno, ex generali consuetudine cuiusuis personarũ
3 generis, quæ non solent pecuniam tenere otiosam, ideoq; esse emptiones, & venditiones semper inibi paratas, & prõptas pluries decisum per Sacrum Consilium vidi, vt refert etiã *D. Reg. Rouit. ad pragm. 1. de vsur. num. 45. & 46.* & similiter practicari in Regno Siciliæ *D. Marius Giurba decis. 85. in fin.* idque pro absoluto habet *D. Auditor Dominic. Gaito in suo tract. de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1757. & seq.* & in mercatore publicè nego-
4 tiante docuit *Bart. in l. centum Capuanum. 8. de eo, quod certo loco*, adeò vt tale interesse reputetur vnum, & idẽ cum sorte principali secundum *Bar. in l. stipulationes non diuiduntur q. 9. n. 40. ad fin. de verb. obligat. cum alijs per Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 42. num. 15. Surd. decis. 306. nu. 7. & in tract. de alimen. tit. 2. q. 15. n. 157.*
5 Et dispositum in vno censetur dispositum in alio, *D. Reg. de Ponte dec. 34. nu. 37. Vinc. de Franch. decis. 154. nu. 8. Gatto in suo tract. de credit. c. 4. quæst. 10. n. 1172.* Vnde magistraliter suo more *Bart. in l. pignoribus C. de vsur.* desumpto argumẽto *ex tex. in l. quæro ff. locat. & in l. centum Capua de eo, quod cert. loc.* docet, quod licet in cõ-

6 tractu nulla mentio facta sit vsurarũ, tamen in dubio res obligata pro forte censebitur etiam obligata pro vsuris, prout de communi testatur *Gaito in eod. tract. cap. 4. quæst. 10. nu. 1171.*

7 Hinc proditum est, vt qui potior est pro forte, talis etiam sit pro vsuris *ad text. in l. Lutius Titius vbi DD. qui potior. in pignor. habean.* cuius dispositionem acriter defendit *D. Reg. de Ponte d. decis. 34. per totam, & sequitur Mastrill. decis. 119. num. 2. Felician. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 18. relati per Gait. loc. cit. num. 1177.*

Hinc curiosa fuit lis agitata in M. Curia Vic. inter Simeonem de Ninno cum Ioanne Baptista de Martino super restitutione quarumdam gemmarum valoris ducatorum quingentum, quas supponebatur Simeonem accomodasse Bartolomeo Marazzano, vt eas pignori traderet ipsi Ioanni Baptistæ pro ducatis biscentum. Cumque diù Bartholomeus eas reluere distulisset, egit Simeon contra

8 prædictum Ioannem Baptistam ad illarum restitutionem pignoratitia actione, offerendo eidem prædictos ducatos biscentum Bartholomeo commodatos, *ad tex. in l. aliena res §. 1. vers. si per creditorem, vbi gloss. in verb. agitur de pignorat. action. & notat Negusant. 2. membr. 7. par. num. 12.*

Sed pro Ioanne Baptista dicebatur, ipsum ex rationibus supradictis esse creditorem non tantum in forte principali ducatorũ biscentum, sed etiam in vsuris, & interesse ipsorum, proindeque non posse adstringi ad restituẽdum pignus, nisi facta sibi solutione tàm fortis, quàm vsurarum *ad tex. expressum in l. solutum §. si in fortem de pignorat. actio.* ibi. *Quandiù quid ex his debetur pignoratitia cessabit.*

Et quamuis *Negusant. de pignorib.*

10 *memb. 2. 7. par. num. 16.* textum illum intelligat, cum expressè in pignoris datione actum est de vsuris, nihilominus interpretatio hæc manifestè violat literam illius, vbi claris verbis dicitur pignoratitiam cessare, siue vsuræ in stipulationem deductę sint, siue non, & quod sequitur illis verbis: *si tamẽ pignus & in eas obligatum fuerit;* non est quare ad primum stipulationis casum referri queat, non autem ad secundum; cum tamen certum sit, vsuras non magis ex partium conuentione iuxta terminos traditos per *DD. in l. lecta, si cert. pet.* quam ex mo-

11 ra in bonæ fidei iudicijs deberi sine vlla stipulatione ad tradita per *DD. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & in l. Insulam de verb. obligat.* sicq; rectiùs eum *textum* intellexit *gloss. ibidem in verb. siue non* in vsuris vtroque casu debitis. At ꝑ vsuris esse pignus, sicut pro forte obligatum, satis supra demonstratum est. Vnde

12 aptior est secunda interpretatio, vt scilicet tunc pignus censeatur obligatum pro vsuris, quando illæ debẽtur naturaliter, & ciuiliter, secus si naturaliter tantùm. Cùm ergò vsuræ huiusmodi ex mora debeantur, consequens fit, ad eas pignus esse obligatum.

Verũ pro Simeone replicabatur, regulare esse in omni contractu, quod

13 obligatio non extendatur vltra obligantis consensum: idque in pignoratitio perbellè docuit *Vlp. in l. 1. de pignorat. action.* in illis verbis, *Et consequens est, vt aurum obligetur, non autem æs; quia in hoc non consenserunt*, & rursus, *quia in corpore consensum est*; vt præfati sumus. Sic absurdum erit dicere, quod pro vsuris possit substineri idque in fideiussore, qui solet in omnem causam fideiubere (quod magis est) procedere

14 ex Imperiali decrero, respõdet *Paul. in l. fideiussores magistratuum 69. §. 1. ff. de*

ff de fideiussor. in specie inibi proposita de fideiussore conductoris prędij vectigalis, contra quem Fiscus postulauerat tàm sortem, quàm vsuras, nō teneri vltra centum sortis. quia non in omnem conductionem, sed in sola centum fideiusserat. Per quem *tex. Negusant. 1. memb. 5. par. num. 10. in* propria quæstione, an res hypothecata pro sorte sit etiam hypotheca pro vsuris; resoluit, quod si obligatio fuit cōcepta expressa certa quātitate, puta centum, & tunc hypotheca non trahitur ad vsuras, *ex tex. in d. l. fideiussores magistratuū. post Bartolum in d. l. centū Capua. de eo quod cert. loc. & Alex. in l. si cum dotem §. fin autem in sciussimo ff. solut. matrim.* addo eundem *Bart. in d. l. solutum §. si in pignore ff. de pignorat. act. & nouissimè Surd. de aliment. priuil. 51. & doctissimus Barbos. in l. 1. 3. par. num. 28. vers. neq; obstat. ff. solut. matrim.* & pluribus comprobat *Rot. Rom. decis. 55. nu. 6. i..ter collect. per Farinac. par. 1.*

Verùm Magna Curia censuit, pi-
35 gnus fuisse etiam in præsenti casu obligatum pro vsuris, & *textum in d. l. fideiussores* procedere, vbi expressioni certæ quantitatis adijcitur vlteriùs ali jua dictio taxatiua, veluti, *tantùm*, aut, *solū*, vel similis, prout expressè colligitur ex eodem *textu*, ibi, *in sola centum*; sicque clariùs se ipsum declarando, illum intelligit idem *Negusant. membr. 4. 2. par. num. 48. post Bart. in d. l. solutum §. si in sortem, & tenet etiam Dominic. Gaito d. cap. 4. quæsit. 10. num. 1166. & 1175. post Barzium dec. 108. num. 4. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 46. tom. 2. num. 9.* referente meritissimo Iudice Ioanne Cioffo, meo collega in vtraque Aula.



SVMMARIVM.

1 PRæscriptio triginta, vel quadraginta annorum locum habet in annuis præstationibus, etiam in foro cōscientiæ.
2 Ius, quod oritur ex obligatione censuali, dicitur reale.
3 Iura realia legitimo tempore præscribuntur.
4 Iudex ex officio potest actorē repellere, vbi ex actis constat de præscriptione ad beneficium debitoris.
5 Debitor fundans se in præscriptione, nō tenetur probare negatiuam solutionis.
6 Textus in l. cum notissimi §. in ijs. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum *quid disponat.*
7 *Præscriptio non prodest principali debitori, nec ipsius hæredi.*
8 *.. potest prodesse pro censibus præteritis, nō autem pro futuris, sed de veritate rum. 20.*
9 *Iuramentum perpetuat actionem, sicut litis cont. statio.*
10 *Legata tot sunt, quot anni, quibus debentur.*
11 *Præscriptio in ijs, quæ sub conditione debentur, non potest incipere, nisi à die aduenientis conditionis.*
12 *Obligatio vnica est pro omnibus annuis præstationibus ex contractu debitis.*
13 *Præscriptio quadraginta annorum sufficit ad excludendum Ecclesiam.*
14 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij dicitur purgasse omne malæ fidei vitium.*
15 *Census consideratur formaliter, & materialiter.*
16 *.. formalis quis dicatur.*
17 *.. materialis est ipsa pecunia, quæ annuatim soluitur.*
18 *.. formalis præscribitur, sicut cætera iura.*
19 *.. ubi uenditur, intelligitur de cēsu formali.*

21 Iu-

21 *Iureiurandum litis decisiuum est illud, quod perpetuat actionem.*

22 *.. non impedit præscriptionem quadraginta annorum, sed tantum triginta.*

23 *.. tunc impedit præscriptionem, quoties præscribens est in mala fide.*

24 *Legatum relictum Ecclesiæ, Collegio, Ciuitati, uel Monasterio præscribitur spatio quadraginta annorum.*

25 *Præscriptio unica sufficit in annuis debitis ex contractu, quamuis obligatio concepta sit uerbis distributiuis generalibus, secus si expressis.*

26 *Tertius possessor cum titulo præscribit decennio inter præsentes, & uiginti inter absentes.*

27 *.. cum titulo præscribit etiam non facta discussione cum principali debitore.*

28 Text. in l. cum notissimi §. in ijs C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum *declaratur*.

Annuos census triginta, vel quadraginta annorum spatio præscribi, & de intellectu textus in l. cum notissimi §. in ijs C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum.

CAPVT XLIV.



CVm iam ex Imperiali decisione *textus in l. cum notissimi §. in ijs C. de præscript. trig. uel quadrag. annor.* satis cõstet præscriptionem longi temporis locum habe-

1 re in annuis redditibus, seu præstationibus tàm ex contractu debitis, quàm ex vltima voluntate, itaut eo tempore possit debitor liberationem acquirere etiam in foro cõscientiæ, prout ex Theologis notat *Foller. ad pragm. 1. de censib. uerb. huiusmodi nu. 107.* hoc ideò, quia actio, seu ius quod oritur ex obligatione censuali, dicitur reale, *Grauett. conf. 107. num. 4. Tiraquell. de retract. lignagyer. §. 1. glo. 6. n. 4. Io. Faber. ins. ite seruiana col. 9. insti. de action. Ludou. Cẽcius in tract. de censib. p. 2. q. 5. artic. 1. c. 2. num. 5. Padiglia in l. prædia C. de fideicom. Simancas de Catbol. instit. tit. 9. nu. 130. Parlad. rerum quotidianarum cap. 3. num. 52. Anton. Gama decis. Lusitan. 145. & alij, quos refert Felician. de Solis de censib. lib. 1. cap. 8. nu. 19.* quamuis ipse contrarium videatur sentire: &

3 proinde sicut cætera iura realia legitimo tempore præscribuntur, vt per *Felin. in cap. auditis nu. 57. de præscrip.* sic etiam ius censuale, vt bene obseruat *Cencius loco cit. par. 3. cap. 1. q. 8. art. 1. n. 2.*

Adeò quod in ea quæstione, quam posuit *D. Regens de Ponte conf. 48. in princip. lib. 1.* an scilicet exceptio præ-

4 scriptionis sit opponenda, dicũt *DD.* quod vbi constat de ea ex eisdem actis, potest Iudex ex officio actorem repellere tanquam agentem sine actione, vt per *Guid. Pap. q. 221. Boer. decis. 344. n. 8. Cancer. lib. 1. uar. resol. cap. 18. num. 27. Mynsinger. cent. 1. obseru. 28. Decian. conf. 2. n. 48. Arisminus Tepat. tit. 557. de præscript. cap. 23.* nec

5 tenetur debitor, qui fundat se in præscriptione, probare negatiuam solutionis,

tionis, sed onus est creditoris probare sibi fuisse solutum *Crauett. d. cons.*
5 *7.nu.9. Maceraten. var. resolut. lib.2. resolut.5. num.16. Cenc. loco proximè cit.art.1.num.8.*

Non tamen vsque adeò firmum est inter nostrates, an scilicet sufficiat ad hoc vnica præscriptio à die, quo à solutione cessatum est, an verò tot debitor teneatur complere præscriptiones, quot sunt anni, quibus præstatio ipsa incipit deberi. Qua de re disputatum vidi in Magna Curia Vicariæ in causa Petri de Parascandalo cum hæredibus quon. Ioannis de Rocca debitoris annui redditus ducatorum septuaginta pro capitale ducatorum mille ex contractu censuali.

Dicebatur namque pro Petro creditore esse *textum clarum in dicta*
6 *l.cum notissimi §. in ijs*, *vbi* expressè videtur statutum, præscriptionem in annuis redditibus, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate debitis, non ab exordio obligationis; sed ab initio cuiuscunque anni, vel mensis cōputari debere, & proinde non vnicā sufficere, sed tot requiri, quot sūt anni, quibus incipit præstatio ipsa deberi: per quem *text.* sic generaliter in proposita specie esse tenendum docuit ibidem *Mar.de Fano primus omnium glossator*, cui se subscripserunt *Iacob.de Arena, Petr.de Bellapert. Cyn. & alij, quos refert Guid.Pap.q.406.vbi* testatur sic semper vidisse iudicari, & tenet *Fulgos.in eod.§.in ijs*, eamque opinionem esse in iure veriorem dixit *Boer.dec.336.lib.4.* multisque præiudicijs in Camera Imperiali confirm[illegible] tradu[illegible] *Andr.Gail. pract. obseruat.lib.2.obseruat.83.num.1. Myns[illegible]cent.3.obseru[illegible]13.Gratian.discep. forens.to.3.cap.490. nu.1.*

Secundò quidquid sit de supradicta opinione *Martini de Fano*, adhuc
7 certum est, nullam præscriptionem prodesse principali debitori, qui malam fidem habet, nec eius hæredi, etiam si ipse velit inchoare præscriptionem, eoquod mala fides authoris nocet hæredi, *cap.final.de præscript. l. cum hæres l.an vitium de diuers.& tēp. præscrip.* & ita in specie cōsiderat *Tiber.Decian.cons.2.num.190. Rodriq. de ann.reddit. lib.1.q.17. num.3. vers. quod tu limita, Foller. de censib. verb. huiusmodi num. 106. & 109. Franc. Balb. de præscript. 4. par.6. par.principalis q.5.nu.2.* & alios refert *Cenc. d. par.3.cap.1.q.8.art.1.nu.11. Gratian. decis.15.nu.9.*

Tertiò & si talis præscriptio prodesset principali debitori, seu eius
8 hęredi, id esse intelligendum pro cēsibus præteritis, non autem pro futuris, ad quorum solutionem cogi non potest debitor, nisi adueniente tempore, licet vnica sit stipulatio pro omnibus præstationibus. Vnde cum respectu futurarum solutionum dies nondum cesserit, & proinde non potuerit agere creditor, dici non potest completa præscriptio, quę non currit cōtra nō valentē agere *vulg.iurib.* prout decisum *per Rotam Romanam refert Put.decis.259. num.2. lib.1. & Mohedanus decis.226.* præterquam quod ante aduentum conditionis nō potest dici nata actio ad redimēdos census futuros, quia conditio stat in arbitrium debitoris; ideò nec currit præscriptio, vt etiam ex pluribus *Rota decisionibus* conclusum fuisse refert *Cenc. d.par.3.cap.1.q. 8. art.2. num.18.* vbi hanc opinionem tuetur.

Et tandem non posse de præscriptione obijci, vbi agitur ex contractu iureiurando vallato. Nàm iuramentū reddit actionem perpetuam, habetq; vim litis contestationis, per quā excluditur omnis præscriptio, *ad tex. in l.nam & postea §. si is qui temporali ff. de*

de iureiur, vbi DD, Felin. in c. fin. nu. 7. *de præscript, Vrsill. ad Afflict. dec.* 139. *num.* 5. & in terminis ita tenet *Steph. Gratian. d. cap.* 490. *num.* 9. At pro hęredibus respōdebatur; quinimò eos, qui per triginta annos censum non soluerunt, esse tutos exceptione pręscriptionis, & vnicam sufficere pro omnibus præstationibus, & quacunque causa debitis: cuius sententiæ cōtra *Martinum* author fuit *Bulgar. in d. l. cū notissimi §. in ÿs*, & pro ea videtur *tex.* expressus *in cap. olim de censib.* vbi id locum habere statuitur etiam contra Ecclesiam, prout rectè obseruat *Boer. dicta decis.* 336. *nu.* 2. & tenet etiam *Federic. Martin. in tract. de iur. cens. cap.* 8. *nu.* 147. quem refert *Cenc. loco sæpius citato art.* 2. *num.* 2.

Vel saltim opinionem *Bulgari* esse veram in annuis præstationibus debitis ex contractu inter viuos secundum distinctionem *Ioannis & Accursii in d. §. in ÿs* dicentium, quod in an-
10 nuis debitis ex vltima volūtate, quia tot sunt legata, quot anni, quibus debentur *l. Senatus §. fin. ∫l. de donat. caus. mort.* & licet pro primo anno legatū sit purum, pro sequentibus tamē cōditionale est, *ad regul. tex. in l. si stichū §. stipulatio de verb. obligat.* ideò præscriptio currere non potest, nisi de anno in annum, quia in his, quæ sub
11 conditione debentur, præscriptio nō potest incipere, nisi à die aduenientis conditionis, *d. l. cum notissimi §. illud C. de præscript. trig. vel quadragint. an.* quod secus esse in contractibus, in quibus stipulatio, vel obligatio vnica
12 est pro omnibus præstationibus, licet exactio differatur de anno in annum, *d. l. stichum §. stipulatio*; ideòque vnicam sufficere præscriptionem pro omnibus annis, post eos tenuerunt *Azo, Gulielm. de Cuneo, Speculat. Oldrad. & alÿ, quos refert Boer. dicta decis.* 336. *num.* 3. dicens esse communem opinionem, & seruari de Consuetudine generali Frāciæ, & *Anton. Gomez var. resolut. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 45. *Balb. in tract. de præscript.* 4. *par.* 1. *par. principalis q.* 4. *num.* 2. *Foller. in prax. censual. verb. huiusmodi num.* 107. *Aufrer. ad Capell. Tholos. decis.* 343. & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum dicunt *Surd. consil.* 302. *num.* 8. *lib.* 3. *Tiber. Decian. cons.* 2. *numer.* 39. *& sequent. lib.* 1. *Felician. de Solis de censib. lib.* 4. *cap. vnico num.* 14. *vers. nihilominus, Magon. decis.* 95. *num.* 2. *& plures Rotæ Romanæ decisiones refert Cenc. de censib. d. par.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 8. *art.* 2. *num.* 8. *& sequen.* & eam seruari apud Hispanos refert *Aluar. Valasc. cons.* 49. *num.* 4. *&* 6. *Cenallos commun. contra comm. quæst.* 567. *Parlador. lib.* 1. *rer. quotidian. cap.* 1. *§.* 12. *nu.* 7. *& Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 15. *de præscript. num.* 18. *& lib.* 3. *cap.* 20. *de legat. nu.* 59. Adeò quod hodie apud Citramontanos sit communi consensu recepta.

Pro qua facit *tex. in cap. de quarta*
13 *de censib.* vbi vnica præscriptio quadraginta annorum sufficit ad excludēdum Ecclesiā Cathedralē pro toto tempore à iure petendi quartā decimarum, quē *tex.* ad hoc ponderat *Abbas in c. auditis de præscript.* & facit etiam *text. in l. si vsusfructus alternis annis ff. quib. mod. vsusfru. amitt.* arguendo à contrario sensu, prout ipsū inducit *Ant. Gom. loco cit. num.* 45. *circa medium*.

Et ad id, quod mala fides nocet tā principali debitori, quàm eius hæredibus, ad inducendam præscriptionem: respondebatur non habere locū in hæredibus cū beneficio legis,
14 & inuētarij, quorū mala fides dicitur satis purgata ex edictis factis in actu aditionis pro creditorib. incertis, ideò cū nō cōparuerūt, iustè hęredes cre-

dide-

uidetunt huiusmodi annuum cēsum non deberi, & proinde rectè inchoatam esse præscriptionem, prout sic in specie docet *Alexan.* quem sequitur *Balb. de præscript. 2. par. 3. par. principalis quæst. 12. sub num. 13. vers. secundò limita, Anton. Gabr. commun. opin. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 5. num. 9. Tiber. Decian. dicto cons. 2. num. 50. lib. 1. vbi latè.*

Et ad tertium dicebatur, quod cēsus dupliciter considerari potest, nē-
15 pè formaliter, & materialiter. formalis dicitur census ius illud incorporale percipiendi annuos redditus,
16 quod quidem inter immobilia connumeratur, estque in commercio vēditionis, prout sunt cæteræ actiones, & intra *toto tit. C. de heredit. & action. vendit.* & notat *Tiberius Decian. d. cons. 2. num. 79. & Bald. cons. 54. nu. 2. lib. 2.* & venditur sicut ius percipiendi tributū, siue fructus ex fundo *l. emptor nominis ff. de hered. & action. vēd. l. Iubemus C. de sacros. Eccles.* cum alijs adductis *per Ludouic. Cenc. de censib. par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 10. & 11. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 29.*
17 *nu. 2.* census materialis est ipse annuus redditus, siue quātitas ipsa pecuniæ, quæ annuatim soluitur, percipitur, & leuatur, prout docet *Ludouic. Molina de iust. & iur. disput. 183. n. 3. cum aliis per Ludouic. Cenc. loco proximè citato num. 11.*

Cùm ergò quærimus, vtrum annuæ præstationes præscribi possint,
18 intelligimus de iure illo incorporali percipiendi eas, quod censum formalem vocari diximus, & sicut cętera iura præscribi potest, *ita Balb. in tract. de præscript. 4. par. principali q. 1. & seq. Cenc. par. 3. cap. 1. quæst. 8. art. 2. num. 3.* Hinc *Rota Roman.* in pluribus *decisionibus impressis post tractatum de censib. Ludouici Cencij, quæ sunt 1. num. 2. & 4. num. 5. & 16. num. 9.* quas refert idem *Cenc. d. par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 12.* rectè dixit, quod dū venditur census, non intelligitur vēditus ille census materialis, idest pe-
19 cunia ipsa, quæ annuatim soluitur, sed formalis, idest ius illud eam percipiendi. Quod si ius est illud, quod præscriptione acquiritur, vel extinguitur, nulla erit differentia inter cēsus præteritos, vel futuros: quoniam nulla remanet actio ad census futuros, dum ius illud formale, quod vnicum est, in quo ipse fundatur, & substinetur, extinguitur, & per cōsequēs non est quærendum, an nondum orta actione possit præscriptio currere, quia vbi deficit substantia, non inuenitur qualitas *l. 4. §. fi. de action. empt. l. final. C. de collat. bon. cū concordantib. Surd. cons. 34. num. 13. Barbos. princi-*
20 *pior. iuris litera Q. nu. 1.* ideò vnicam sufficere præscriptionem non solùm pro præteritis, sed etiam pro futuris censibus tenuerunt, licet non sic declarantes *Panormit. in cap. auditis de præscript. Iason post alios in l. de pupillo §. si in pluribus de nou. oper. nunc. Felin. Bartol. Speculat. & alij, quos sequitur Aluar. Valasc. Consult. 49. num. 4. & 6. Decian. d. cons. 2. nu. 39. & seq. Roderic. de ann. reddit. d. q. 17. num. 101. Follet. de censib. verb. huiusmodi num. 105.* & meliùs quàm cæteri omnes *Anton. Gom. var. resol. loc. superius cit. n. 45. in fine*, quorum rationibus nō satisfacit *Cencius*, qui cōtrariam partem tuetur.

Et tandem ad obiectum de iureiurando, quod dicebatur excludere præscriptionem, respondebatur.
21 Primò id intelligendum de iureiurando litis decisiuo quod defertur debitori ad creditoris instantiam, nō autē de eo, quod apponitur in cōtractu; nam aliàs cum omnes cōtractus sint iuramento vallati, inanis esset quęstio, cum præscriptio nullo casu haberet locum, prout satis ad tem-

considerat *Boer.dec.328. in fine*, quæ sententia sicuti expressè probatur ex eodem *tex.in d.l.nam & postea §.si is qui temporali de iureiuran.* ita eam defendunt *Bart.ibidem, & doctissimè Roderic. Suar. in d.l.post rem iudicatam notabil.2.vers. considera vltim. de re iudic. Couarr. lib.1. var. resolut.cap.9. num.7.Felin.in rub. de præscript. vers. fallit.4. Guid. Pap.q.199. cum alijs relatis per Surd.decis.3.num.14.*

Secundò iuramentum quodlibet fit, non impedire præscriptionem
22 quadraginta annorum sed tantùm triginta: nam perpetuatio actionis non porrigitur nisi ad illud tempus, vt *ex tex.in l.fin.C.de præscript.trigin. annorum*, & multis alijs docet *Surd. d.dec.3.num.15.* loquens specificè de iureiurando apposito super renūciatione præscriptionis.

Et tertiò iusiurandum tunc impedire pscriptionē quoties præscribēs
23 est in mala fide, vt bene aduertit *Surd.d. decis.3. num.8. vers. secundò*, At hæredem cum beneficio legis, & inuentarij conficiendo sollemnia purgasse omne malæ fidei vitium, iam demonstratum est.

In hac controuersia Magna Curia Vicariæ, me referente, iudicauit distinctionem *Ioannis, & Accursij* esse in iure veriorem, & frequentiori rerum iudicatarum, & *DD.* authoritate receptam, quod scilicet in annuis legatis, quia conditionaliter deberi censentur, & tot sunt legata de per se, quot anni, tot etiam compleri debēt
24 præscriptiones, quot sunt anni, quibus debentur; nisi tamen legatū relictum esset Ecclesiæ, Collegio, Ciuitati, vel Monasterio, quia tunc ad instar obligationum ex contractu legatum censetur purum, ideoque non plura, sed vnum, & perpetuum, *l.pen. de ann. legat.* & pluribus confirmat *Rodriq.de annu.redd.d.c.17.nu.103.*

At in obligatione ex contractu, quia vnica est obligatio, eaque pura, licet exactio dilata in diem, vel suspensa sub conditione purificanda; vnicam sufficere præscriptionē pro omnibus annis à die tamen quo ces-
25 satum est à solutione. Idque procedere etiā si talis obligatio cōcepta sit verbis distributiuis perseuerationē temporū denotantibus veluti si adiectum sit verbum, *quandocunque*, vel simile; nam per huiusmodi verborum generalitatem non intelligitur sublata præscriptio, præsertim triginta, vel quadraginta annorum, vt bene post alios docet *Surd.dec.2.per totam*, nisi tamen huiusmodi temporum dinumeratio esset facta verbis expressis, & specialibus, veluti promisit soluere primo, secundo, & tertio anno, & sequentibus, vt satis ad propositum aduertit *Rodriq.de ann.reddit. dicto c.17.num.101. ad finem & sequitur Ludouic.Cencius d.par.3.cap.1.q.8.art.2. num.11.*

Multòque fortiùs si res, super qua est constitutus annuus census, sit pe-
26 nès tertium possessorem cum titulo, nam is pręscribit decēnio inter pręsentes, & viginti annis inter absentes *l.1.& 2. C.si aduersus creditorem*, & docēt præter antiquos moderni omnes, præsertim *Felician de censib. lib.3.cap.4.num.12.* & alij relati *per Cenc. loco proximè cit. nu.20. Boer. dec.325. nu.2.Afflict. decis.139. in princ. Balb. de præscrip.4.p.principali q.3.Negusāt. de pignor. membr.2. 6. par. principalis num.1.Rolan.cons.79.n.7.lib.1.Gaspar. Thesaur. in addit. ad Patr. dec. 157.*
27 *vers. hypotheca*, & hanc præscriptionem currere ad beneficium tertij possessoris, etiam non facta discussione cum principali debitore secundū magis communem opinionem, quā tenet *Negusant.loco cit.Balb.d.par.4. 4.principalis quæst.3.num.6. vers. sed*

puto

pato, & par.4. 5.par. principalis, quast. 3.nu.2. Vrsill. ad Affl. d. dec. 139.n.2. Gratian. decis. 15.num.4. & seq.

Ad tex. in d. l. cũ notissimi §. *in ijs* dictum fuit congruè respódisse *Accursium* ibidem quod scilicet iàm in cõtractibus inter viuos, quã in legatis currat præscriptio à die, quo cessatũ est à solutione; sed hoc secundum naturam vniuscuiusque obligationis, quæ traditur *in d. l. sticbum* §. *stipulatio de verb. oblig.* & proinde cũ in cõtractibus vnica sit obligatio, rectè dicitur, vnicam sufficere præscriptionẽ. Quam *glossa* solutionem secuti vidẽtur *Anton. Gom. loco superius citato nu. 45. circa finem, Felician. de censib. d. lib. 4. cap. vnic. num. 14. vers. qua tamen, Parlador. rer. quotidian. lib. 1.* §. *12. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *EMptor non tenetur soluere pretiũ rei alteri obligatæ.*
2 *Fructus, & census sunt etiam hypothecati pro rei euictione.*
3 *Euictio quando imminere dicatur in limine contractus.*
4 *Emptor tenetur pretium soluere venditori parato satis offerre pro euictione imminente.*
5 *Conditione pẽdente, res non dicitur hypothecata.*
6 *Cautio in specie* tex. in l. si post perfectam C. de euiction. *præstari potest cum simplici hypotheca omnium bonorum, & author diues non tenetur eam præstare.*
7 *Hypotheca dicitur conditionaliter cõtracta cum prædium est obligatum pro restitutione sortis.*
8 Text. in l. ex his prædijs C. de euict. *non habet locum, vbi res vendita reperitur alteri obligata per generalem hypothecam.*
9 *Vsuras pretij soluere eum, qui re empta fruitur, æquum est.*
10 Bald. in l. 1. C. de bon. matern. & Afflict. decis. 20. *notantur, sed declarantur num. 11.*

Pretium rei venundatæ, siue partem ipsius non semper licere emptori retinere propter hypothecam in re inuentam, & de reg. text. in l. ex his prędijs C. de euiction.

CAPVT XLV.

1 EX Imperatoris *Antonini responso in l. ex his prædijs C. de euiction.* regula stat, emptorẽ non teneri pretium soluere, vbi res vẽdita alteri obligationi obnoxia reperitur, venditoremque agentem ad pretium exceptione doli submouendũ, eamque procedere, etiam facta ipsius rei traditione tradit *glos. ibi ver. ex empto* & notat *Vinc. de Franch. decis. 200. num. 14. Mangil in tract. de euiction. q. 23. nu. 16.* vnde eleganter *Bald. in l. 3. C. de euiction.* dat cautelã pauperi emptori, qui pretium exbursare non valet, vt excipiat contra vẽditorẽ, quod res non fuerit liberè tradita, & quod est obligata pro dote vxoris, vel alijs creditoribus, & ita quoq;

quoq; tenet *Ripa post Alex. in l. 1. §. si hæres ff. ad trebell. num. 32. Mangil. loco citato num. 19.*

Ex hac iuris dispositione Ludouicus Orlandi debitor Petri Tascioni in annuis ducatis viginti quinque pro capitale ducatorum 375. renuebat parere mandato eidem facto per M. Curiam de soluendo Matthiæ Margiotto creditori ipsius Petri in ducatis biscentũ, & tot annatas, quę extinguerent summam prædictam: etenim dicebat, domum per ipsum emptam à prędicto Petro, ex cuius pretio fuerat annuus ille census constitutus, fuisse inuentam obligatam Gratię de Tango ipsius venditoris vxori pro ducatis quingẽtum suarum dotium: & ex prædictis dicebat non solùm capitale prædicti annui redditus; sed nec tertias, siue interesse teneri sol-
2 uere, quandoquidem ad rei euictionem etiam fructus, & census sunt hypothecati, nam sufficit pretij fumum remansisse, & ita ex *Bald. in l. 1. nu. 5. C. de bon. matern. tenet Afflict. dec. 201 num. 5. Rota diuersor. decis. 281. nu. 6. par. 2. Mastrill. Surd. & alij, quos refert Giurb. decis. 100. num. 25. Mangil. loco cit. q. 23. num. 25. Mynsinger. cent. 4. obseruat. 56.*

Sed contra dicebatur, Ludouicũ omninò esse cogendum ad solutionẽ prædictam: nam & si simpliciter vera essent superiùs tradita, habebunt
3 tamen locum, vbi euictio rei venditæ in ipso limine contractus immineret, quod fieri dicitur, vbi ante pretiũ numeratum rei venundatæ, mota super ea fuerit quæstio, qui sunt termini *tex. in l. si post perfectã C. de euict.* & pbellè cẽsuit *Rot. Rom. in dec. 28. nu. 1. Mastril. Thes. Mynsing. & cęteri relati per Giurb. d. decis. 100. nu. 24.* & decisum per *Senat. Mantuan. refert Surd. decis. 252. num. 19.* Cùm autem nulla hic immineat euictio, & si qua immi-
4 neret, vẽditor paratus est satis offerre emptori, non est cur pretium retinere velit. Nàm hoc ei licere conditionaliter statuitur *in d. l. si post perfectam*, idest, si satis ei non offeratur, & ita tenent *Negusan. de pignor. par. 5. membr. 1. num. 38. vers. puto, Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 13. nu. 22. & 29.*

Item procedere possent vbi debi-
5 tum, pro quo res est hypotheecata, esset purum: nam si esset conditionale, quoniam pendente conditione res non dicitur obligata, vt per *DD. in l. facere ff. solut. matrim. & in l. cedere dic. de verb. signif.* emptor nõ poterit pretium retinere; sed satis ei erit consultum, si caueatur per venditorem ipsũ indemnem futurum, vt post *Bald. & Salicet. in l. 2. C. de sent. quę sin. cert. quant.* docent *Negusant. vbi supra nu. 28. Vincent. de Franch. decis. 200. nu. 15.*
6 *Cancer. loc. cit. nu. 23.* & talem cautionem posse præstari cum simplici hypotheca omnium bonorum absque fideiussione, per *tex. in l. 1. §. an pignoribus de collat. bon. tenet Negusant. ibidem*, quod intellige cum temperamento tradito per *Cancer. vbi proximè num. 24.* quamuis veriùs sit, hoc remitti Iudicis arbitrio, prout rectè resoluit *Rota d. decis. 281. in fine.* Sed vbi author est diues, non teneri præstare cautionem in specie *tex. in l. si post perfectam* dicit notabiliter *Affli. dec. 171.* & sequitur *Surd. decis. 183.* & sic fuisse iudicatum.

Hypothecam verò esse conditionaliter contractã exemplificant *DD.*
7 satis ad propositum nostrum: cum prædium obligatum est pro restitutione dotis iuxta notata *in l. si constante §. 1. solut. matrim. & in l. in rebus §. omnes C. de iur. dot. Negusant. vbi supra num. 24. vers. sed difficultas.* Infertur ex prædictis, quod dispositio
8 *tex. in d. l. ex his prædijs* non habeat locum, vbi res vendita reperiatur alteri

teri obligata per generalem dumta-
xat hypothecam: nàm hæc non ita
afficit rem, ſicuti ſpecialis, *l. eſt diffe-
rentia, in quib. cauſ. pign. vel. hypothec.*
aliàs ſequerentur inconuenientia
conſiderata per *Neguſant. d. num. 28.
in fine*, quod ſi in inſtrumento vendi-
tionis cum hypotheca bonorum eſ-
ſet promiſſa refectio damnorum, &
intereſſe, ſatis hoc eſſet abſque noua
cautione præſtanda, aliàs oritentur
ſuper venditionibus quotidiè infi-
nitæ lites, quia vix poteſt reperiri
venditor, qui in aliquo contractu nõ
obligauit ſua bona, & nimis durum
eſſet, quod ex hoc venditor deberet
impediri in exactione ſui pretij, vel
cogi de eo diminuere, propter dubiũ
euentum dictæ obligationis condi-
tionalis; hęc ipſe, cui expreſsè conſẽ-
ſit *Cancer. loco ſuperiùs citato num. 25.
verſ. non ſiquidem*, & hæc quoad ſor-
tem principalem prędictorum duca-
torum 375.

Quò verò ad vſuras ipſius, eas
quoque tenetur emptor præſtare il-
9 la præcipua ratione, quod ęquum
ſit vt vſuras pretij ſoluat, qui re emp-
ta fruitur. Nec refert an verè, & cũ
effectu fructus rei percipiat. nam ſat
eſt, ſi illorum percipiendorũ faculta-
tem habeat, quod totum probatur tã
expreſsè, quàm eleganter *ex l. Iulia-
nus* §. *ex vendito de act. empt.* ibi; *nam
cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt,
eum vſuras pretij pendere; poſſeſſionem
autem traditam accipere debemus, etiã
ſi precaria ſit poſſeſſio: hoc enim ſolùm
ſpectare debemus, an habeat facultatem
fructus percipiendi*; ex cuius *tex.* de-
ciſione rectiùs ſentiendo hanc ſen-
tentiam ſecutus eſt *Bald.* ſibi contra-
rius *in l. 2. C. de vſur. Paul. de Caſtr.
ibidem, Decius conſ. 119. col. 2. verſ. 6.
adduci poteſt, Cagnol. in l. curabit num.
32. C. de action. empt.* dicens eſſe com-
muniter receptam, *Couar. lib. 3. var.
var. cap. 4. poſt numerum 6. 12. illatio.
Caualcan. deciſ. 4. num. 5. & alii, quos
ſequitur Artman. Piſtor. quęſt. iur. lib.
2. cap. 32. Maſtrill. deciſ. 160. num. 12.
& ſeq.* vbi refert deciſum ex ratione
text. in l. curabit C. de actio. empt. ibi;
cum vſuris reſtituere. Et hoc eſſe ve-
rum in huiuſmodi vſuris recompen-
ſatiuis fatetur *Mangil. poſt nonnullos
d. cap. 23. num. 27.*

Ex quibus deducimus tantùm à
10 veritate aberraſſe *Baldum in l. 1. C.
de bon. mater. Afflict. d. deciſ. 20.* & cę-
teros pro contraria adductos, quãtũ
locuti ſunt contra *text.* expreſſum in
d. l. Iulianus §. *ex vendito*, in cuius ſpe-
cie etiam cũ quis precario poſſidet,
tenetur vſuras pretij pẽdere, & tamẽ
conſtat ad oculum precariam non
eſſe veram, & tutam poſſeſſionem, vt
rectè aduertit *Facchin. loc. cit. verſ. his
poſtremis.*

Niſi tamen dicamus tantorum Pa-
11 trum ſententiam tutãdo, illos loqui,
prout re uera loquuntur, vbi hęc duo
poſſeſſionẽ emptoris turbant, euictio
ſcilicet imminens (quod fieri dicitur
per vnum ex modis per *DD.* traditis,
vbi ſuper re vẽdita quęſtio mouetur
iuxta terminos *d. l. ſi poſt perfectam,
Afflict. deciſ. 171. Menoc. de arbitr. caſu
224. nu. 2.* etiam ratione ſolius hypo-
thecæ, vt tenent *Bald. in l. qui rem*, per
illum *text. C. de euict. Surd. deciſ. 295.
nu. 7.*) vel quod aliquid extraiudicia-
liter ſuſcitetur ad euictionem ordina-
tum, *gloſ. in l. penult.* §. *fin. de peric. &
commod. rei vendit.* & alios ſequitur
Giurb. d. deciſ. 100. nu. 24. Nec ſatis
eſt, quod immineat euictio, ſed opus
eſt, quod imminente euictione ven-
ditor cõtumaciter renuat fideiuſſio-
nem præſtare, qua emptori cõſultum
ſit. Cum ergò in caſu noſtro euictio
non immineat, nec metus quidem ſit
forè ſuſcitãdũ aliqd, quod euictionẽ
ſapiat, Magna Curia iudicauit non
eſſe

esse retardādam pretij, siue vsurarum solutionem seruata forma cessionis oppositis non obstantibus.

SVMMARIVM.

1 *Emptori quęnam actio competat contra venditorem rei, quę reperitur seruituti obnoxia.*
2 *Contractus subsistineri nequit, vbi defectus est in causa finali.*
3 *Iuramentum facit, vt contractus debeat adimpleri pracisè.*
4 *Emptor potest à contractu recedere, ubi probetur sua interesse rem non esse alijs obligatam.*
5 *Sub basta non potest à contractu recedere propter seruitutem in re empta repertam nisi id pactum sit.*
6 *Seruitus rei non est tota res, sed qualitas ipsi inbarens.*
7 *Venditor sciens rei uitium, tenetur de euictione: ignorans, quanto minoris.*
8 Textus in l. 1. & 2. C. creditor. euiction. pignor. non deb. *non procedit ubi scienter uenditor occultat uitium. Item quando euictio imminet in limine contractus.*
9 *Actio quanto minoris quanti estimanda est.*

Propter seruitutem in re vendita repertam non licere emptori à contractu recedere, præsertim attenta fide hastæ iudicialis; sed actione quanto minoris arbitrio expertorum æstimanda, consulendum ei.

CAPVT XLVI.

1 His, quæ in præcedenti disseruimus, cōsequēs est id, de quo aliàs dubitatum fuit in M. Curia in causa Not. Andreæ Fasani cum Petro Philiberto emptore cuiusdam domus sub hasta venditæ in hac Ciuitate Neapolis. Is enim antequam solutionem pretij compleret, inuenit ipsam seruituti altiùs non tollendi obnoxiam Illustr. Duci Grauinæ. Quæsitum fuit, quęnam actio ei cōpeteret contra venditorem? Videbatur dicendum, esse in eius potestate à contractu recedere, vtpotè qui nullatenus domum ipsam emisset, si sciuisset esse tali seruitutis nexu obstrictam, *argum. l. si quis aliam ff. de solution. & in l. cum plures ff. de euict. & in l. si duos de contrahend. empt. & notat Surd. decis. 295. num. 16.* & cauetur expresè *in l. cum eiusdem §. interdum de ædilict. edict.* tenetur enim vēditor emptorem certiorare specialiter de qualitate rei venditę, nec sufficit in genere, & sub inuolucro verborum, *Surd. decis. 265. num. 8. dec. 288. nu. 46. & cons. 13. n. 34. Beltram. ad Ludouis. decis. 119. num. 10.*

2 Et quidē contractus subsistere nequit vbi defectus est in causa finali ipsius, vt probat *Bursat. cons. 191. & cons. 194. lib. 2. Crauet. cons. 296. nu. 2. Rolan. cons. 69. lib. 4. & tenet Mangil. in dicto tract. de euict. q. 24. numer. 36.*

sub-

3 ſubdens, id quoque procedere, quãdo iuramentum eſt appoſitum in cõtractu venditionis, eoquod illud non aliud niſi præciſum adimplementum admittat.

Quod ſine dubio procedit, vbi
4 probetur emptoris intereſſe rẽ emptam nõ eſſe alijs obligatam, ſiue ſeruituti obnoxiam, prout pluries deciſum per *Rotam Roman. teſtatur idem Mangil. nu. 39.*

Nihilominus Magna Curia cenſuit non licere emptori à contractu recedere propter ſolam ſeruitutem in re inuenram, præſertim attenta fide haſtæ Iudicialis, quæ venditionem fecit, *Rota Roman. coram Ludouiſ. dec.* 119. nõ enim poteſt dici à venditore fuiſſe deceptum: debebat enim ipſe,
5 antequam offerret pretium diligenter perquirere domus qualitates, & ita eſſe reſpondendum in propoſita quæſtione, niſi aliud ſuadeat pactum reſolutiuum in contractu appoſitum tenet *Mangil. ibidem nu.* 35.

Si hæc vera ſunt, numquid ergò
6 aget emptor de euictione? & quidem cum ſeruitus rei non ſit rora res, nec pars ipſius, ſed qualitas quædam ipſi rei cohærens, *l. quid aliud de verb. ſignif. & declarat Gomez de contract. c.* 2. *num.* 45. *Caldas de empt. & vendit. cap.* 31. *nu.* 62. regulariter dicendum videtur non poſſe agi hoc caſu de euictione per *text. in l. pen. ff. de euict.* ibi; *quod ad ſeruitutes prædiorum attinet, ſi tacitè ſecutæ ſunt, & vendicentur ab alio, Quintus Mutius, & Sabinus exiſtimant venditorem ob euictionem teneri non poſſe.*

Sed regula hæc accipienda eſt cũ diſtinctione tradita per *Vlpian. in l.*
7 *Iulianus de act. empt.* vbi ſi venditor ſciens rei vitium ipſam vendiderit, tenebitur emptori de euictione, ibi; *Omnia detrimenta, quę ex ea emptione emptor traxerit, præſtaturum ei. Sin autem ignorans, id tantum præſtabit quanto minoris eſſet empturus, ſi id emptor ſciuiſſet.* hoc idem in ſeruitute in re vendita reperta reſpondent *Iureconſulti in l. quoties, & l. vltim. de ædilit. edict. l. cum venderes de contrahend. empt. l. domum ff. eodem,* & ita hanc ſententiam veriſſimam putant *gloſ. & Fulgoſ. in dicta l. penul. de euict. Bald. Paul. de Caſtr. Cepol. Alexand. Cagnol. & alij relati per Mangil. dicto capit.* 24. *numer.* 2. præter quos idem docet *Mynſinger. ſingul. obſeru. centur.* 1. *obſeruat.* 56. *numer.* 4. *verſ. illud, Gaſpar. Theſaur. libr.* 2. *quæſt. forenſ. quæſt.* 115. *num.* 3. *Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap.* 31. *num.* 56. & 57. & procedere cum hac diſtinctione omnia iura dicit *Surd. deciſ.* 265. *num.* 49. *& rurſus deciſ.* 165. *num.* 8. 9. & 10. Et per hos terminos iudicauit Magna Curia non eſſe locum reſolutioni contractus, ſed conſulendum emptori per actionem quantominoris; habens inſuper pro certo nullam ſcientiam prædictæ ſeruitutis, quæ dolum argueret, poſſe ex parte debitoris conſiderari in hac venditione facta ſub haſta; ſed fuiſſe onus creditoris, ad cuius inſtantiã fiebat ſubhaſtario, & pignoris diſtractio, denunciare emp-
8 tori onera, & qualitates rei, de quibus habebat notitiã, vel credulitatem: quoniam, & ſi regula ſit creditorem non teneri de euictione pignoris, *l. prima & 2. C. cred. euict. pignor. non. deber.* hoc non procedit vbi ipſe ſcienter occultat vitium, & ſeruitutem rei, *l. fin. C. eodem, Neguſant. de pignor. part.* 6. *membr. primo quæſt.* 5. Item quando euictio imminet in limine contractus prout reſoluit *Rota Roman. dicta deciſ.* 281. *numer.* 23. 24. & 25. & ita confirmatum per Sacrum Conſilium ad mei relationem in

Aula *dignissimi Regij Consiliarij Carauita die* 23. *Decembris* 1630.

Remansit postmodum in causa hac discutiendum, quanti hæc quantominoris actio æstimanda sit, vt
9 valeat à pretio domus deduci. Huic quæstioni variè responderunt nostri. Nàm *Surd. consil.*452. *numer.* 77. *lib.* 3. tenet post *Alexand. Iason. & alios* æstimationem esse faciendam ad sextam partem communis valoris rei. *Senat. Pedemont.* in casu relato per *Gaspar. Thesaur. quæst. forens. libr.* 3. *quæst.* 115. censuit re diligenter examinata, æstimationem quantominoris esse taxandam ad quartam pretij conuenti. *Ripa in l. naturaliter §. nihil commune de acquir. possess. numer.* 9. tenet seruiturem, & onus rei importare tertiam partem, & ita per Italiam obseruari, & vidisse pluries practicatum, prout post alios testatur *Caualcan. decis.* 36. *numer.* 5. *lib.* 1. Et tandem *Iason. in l. prima numer.* 1. *&* 2. *C. de iur. emphyteot. Afflict. & Mascard.* tenent in hac actione venire dimidiam pretij, si credimus *Thesaur. dicta quæst.* 115. *numer.* 5. *Mang. dicta quæst.* 24. *numer.* 41. qui eos referunt. Mea tamen sententia illis arridet, qui tenent huiusmodi æstimationem esse faciendam per expertos, & peritos in arte, qui re diligenter perpensa æstiment pretium seruitutis in re vendita inuentæ: quod esse ex mente *Baldi consil.* 103. *libr.* 1. *& Purpurat. consil.*356. *numer.*4. *lib. prim.* dixerunt *Thesaur. & Mangil. loco proximè citato* & faciunt tradita per *Mascard. de probat. tom.*2. *concl.* 615. *nu.*4.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest circulum anni iurisdicationis abbreuiare.*

2 *Pena imposita principali delinquenti, siue mandatario ratione alicuius qualitatis, an irrogetur contra mandantem?*

3 *Qualitas pœnam aggrauans in principali delinquente, afficit etiam auxiliatorem.*

4 *Verbum* commiserit *æquè verificatur in principali delinquente, ac in auxiliante.*

5 *Verba statuti, obseruandum est, vtrũ sint cõcepta in rem, an in personam.*

6 *Statuta debent intelligi propriè, & in eis strictissima fit interpretatio.*

7 .. *exorbitantia à iure communi strictissimè intelliguntur.*

8 .. *loquentia in casu simplici, non verificantur in mixto.*

9 *Extensio non fit in statuto ex identitate rationis.*

10 *Pœnę impositæ per Regni Constitutiones non extenduntur extra personas de quibus nominatim loquuntur.*

11 *Verba legis cui non conueniunt, nec conuenit eius dispositio.*

12 *Qualitas debet concurrere in subiecto quoties agitur de imponenda pęna statuti propter qualitatem.*

13 .. *non extenditur de persona ad personam.*

14 .. *vbi diuersa est inter delinquentem, & auxiliantem, non habet locum pœna statutaria.*

15 *Pœna statutaria imposita contra delinquentem non habet locum contra auxiliatorem, quando finis, & effectus statuti verificatur solũmodò in personam mandatarij.*

16 *Mandans nunquam comprehenditur sub statuto, quando cessat ratio.*

17 *Pœna statutaria tunc habet locum contra auxiliatorem, quando est cõformis iuri cõmuni, secus si est difformis*

18 D.Reg.

Pœnam à statuto auctam delinquenti propter aliquam qualitatem, non posse irrogari contra auxilium, & opem præstantem delicto, in quo non verificatur qualitas: ad exornationem Regiæ Pragmaticæ editę per Excellent. Comitem de Lemos sub die 31. Martij 1612.

CAPVT XLVII.



Imperiali Constitutione statutum est in hoc Regno, vt sententia foriudicationis proferatur cõtra contumaces post anni lapsum à die forbanni, *ut in Constitutione, quæ incipit. Pœnam eorũ*; sed excrescente in dies hominum nequitia, & præsertim frequentia delictorum, quæ committi solent cum scoppittis siue, archibusijs, visum fuit *Excellen. Comiti de Lemos Proregi, & Supremo Collaterali Consilio* in huius atrocissimi criminis odiũ, & quò ab eo, abstineant homines, maioris pœnę metu abbreuiare circulum anni: & proinde *Regia pragmatica sanctione* edita *sub die 31. Martij 1612.* edixit, vt inquisiti de delictis commissis tali genere armorum, foriudicentur post quindecim dies à cõtracta contumacia. Idque posse per Principem fieri, non est ambigẽdum, siue ex antiquissima obseruantia, vt testatur *D. Vinc. de Franch. decis. 213.*
1 *nu. 36.* siue verius, ex ipsiusmet Principis suprema, & absoluta potestate, cuius vigore potest nouas leges cõdere, & veteres reformare, & derogare, prout sic in proposita quæstione notat *Andr. in d. constitutione pœnã eorum colum. 7.* id intelligens verum si fiat per modum legis condendæ: sed veriùs est posse etiam in casu particulari terminum abbreuiare, vt docuerunt *Lucas de Penn. in l. fin. num. 13. C. de censib. & censit. lib. 11. & sequitur Gizzarel. decis. 17. num. 16. D. R. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 43. D. Reg. Rouit. ad rub. de sentent. foriudicat. num. 6. sequitur Mastrill. de indult. cap. 30. num. 3 D. meus ad Constit. Regn. Pœnam eorum uerb. infra annũ sub tit. de bannit. & foriud. lib. 5. Iur. Reg.* & quotidie practicatũ videmus.

Verumtamen ad harum legum exornationem plurimũ confert quæstio illa, de qua multoties audiui fuisse disceptatum in Mag. Cur. Vicariæ; sed meo tempore sollemniter decisa: num dispositio ipsius habeat locum contra assistentem, & opem ferẽtem

dolosè, & premeditatè ei, qui ictu scoppicti homicidium commisit, ita quod pro huiusmodi simplici assistētia possit is foriudicari in termino prædicto sicut, & principalis ipse delinquens. Rationes dubitandi pro Fisco erant, nàm casus videtur decisus *ex textu in l. vtrum ad l. Pompeiam de parricid.* vbi parricidij pena imponitur tàm contra principalem, quàm contra cōsocios, per quem *text. Bart.*
2 *in l. is, qui opem num. 5. ff. de furt.* concludit, quod pena imposita principali delinquenti, siue mādatario, etiam ratione alicuius qualitatis personæ ipsius inhærentis, irrogatur quoque contra mandantem, siue opem præstantem, secuto tamen delicto. Idq; procedere, quando qualitas inest ab initio tempore delicti personæ delinquentis, vel etiā si non inhæreat personis, sed tantùm circumstantijs delicti, siue ratione loci, vel alteriùs qualitatis; qua de re latiùs cum *Bart. disserit Caball. resolut. crimin. cent. 1. cas. 56. num. 104. vsque ad 112.* & sequitur etiam *Clar. lib. 5. sent. §. final. quæst. 90. num. 1. vers. quinimò etiam, & Baiard. ibidem num. 3. & Io. Andr.*
3 *in Addit. Specul. in tit. de treg. & pac. in fine*, tenet, quod qualitas penam aggrauans in principali delinquente, afficit etiam auxiliatorem, eum allegat *Farinac. q. 107. nu. 39.*

Secundò, quoniam statutum, siue Pragmatica nostra loquitur per verba generalia, seu communia apta comprehēdere tàm principalem delinquentem, quàm auxiliatorem ibi; *A' quelle persone, & delinquenti, che*
4 *commettono simili delitti &c.* Quod verbum commiserit, æquè verificatur in vtroque, ad *text. cum materia, in l. non dubium C. de legib. l. & si amicis ff. ad l. Iul. de adult. & in c. mulieres de sent. excommunicat.* ibi; *Cùm is committat verè cuius authoritate, vel mandato delictum committi probatur, & docet Salicet. in l. non ideò minùs num. 19. C. de accusat. & Roman. in l. si is, qui pro emptore nu. 23. in fine, vbi Iason nu. 359. & 380. ff. de usucap.* illud verbum dēnotat factū mediatū, in quo videtur non minus cooperari, & delinquere auxiliator, quàm principalis, prout sic in mandante, vt comprehendatur in tali statuto, loquitur *Butrig. in l. non dubium C. de legib. Alciat. in d. l. si is, qui pro emptore num. 165. cum alijs relatis per Farinac. de Consultor. q. 135. nu. 130.*

Tertiò cum dubitatur an aliquid comprehendatur sub dispositione statuti, id regulariter obseruandum
5 esse dicunt *DD.* an scilicet verba ipsius sint concepta in rem, an verò in personam. Primò enim casu dispositio comprehendit tàm principales, quàm auxiliatores v. g. Si statutū dicat, vt qui deliquerit furando, vel homicidium committendo. Secundò verò si dicat, si quis occiderit, vel percusserit, puniatur tali pœna; tunc quia præstans opem non dicitur propriè occisor nec percussor, ideò non erit puniendus pœna statutaria. Hæc est theorica *Bart. in l. nihil interest post princip. ad l. Cornel. de sicar. & in l. sed & si vnius §. seruus num. 2. de iniur. & in l. aut qui aliter §. finali num. 3. ff. quod vi, aut clam, Alex. in l. 1. in princ. num. 23. ff. de verb. oblig. Boss. in tit. de pœnis num. 14. & sequitur Anton. de Butr. in cap. 1. num. 16. ante finem de offic. delegat. vbi Decius nu. 65. & Farinac. de consultor. q. 131. nu. 51. & latiùs q. 135. num. 142. Iul. Clar. lib. 5. §. final. q. 89. nu. 2.* concludens *Bartoli* opinionem esse communem, & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, vt bene declarat *Decian. tract. crim. lib. 9. c. 32. n. 10. & cap. 39. num. 1. in fin. volum. 2. cum alijs relatis per Peregrin. Iamminum inter*

ter

ter consilia Farinac. cons.85.num.73. Tuscus lit.A.concl.169.num.20. D.R. Rouit.ad pragm.1.de assass.num.21.

Et tandem dicebat Fiscus sic in terminis fuisse decisum ad sui fauorē per Regium Collaterale Consilium ad relationem Regię Audientiæ Calabriæ Citra, in qua fuit processum ad sententiam foriudicationis contra mandantem cum abbreuiatione specialiter concessa ipsi Regiæ Audientiæ contra committentes homicidiū cum scoppittis, vt videre est penès Io. Bapt. de Thoro in Cōp. decis. to. 1. verb.mādās an includatur f.mihi 329.

Verumtamen contrariū fuit decisū per M.C.V. die 14. Februar. 1633. referente eruditissimo Iudice D. Ioāne de Vera in causa Hieronymi Ferraioli Ciuitatis Auersæ, nempè esse agendum cōtra ipsum ordinariè, expectato scilicet anni circulo, procedēdo per infrascriptas conclusiones.

Prima, quoniam regulare est in iure nunquam puniendos esse auxiliatores conscios, & participes delicti eadem pœna qua punitur principalis delinquens, vt probatur in l. vnica C. de Nili agger. nō rumpen. & in l. vnica §. pœnas autem C. de rapt. virgin. nisi tamen cū auxilio causā dederint delicto, vt aduertit D.Reg.Rouit.ad prag. 1.de assass.num.27.

Secunda est, quod statuta eius sūt
6 naturæ, vt ꝓprijssimè intelligi debeāt l.1.§.is, qui nauem de exercit. actio l. eū qui vectigal. ff. de uerb. significat. in eisque fit strictissima interpretatio, l. Cōstitutionibus ff. ad municipal. DD. in l. omnes Populi de iust. & iur. Surd. dec.
7 191. nu.6. latè Alder. Mascar. de statut. interpr. concl.4. num.1. & seqq Io. Castagn. in tract. de benef. deduct. ne egeat q.7.n.73. & seqq. ꝓsertim quādo sunt exorbitantia à iure communi, textus in cap. cum dilectus §. quia nobis de consuetud. tunc enim tanquam iura anomala, & irregularia non sunt extra suos casus extendēda, vt inquit Bal. cons 452. col. final. vol.1. Dec. cons.444.n.11. Surd. dec.56. nu.4. & dec.313.n.4. Andr. Gail. lib.2. pract. obseruat. cap.124.n.7. Vnde sta-
8 tutum loquens in casu simplici, non verificatur in mixto, vt pluribus cōꝓbat idē Surd. dec.329.n.13. Mascar.
9 loc. cit. n.20. nec extēsio fit in talibus etiā ex idētitate rationis ꝓsertim si pęnalia sint tex. in auth. de administrātibus officia in Sacr. Palat. §. penult. & glos. ibi, uerb. quoniam, Gail. loco cit. num.8. & in puncto tenet Boss. tit. de pœn. n.15. & Farinac. d.q.135.n.133. Bal. in l.1. C. de patr. qui fil. distr. Villagut de exten. leg. tit. de exten. leg. correct. & pœn. n 91. & seq. Idque in spe-
10 cie procedere in pęnis impositis per Regni Constitutiones, ex doctrina gloss in Cōst. Pœnā eorū, & And. de Is. in Cōst. Prosequētes, docet singulariter ad rē nostrā Grā. dec.28.n.29. 30.31. Et proinde concludit, mandantem aliquem vulnerari non esse puniendū pœna amputationis manus imposita per Const. Regni si aliquem cōtra vulnerantem, eoquod Constitutiones Regni sunt stricti iuris, & non extenduntur extra casus, de quibus expressè loquuntur; sed hos esse terminandos secundum ius Commune, & ante eum id docuit Afflict. decis.204.n. 6. & sequitur etiam Io. Ant. de Nigr. in proœm. cap. Reg. nu.36. & seq.

Tertia nā pęna per Pragmaticā augetur propter qualitatem armorum, quæ non reperitur in auxiliatore, sicut in principali. non ergo potest
11 practicari eius dispositio, nam verba ipsius non conueniunt auxiliatori, l. 4. §. toties de damn. infect. Surd. decis. 276. num.2. & in puncto considerat Gail. de pac. public. lib. primo c.13. nu.6.17. & 21. quod vbi agitur de imponēda pęna alicuius statuti, si prop-

12 propter aliquam qualitatẽ alteretur species delicti, seù pœna, tunc necesse est in subiecto concurrere factum cũ omnibus qualitatibus à statuto desideratis: idque esse specificè probandum, vt possit puniri pœna statuti, sequitur *Mynsing. pract. obseru. centur. 1. obseru. 40.* vndè rectè inquit *Bald. in d.l. non ideò minus nu. 11. C. de accusat.*
13 quod qualitas eius est naturæ, vt nõ extendatur de persona ad personam; idque in specie sentit etiam *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 353. nu. 7.* concludens, qualitatẽ extrinsecam, quæ reperitur in mandatario non aggrauare
14 mandantem: ideòq; vbi est diuersa qualitas inter delinquentem, & auxiliatorem, non esse locum pœnæ statutariç, colligitur ex traditis per *Anibal. Troys. ad rit. 276. Mag. Cur. Vic. nu. 31.* & tenet expresè *Farinac. de consultor. quæst. 131. nu. 44.*

Quarta, quando finis, & effectus statuti verificatur solummodo in personam mãdatarij, siue principalis de-
15 linquentis, eique tantùm potest attribui, non habet locum pœna statutaria contra auxiliatorem, siue mandantem, vt benè exemplis demonstrat *Salic. in d.l. non ideò minus nu. 19. vers. aut verba personaliter prolata C. de accus. Imol. in l. si is, qui pro emptore n. 27. il primo, de vsucap. & ibi Alciat.*
16 *nu. 173. vers. cæterum,* vbi quod mandans nunquam comprehenditur sub statuto, quando cessat ratio statuti, cum alijs relatis per *Farinac. d. quæst. 135. nu. 131. & 132.* cum ergò finis, & effectus Pragmaticæ sit, ne delicta committantur tali armorum genere, cessat omninò in auxilium præstante, qui eis vsus nõ est, cessabitq; meritò dispositio ipsius.

Quinta conclusio est; quod tunc
17 pœna imposita per statutum delinquenti habet locum contra auxiliatorem, seu mandantem, quando illa est conformis iuri communi, secùs si alteretur; nàm quatenùs est difformis, & aucta, nõ habebit locum contra mandantem, seu auxiliatorem, secundum *Salicet. in d.l. non ideò minus nu. 21. vers. & quando disponeret C. de accusat.* dicentem, quod hæc conclusio dubium non habet, *Roman. in l. si is, qui pro emptore nu. 14. vers. aut statutum de vsucap. Abb. in cap. mulieres nu. 14. de sent. excommun. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 39. nu. 9. & 10. Menoc. d. cons. 353. num. 12. & 13.* dicens id procedere, etiam si statutum loquatur in personam, *Farinac. d. quæst. 135. nu. 128. Peregrin. Iannin. inter consilia eiusdem Farinac. cons. 85. n. 79.* Vnde satis ad rem nostram declarat *Bart. in l. 2. §. exercitium num. 2. de his, qui not. infam. Aymon de antiq. temp. par. 4. §. videamus nu. 1. in fin.* quos refert *Farinac. in fragm. par. 1. verb. extensio nu. 149.* tunc legem pœnalem esse extẽdendam de persona ad personam, quando nisi extensio fieret delictum remaneret omnino impunitum, secus verò si punitum, sed tamen mitiori pœna, veluti à iure cõmuni imposita.

Et tandem pro inquisito fuit adducta decisio in terminis facta per
18 Sac. Reg. Conf. iunctis duabus aulis in Regio Collaterali Consilio ad relationem tunc *meritissimi Consiliarij, nunc dignissimi Regentis Supremi Italiæ Senatus Ferdinandi Branciæ eximij Iureconsulti, & Viri nobilissimi in causa Caroli de Palma* de anno 1615. inquisiti de assistentia in homicidio cõmisso cum ictu scoppitti; nã fuit iudicatum esse procedẽdum ordinariè, seruata forma Regni Constitutionis.

Et ad rationes in contrarium ad-
19 ductas respondebatur. Primò, *text. in d.l. vtrum ad l. Pomp. de parricid.* specialiter procedere ob parricidij immanitatem, vt aduertit *Bal. in d.l. non ideò minus nu. 11. C. de accus. Menoch.*

d. casu

d.casu 353.*nu*.8.vnde *Rimin.sen.cons.* 50.*nu*.8.*lib*.1.docet, hoc non esse secundum regulas Iuris, sed quia lex in hoc casu sic expressè disposuit: ideòque non esse trahendum ad consequentiam, & iterum *cons.*59. *nu*.7. *in fine*, & *nu*.8. dicit, hoc esse indubitatum, sequitur *Farinac. d. quaest.* 131. *num*.51. *in fin*. Vel secundò, & aptius respondit idem *Bald. in d. l. non ideò minus*, ideò in specie *tex. in d. l. vtrum*, cõscios puniri, prout principales delinquentes, quia qualitas inest in personam offensi, quæ delictum auget æqualiter in personam mandantis, & mandatarij, & idem *Bald.* clarius loquendo in *l.*1.*not*.3.*C. de rapt. virg.* dicit, quia ibi qualitas inerat delicto, non autem personæ delinquenti, & sequitur *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. is, qui opem lit. H. ff. de furt.*

20 Et ad tradita per *Bart. in d. l. is, qui opem num*.5.& *Caball. d. casu* 56. præterquam illis aduersantur ea, quæ dixerunt *Bald. in d. l. non ideò minus nu.* 11. *vers. hoc præmisso C. de accusat.* & *Salicet. in l. vnic. post numer.* 24. *C. de raptu virg.* quod opinio *Bartoli*, quam Iudices imitantur, animam occidit, prout refert *Clar. d. quaest.* 90. *in princ.* & subdunt *Addentes ad ipsum lit. C.* quod propterea anima *Bartoli* cruciatur in inferno; nihilominus dictum fuit eorum placita posse forsan procedere, vbi auxilium præstans dedit opem scienter ad qualitatem intrinsecam, & à principio connexam delicto secundum delinquentiũ propositum, vt colligitur ex exemplis consideratis per eundem *Bart. ibidẽ*, quorũ meminit *Caball. nu.*111. secùs autem vbi auxilium non fuit præstitũ ad qualitatẽ delicti, illaq; est seorsim, & extrinseca ab ipso crimine, prout genus armorum consideratum per Pragmaticam.

Quò verò ad Secundum dicebatur verum esse, quod verba priora nostræ Pragmaticæ ibi: *quelle persone, che commettono simili delitti*, sic simpliciter, & de per se considerata conueniunt tàm principali delinquenti,

21 quàm opem præstanti; sed subsequẽtia ibi: *con le dette scoppette*; declarant priora, eaq; restringunt vt intelligi debeant de delinquente tantummodò cũ ijs armis, vt per *DD. in l. pacta nouissima C. de pact.* vbi *Iason. nu.*3. *l. si seruus plurium* § *fin. de leg.* 1. *text. optimus in l. cùm in testamento* §. *qui tres de hæred. instit.* vbi *Bald.* vnde licet priora verba generalia, siuè cõmunia sint, ratione tamen subsequen-

22 tium non sunt taliter consideranda; quia mutantũ naturam ex horũ adiectione ad *tex. in l. si stipulatus*, ibi, *propter inferiora verba ff. de vsur.* & notat *Andr. in cap.* 1. §. *donare col.*4. *qualiter olim feuda poterant alienari*, *Losfred. cons.*1.*nu*.21. illa enim verba posteriora declarant modum delinquẽdi ad hoc vt Pragmatica habeat locum, & tanquam modalia dicuntur restringere, & coarctare executionẽ

23 dispositionis; nàm vt *Bald. ait in l. Arethusa nu.*7. *de statu homin.* modus est adiacens determinatio principalis dispositi originem nõ impediens, sed exequutionis dirigens, & coarctans effectum. Est enim modus quasi freni quædam temperies, vt idem *Bald.* ait *in cap. dudum il secondo, num.*7. *de elect.* sic ergò cum verba Pragmaticę intelligenda sint iuxta modum adiectum, non possunt dici generalia, siuè communia, quia nõ conueniunt nisi principali delinquenti, & sic cessat

24 obiectum. Et ad *text. in cap. mulieres de sent. excommun.* respondit *Bart. in l. sed si vnius* §. *seruus meus nu.*4. *de iniur.* procedere quantùm ad rationem peccati, pro qua magis consideratur animus, quàm factum.

Ad tertium respondetur negando mino-

minorem partem argumentationis, quod scilicet Pragmatica nostra loquatur in rem; nàm veriùs est loqui in personam, ibi, *quelle persone*, & rursus, *qual si voglia persona, che commetterà*; & clariùs infra, *à quelli, che delinqueno con tal'arme, &c.* quod verbum, *ille*, omnimodam personalitatem importat, vt docent *Felin. in cap. fin. col. 1. de offic. deleg.* & alij quos refert *Ioan. de Castillo quotid. controu. lib. 3. cap. 15. nu. 42.* sicq; in terminis nostræ Pragmaticæ fuisse decisum per Magn. Cur. Vicariæ, & Sacrum Consilium testatur *Ioannes Baptista Thoro in Compend. decis. verb. sententia foriudicationis prolata col. 2. fol. mihi 503.* sententiam foriudicationis latam contra eum, quē nō constabat ictum scoppitti emisisse fuisse nullam, eoquod Pragmatica disponens circa abbreuiationem termini loquatur in personam, non autem in rem, & proinde non esse practicandam nisi contra principalem ictum emittentē.

Et tandem respectu decisionis per eundem *Thorum* relatę, factæ ad relationem Regiæ Audiētiæ Calabriæ, dicebatur, illam non mereri pro decisione allegari, quia ignoramus factum, & rationes illius. Et ego, vt verum fatear, semper paruifeci decisiones scriptas ab authoribus, qui in eis non interuenerunt: nequeunt enim nobis referre motiua iudicantium, quæ cum possint esse diuersa, ideò non potest dici sicut ipsis videtur iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ possunt allegari pro absente criminaliter citato, quæ sint.*

2 Ritus Mag. Cur. V. 269. *corrigit ius commune.*

3 *Tertio, qui venit accessoriè ad causam, non licet, quod non permittitur principali.*

4 *Principalis, & tertii ad causam venientis eadem est natura.*

5 *Contumacia tribuit iurisdictionem, & quare.*

6 *Contumax amittit omnes exceptiones dilatorias.*

7 *Recusatio Iudicis suspecti dicitur dilatoria, & debet prima omnium exceptionum opponi.*

8 *Lis habetur pro contestata in præiudicium contumacis.*

9 *Contumaci denegatur audientia in quacunque causa inter easdē partes.*

10 *Tertius veniens ad defendendum reū, ligatur instantia primi iudicij.*

11 *cum principali iudicatur vna, eademque persona.*

12 *non potest declinatorias opponere etiam citatus quatenus sua putauerit interesse.*

13 Ritus Mag. C. Vic. 269. *de quo excusatore loquatur.*

14 *Citatio ad foriudicandum est maximi præiudicij, & in ea admittitur quilibet ad excusandum reum.*

15 *Excusator aduersus citationem ad forriudicandum, potest allegare omne id, quod est seorsum à crimine.*

16 *Exceptio incompetentiæ Iudicis potest opponi per quemcunque in causa capitali.*

17 Gramaticus cons. 1. nu. 39. & 40. *defenditur ab impugnatione* Carauitę.

18 *Excusator comparens aduersus citationem ad foriudicandum, potius pro suo interesse, quàm pro rei defensione dicitur comparere.*

19 *Tertius comparens ad excusandum reum, non potest Iudicem recusare.*

20 *comparens, vt principalis pro suo interesse, potest Iudicem recusare etiam post litem contestatam.*

21 *Fictio inducta à lege in odium contumacis nihil operatur in præiudicium tertii.*

Tertium

Tertium comparentem pro suo interesse in iudicio capitali ad excusandum reum citatum ad foriudicandum, posse Iudicem suspectum recusare.

CAPVT XLVIII.



a Est quidem satis vulgata in Regno praxis illa, quæ desumitur ex *ritu Mag. Cur. Vicariæ 269. in ordine Carauita*, quod scilicet nulla exceptio nisi infirmitatis, & absentiæ, aut captiuitatis possit allegari pro citato in criminali iudicio; addit & quartam *Carauis. ibidem num. 13.* id est carcerationis, *ex tex. in l. 2. §. simili modo ff. si quis caution. & in l. eos §. super his vbi Angel. C. de appellat. Farinac. de inquisitio. quæst. 11. num. 54.* Quæ tamen vetusta praxis ancipitem valdè reddidit quæstionē olim in Magna Curia controuersam. Nam patrato quodam graui facinore in Ciuitate Paulæ Prouinciæ Calabriæ Citra, passi fuerunt inquisiti se reputari contumaces in primis citationibus ad informandum, & ad capitula. Postea cum peruentum esset ad citationem ad foriudicandum cōparuit quidam excusator admissus per leges Regni, & inter alias exceptiones intendebat admitti etiam ad recusandum Magnificum Iudicem D. Alphonsum de Agraz eruditissimum collegam nostrum Hispanum ad præsens Auditorem generalem rei militaris in Vlteriori Sicilia, qui informationem pro Curia cęperat. Quod quidem nouum, nec hucusque attentatum fuisse dicebat Fisci patronus, & habere contra se resi-
a stentiam *ritus præfati*, per quem dicit *Carau. ibidem num. 2.* esse correctam dispositionem iuris cōmunis admittentis procuratorem ad opponendū fori declinatoriā ad tradita per *Bart. in l. penult. §. ad crimen nu. 18. de public. iudic. Gramat. cons. 1. post decisiones nu. 39. & 76.*

Imò esse etiam contra dispositum perius commune, ex cuius re-
3 gulis esset valdè alienum, quod tertius, qui venit accessoriè ad causam ad defendendum reum, admittatur ad recusādum Iudicem, ad quod nec etiam principalis admittitur in
4 proposita specie, cum tamen vtriusque scilicet principilis, & tertij eadē esse debeat natura, *c. accessoriū de reg. iur. in 6. Iulius Clar. in prax. quæst. 49.* & innuit *Thesaur. decis. 265. nu. 18.* Et quidem minor pars huius argumentationis, scilicet contumacē nō posse Iudicem suspectum allegare,
5 probatur euidenter, quoniam contumacia tribuit iurisdictionem, vel quia videatur citatus prorogasse iurisdictionem illius Iudicis, quam aliàs declinare posset si contumax non fuisset reputatus, *Ang. & Imola in l. si finita §. item videamus de damn. infert Alex. in l. quidam consulebat in fine de re iud. Affl. dec. 133. Vinc. de Frāch. dec. 417. nu. 1.* vel quia non opponendo huiusmodi exceptionem censetur illi renunciasse, prout veriùs esse dicit
6 *Carauit. ad rit. 205. n. 5.* Inde infertur contumacem amittere omnes exceptiones dilatorias iuxta sententiam *Bal. in l. non videtur la seconda de iud. Dec. in c. 1. nu. 180. cum seq. extra eod. Inno. in c. ad petitionē de accus. Affl. dec. 135. & 185. Alex. in l. si quis ex aliena de iud. Thes. d. dec. 265. nu. 2. latè Coler. dec. Germ. 108.* & cum exceptio recu-

ſationis Iudicis ſuſpecti connumere-
7 tur inter dilatorias debet ante litem
cõteſtatã opponi,& prima omniũ,ita
vt ſi alia dilatoria opponatur, cenſe-
tur prorogari Iudicis recuſandi pote-
ſtas iſq; prouocari,vt ſuper ea pronũ-
ciet;ſicq; inducitur cõſenſus in ipsũ,
vt nõ poſſit poſtea recuſari, ita nota-
biliter dicit *Lanfranc.in c.quoniã con-
tra verſ.recuſatione in princ. de probat.
& ſequitur Mynſing.cent* 4. *obſeru.* 59.
8 Quod autem lis habeatur pro cõte-
ſtata in præiudicium cõtumacis,pro-
bat *Alex.conſ.*100.*n.*1.*vol.*5.& *Frãc.
Marc.dec.*764.*par.*1.*Mynſing. cent.* 4.
*obſeru.*66.*nu.*2. Habetur enim con-
tumax pro comparente,& ſubſtinẽte
litem ad ſui præiudicium, *Rota Rom.*
9 *dec.*314.*nu.*4.*par.*1.*in nouiſſ.*& quod
magis eſt, contumaci denegatur au-
dientia indiſtinctè, & abſolutè non
ſolùm in illa cauſa, pro qua fuit con-
tumax reputatus, ſed etiam in qua-
cunque alia vertente coram Iudice
inter eaſdem perſonas ex diſpoſitio-
ne *Ritus Mag. Cur. Vic.* vt videre eſt
apud *Vinc.de Franch. dec.*271. quem
ſequitur *Surd. conſ.*300. *volu.*1.*nu.*3.
*Viuius deciſ.*11.*num.* 5. *lib.*1. *Franc.
Marc.dec.*15.*p.*1. per quos terminos
hãc partem neruosè defendit *doctiſ-
ſimus Ioannes Bapt. Coſta in ſua elegã-
ti conſ.*46.*relato per D.Reg.Rou. in cõ-
ment. ad prag.* 1. *de ſuſpic. official.*
Et confirmatur difficultas, quia
10 tertius veniens ad cauſam ad defen-
dendum reum,debet ſuſcipere iudi-
cium in eo ſtatu in quo ipſa reperi-
tur, & ligatur inſtantia primi iudicij,
*cap.*2. *vt lite pendent; in* 6. *Giurba de-
ciſ.*1.*num.*30.*verſ.*2. & iudicatur vna
11 eademque perſona cum ipſo princi-
pali,*Surd.dec.*174.*nu.*27.*& dec.*335.
*n.*22.*Giurb.d.deciſ.*1.*n.*31. inde fit,vt
nõ poſſit tertius declinatorias oppo-
nere ex traditis per *Io.Vinc.de Anna
12 alleg.*76.*n.*3. Idq; procedere etiam ſi
compareat citatus, quatenùs ſua pu-
tauerit intereſſe,& per cõſequẽs hu-
iuſmodi dilatorias opponat ex ſuã p-
ſona,prout *ex Rot.Ianuenſ.dec.*13.*n.*1.
*& alijs tradit Giurb.d.dec.*1.*nu.*35.
Sed nihilominus M. C. cenſuit, ad-
mittendũ eſſe tertiũ ad recuſandum
Iudicem ſuſpectum vbi comparet tã-
quam excuſator aduerſus citationẽ
ad foriudicandum procedendo per
infraſcriptas concluſiones.
Prima,quod ritus præfatus 269.per
quem taxantur exceptiones propo-
13 nendæ per excuſatores, intelligitur
de excuſatore,qui venit ad excuſan-
dũ reũ in vocatione primæ cõtuma-
cię ad informandum, & ad capitula,
quę cum modici ſit præiudicij, licet
præãbula ad foriudicationis ſentẽtiã,
non eſt mirũ ſi admittat eas tantùm
exceptiones à ritu enumeratas, quæ
ſolũ reſpiciũt excuſationẽ citati,pro-
pter eius impedimentũ, prout ſic ri-
tum prædictum intelligit *Vincent. de
Franch.deciſ.*329. *nu.* 11. & in his ter-
minis veriſſimum eſſe, quod tradit
Carauit.ſuperiùs allegatus, quod per
ritũ p̄dictũ ſit correcta diſpoſitio iu-
ris cõmunis. At aduerſus citationem
14 ad foriudicãdũ,quæ eſt maximi prę-
iudicij, & vltimũ terribiliũ non ſolũ
admittitur quilibet excuſator; quini-
mò Cõſtitutio Regni vocat parẽtes,
affines,amicos,& vicinos citati ad al-
legãdũ ſi ſua putauerint intereſſe,nõ
tantũ exceptiones in ſupradicto ritu
15 enumeratas;ſed omne illud,quod ſit ſeor
sũ à crimine pro defenſione ipſius iu-
xta tradita per *Vinc.de Frãc.d.dec.*329.
*n.*7.*Theſ.d.dec.*265.*n.*16.*ver. ſed quã-
uis,And.Gail.de pac.publ.lib.*1. *c.*10.*n.*
16.*Farin.de var.& diuerſ.quæſt.q.*99.
*n.*211.*& ſeq.* Quidquid vlterius attẽta-
uerit *Giurba conſ.crimin.*95. *num.*13.
vbi cenſuit veriùs eſſe admitti con-
ſanguineum foriudicandi, etiam
ad allegandum ipſius innocentiam.

In

In his namque terminis non video , vbi nam sit correctum ius commune, vt benè aduertit *Vinc.de Franch.loco cit.num.*7.& stando ipsius dispositioni,non est inconueniens id,quod sin-
16 gulariter tradit *Bald. in l.reus C.de accusat.* quod nõ prohibetur reus per alium opponere exceptionem incõpetentiæ Iudicis in causa capitali , quamuis per statutum vetitum sit ei proponere defensiones,nisi personaliter compareat, quod sequitur *Frãc. de Aretin. in cap.veniens col.*10. *de accusat.vbi Marian.Socc.col.*45. *in vers. tertio nota* subdens, quod admittitur excusator ad allegandum causas absentiæ iuris, vtpotè quod citatus sit exemptus à iurisdictione citantis, *& Bart.in d.l.penul.§.ad crimen de public. iudic.* tenet, quod exceptio declinatoria iudicij potest opponi in causa capitali etiam per procuratorem,eoquod nõ agitur de exceptione,p quã crimen examinetur, idemque tenet *Bald.in l.seruum quoque §. publicè ff. de procurat. latè Farinac. d. quæst.*99. *num.*214.

Ex quibus patet *Carauitam in d.*
17 *ritu* 269. *num.* 3. in fine,nullatenus percepisse sensum *Gramatici in d. cõs.* 1.*num.*39.40.*&* 45.dum de ipso miratur;nàm loquitur in terminis citationis ad foriudicandum, vt patet ex facti serie proposita in principio illius consilij. Vnde eius opinio sic intellecta est conformis dispositioni iuris communis,quæ in hoc nõ est per ritum immutata : ideòque eam sequuntur *Ioannes Anton. de Nigr. in c. Regni post commissum num.*39. *Aegid. Boss.in prax.crimin.tit.an in crim.iud. num.*13.*in fine*, *Hieron. Magon. decis. Lucens.*22.*num.*16.*&* 17.loquentes in terminis statuti consimilis nostro Ritui, & per consequens quamuis esset vera distinctio tradita *per Farinac.d.quæst.*99.*num.*270.*&* 271. non est in præsenti necessaria .

Inde infertur ad secundam conclusionem, quod scilicet sicut magnopere differunt inter se citationes ad informandum, & ad foriudicandum; ita quoq; maximum est discrimen inter tertium comparentem ad excusandum rèum in priori citatione, qui verè,& propriè excusator dicitur, cum tantum admittatur ad excusandũ reum tribus casibus in ritu enumeratis : & inter illum, qui venit citatus, quatenus sua putauerit inte-
18 resse ad dicendum causam quare non debeat inquisitus foriudicari . Hic namque cũ nõ magis pro rei defensione , quàm pro suo interesse ad iudicium prouocetur, potius principalis , quàm tertius dicitur,ideoque posse pro absente citato comparere, & eius defensionẽ suscipere etiam in causa capitali, probat expresſè *tex. in l.Lutius ff.de appellat.& in l.seruum de public.iudic. & in l.* 2. *C. de accusat. Glos.Alberic.Odoffred.Angel. & alij relati per Farinac.d.quæst.*99. *num.*154. Vnde quæcunque superius ponde-
19 rata sunt ad illius exclusionem procedere possent in mero , & simplici tertio comparente ad excusandum reum , quo casu verum est dicere ipsum teneri suscipere iudicium in eo statu in quo reperitur, & ligari prioris instantia, & per consequens non posse Iudicem recusare : quoniã cum exceptio hæc declinatoria sit, non potest opponi pro parte contumacis, *Afflict.decis.*133.*& Vinc.de Franch.dicta decis.*417.*num.*1. quia ex sua contumacia videtur litem cõtestatus in sui prǫiudiciũ,vt per *Alex. cons.*100.*& alios supra relatos*.

Cùm verò tertius comparet vt principalis,idest pro suo interesse, nõ ligatur instantia primi iudicij cum reo inchoati,ideoque posse Iudicem suspectum recusare expresſè docuit

Philip. Franc. in cap. cum ſpeciali 20. q. de appellat. quem in puncto ſequitur *Afflict. deciſ. 235. num. 6. in fin. Abbas in cap. cum ſuper nu. 2. de offic. delegat.* dicens eſſe menti tenendum, *Vant. in tract. de nullit. tit. quis poſſit de nullit. dicere ſub nu. 20.*

Neque hoc caſu obſtabit ei litis conteſtatio cum principali facta; nam *Philip. Dec. in cap. cum ſuper Abbatia, de offic. delegat.* indiſtinctè tenet, tertium pro ſuo intereſſe comparentem poſſe Iudicem ſuſpectum recuſare, etiam poſt litem conteſtatam, quod quidem veriſsimum credo prçſertim in caſu fictæ litis cõteſtationis, ideſt, quãdo lex, ſiue ſtatutũ habet litẽ pro conteſtata in præiudicium contumacis, prout in caſu noſtro; eò præſer-
21 tim quia omne id, quod lex fingit in odium contumacis, nihil operatur in præiudicium tertij, *l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci, Bart. cum multis alijs traditis per Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 24. num. 176.*

SUMMARIUM.

1 **T***Empus commiſſi criminis attenditur ad fundandam Iudicis iuriſdictionem.*

2 *Iudex acquirit iuriſdictionem in reũ ſtatim patrato crimine.*

3 *Fructus iuriſdictionis ad eum pertinent, qui eam exercet tempore delicti.*

4 *Iudex militaris cognoſcit de crimine commiſſo tempore militiæ.*

5 *Scholarium Rector cognoſcit de crimine commiſſo tempore ſtudij.*

6 *Iudex mercatoris cognoſcit de crimine commiſſo tempore mercaturæ.*

7 *Laicus cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum pro delicto commiſſo tempore clericatus.*

8 *Clericus citatus per Iudicem laicum non tenetur comparere.*

9 Don Emanuel de Fonſeca, & Zunica Excellentiſsimus Comes Mõtisregij Prorex Regni Neapolitani laudatur.

10 *Sententia foriudicationis impeditur in Regnó per oſtenſionem bullarum clericatus.*

11 *Iudici laico nec Princeps poteſt iuriſdictionem tribuere in clericum.*

12 Gramat. conſ. 1. *refellitur.*

13 *Talis præſumitur is, qualis reperitur tempore quo conuenitur.*

14 *Citatus tenetur comparere vbi de iure, vel de facto dubitatur an ſit de iuriſdictione citantis.*

15 Deciſio inſignis Capellæ Tholoſanæ.

16 *Iudex Eccleſiaſticus vt cognoſcat de delicto patrato per laicum tempore clericatus vnde proceſſerit.*

17 Carauitæ ad r t. 66. nu. 9. 10. *ponderationem validam eſſe.*

18 *Præuentio inter eos datur qui cumulatiuam habent iuriſdictionem.*

19 *Iudex præueniens præfertur etiam ſi poſt præuentionem reus mutauerit forum.*

20 *.. laicus pro delicto commiſſo tempore clericatus poteſt eſſe incompetens, ſed non incapax.*

21 *Incompetentia Iudicis non poteſt niſi à citato allegari.*

22 *Bullas clericatus impedire ſententiam foriudicationis in Regno vnde proceſſerit.*

23 *.. non impediunt ſententiam foriudicationis in Comitatu Cathaloniæ.*

Tempus commissi criminis attendendum fore ad cognoscendum de Iudicis competentia; sed reum citatum non posse eam allegare nisi personaliter compareat; ad ornatum text.in l. si quis ex aliena de iudicijs.

CAPVT XLIX.

EX *Vlpiani* responso *in*
*l.1.ff.de pen.*regula de-
sumitur, quod status
in quo quis erat tem-
1 pore commissi crimi-
nis attendendus est,
quoties de pœna illi irroganda agi-
tur, sic & vbi de cognoscenda iudi-
cum iurisdictione, nam inspici opor-
tet cui eo tempore competebat; sta-
tim enim ac delictum patratur Iudex
2 acquirit iurisdictionem, *ad reg.tex.in*
l.quacūque actiones de action.& oblig.
cum alijs traditis per Tiraquell.de re-
tract.conu.§.5.glos.4.nu.23. Gratian.
*discept.forens.tom.2.cap.226.num.*10.
3 Hinc iure procedit vt fructus iurisdi-
ctionis quicunque sint ad eum perti-
neant, qui eam exercet tempore cō-
missi delicti ex diffusè traditis per
Tiraquel.ibid.Vinc.de Franch.dec.76.
num. 12. *Mastrill.*latè quæstionem
disputantem *dec.*12. indeque Iudex
militaris ob crimen commissum tem-
4 pore militiæ iurisdictionem exercet
quamuis in ea non permanserit de-
linquens, secūdum *Gulielm. de Cuneo*
in l.1.C.vbi de ratioc.agi opor. Caball.
resolut.crimin.cas.147.num.28.Steph.
Gratian.discept.forens.cap.226.nu.19.
5 prout & Rector scholarium cogno-
scet de delicto per scholarem com-
misso tempore studij, quamuis hodie
scholaris non sit, *Paul.de Castr.in l.fi.*
in princip.C.de iurisd.omn.iudic. Vinc.
de Franch.decis.417.nu.9. Caball. loc.
cit.num.11.& Gratian.d.cap.226. nu.
19. & in mercatore idē docuit *Crot.*
6 *in l. nemo potest num.* 80. *de legat.* 1.
Franch.Caball. & Gratian. loco cit. &
in eo qui est de Collegio alicuius ar-
tis, præsertim in ijs, quæ circa eam
gesserit *est text. in l.2.C.vbi de ratioc.*
agi oport.& tenet *Castrens.d.l.fin.in*
princip. Franch. & alij relati per Mar.
Giurb.cons.crim.15.num.19.& sequen.
vbi multus est.
7 Fortiùs itaque dicendum est in eo
qui dum crimen patrarat erat cleri-
cus, & postea laicus effectus est, vel
quia coniugem duxit vnicam, & vir-
ginem iuxta sacrorum canonum dis-
positionem, non esse ambigendum
quod sit iurisdictione Episcopi coer-
cendus, prout primus omnium do-
cuit *Bald. in l.affinitatis nu.7. C. com-*
mun.de success. id desumens *ex glos. in*
l.nemo potest verb.quia nec ff. de legat.
1. secundum quam *Baldi* opinionem
pluries iudicatum fuit, præsertim in
Sacro nostro Consilio teste *Gram.*
*decis.*10. & tenet *Vinc.de Franch.dec.*
417.*num.4.& 571.num.2. Caball. loc.*
*citato num.*10. *Caualcan. decis.*10. *nu.*
28.*Gratian.loc.cit.n.2. Carol.de Grass.*
de effect. cleric.effect.1.nu.647.Valasc.
decis.48.num.2. D. meus Reg.Tapia
ad ritum M.C.Vicariæ 66.num.2.sub
tit.de Episc.& cleric.lib.1.Iur.Regn.D.
*Reg.Valenzuel.cons.4. num.*21. cum
innumeris alijs relatis per *Giurb. d.*
*cons.*15. *num.*13. ex quibus de huius-
modi conclusione videtur nō posse,
hodie dubitari cum reus est in fortijs

Curiæ

Curiæ ſecularis, vel Eccleſiaſticæ.

Sed maxima quidem, & nobilis eſt difficultas: an de huiuſmodi incōpetentia poſſit opponi pro parte illius, qui cum tempore commiſſi delicti eſſet clericus, citatur hodiè laicus exiſtens per Iudicem ſecularem. Vtilitas quæſtionis maxima eſt, quia ſi ex eo quod delictum patrauit tem-
8 pore clericatus vti clericus habendus eſt, non tenebitur comparere, & per conſequens nulla erit citatio, & iudicium contra eum formatum, ad diffusè tradita per *Gramat. deciſ. 29. & 61. Afflict. deciſ. 133. in fine, Ioannem Anton. de Nigr. ad cap. Regn. item ſtatuimus quod clericus nu. 6. & ſeq. Barboſ. in l. ſi quis ex aliena num. 65. de iudic.*

Contingit mihi de his diſceptare in quadam graui cauſa vertente in Regio Tribunali Campaneæ dum tāquā Commiſſarius Generalis contra bannitos illi præeſſem, ſimul exercēdo officium Iudicis Aulæ criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ: vtrumq; mihi
9 iniunctum ab *Excellentiſſimo Principe Don Emanuele de Fonſeca, & Zunica Montiſregij Comite, huius Regni Prorege eximio numquam pro meritis ſatis laudato, Iuſtitiæ cultore, bonorum tutelare, & malorum vindice.* Erat namq; Aloyſius Taglialatela Caſalis Iuliani inquiſitus de pluribus delictis, quorum cognitio fuerat mihi delegata, quare cum eſſet citatus ad foriudicandum, in actu vocationis vltimæ contumaciæ comparuit Hector eius pater cum bullis primæ tonſuræ petendo eas admitti ad impediendam
10 lecturam foriudicationis iuxta hodiernam praxim Tribunalium Regni deſumptam ex *Vinc. de Franch. deciſ. 329.* de qua etiam teſtatur *D. meus in comment. ad ritum 65. M.C.V. n. 5. ſub tit. de Epiſc. & cleric.* eſto quod nō dubitaretur in facto ipſum Aloyſium ad præſens non eſſe clericum, ſed tātum prætendebatur talem fuiſſe tempore patratorum criminum, quod ſibi ſufficere dicebat pater ad fundandam iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, cui fuerat ius quæſitum ſtatim commiſſo delicto, eique præiudicare non potuiſſe ſtatus mutationem ex regulis ſuperiùs traditis per *Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. d. cap. 226. nu. 10. Vinc. de Franch. deciſ. 417. nu. 4.*

Nec ſibi ad hoc obeſſe diſpoſitionem *ritus M.C.Vic. 235.* nàm *Thomas Gramat. conſ. 1.* poſt deciſiones *nu. 26.* in propria quæſtione tenet quod non ex hoc benè conſequitur, non comparet, ergò poteſt Iudex laicus vlterius procedere, & ipſum bannire, &
11 condemnare, quia hoc eſſet tribuere iuriſdictionem Iudici laico in clericum, quod impoſſibile eſſe fieri per Principem, docet *Cardin. in cap. perpendimus de ſent. excommunicat.* cum alijs diffusè per ipſum traditis, quem ſequi videtur *Ioannes Anton. de Nigr. in d. cap. Regni item ſtatuimus num. 8. Cau lcan. deciſ. 10. num. 31. par. 5.*

Nihilominus ex infraſcriptis iudicaui, non eſſe hoc admittendum in beneficium prædicti Aloyſij, qui ad præſens laicus erat ad impediendam ſententiam foriudicationis, quæ eſt pœna contumaciæ, non autem criminis, vt claris verbis diſſerit *Imperator Federicus in Conſtitutione Regni Pœnam eorū, & ibi gloſſ.* & latiùs probaui *cap. 63.* etenim aut pater comparens vult hoc modo declinare forum Iudicis ſecularis vt cauſa remittatur ad Eccleſiaſticum, prout iuris eſſe affirmat *Gramat. d. conſ. 1. poſt deciſiones nu. 76.* & tunc negari non poteſt quin obſtet ei *ritus præfatus 235. M.C.V.* & ibi tradita p *Carau. in prin. & nu. 4. 5. & 6.* ideòque ceſſat conſi-
12 deratio facta per *Gramat. d. conſ. 1.* & rationes adductæ ad ipſius confirmatio-

mationem; nam proce dunt supponẽdo quod reus sit clericus, quo casu certo certius est nulla lege, vel statuto fieri posse vt reus subdatur iurisdictioni Iudicis laici, sed quoties necessaria est præambula cognitio istius qualitatis, quæ omninò cõtradicit præsenti statui ipsius citati qui laicus est, debet personaliter comparare, quod nisi fiat, non potest hac exceptione se tueri ad impediendam Iudicis laici iurisdictionem, saltim quoad citationem; corruit ergò suppositũ, & cessant obiecta; vnde nil mirum si de *Gramat.* ipso miratur *Carauit.ad ritum* 269.*n*.2. rectiusque vt fallaciam agnoscas obseruat *Vinc.de Franch.d.dec*.329.*n*.10. consilium illud fecisse in fauorem filij.

Si ita est quod personaliter comparere debet is, qui tempore cita-
13 tionis laicus reperitur, eoquod præsumptio est pro iurisdictione Iudicis laici citantis; nã vt tradit *Alex. in l.nemo potest num* 31.*de legat*.1. talis dicitur is qualis est tempore quo cõuenitur, saltim ex hac psũptione redditur dubia, & quoties de iure, vel facto dubitatur an citatus debeat comparere, succe dit *regula text.in l.si*
14 *quis ex aliena de iudic*. ibi *debet venire*, & rursus, *in ea sunt causa vt in ius vocati veniant priuilegia sua allegaturi*, ita docet *Carauit.ad ritum* 230.*n*.7. *vers.non obstat quod dicatur*, *Mynsinger.post alios cent* 6.*obseruat*.7. *in fine*, *Barbos.in d.l. si quis ex aliena n*.5. subdens *num*.6. id procedere etiam in Iudice delegato, *Bart.in l.non videtur la* 1.*de iudic. Stephan. Aufrer. de offic.ordin.tit.de potest.secul. in Eccles. fallen*.23.*Carol. de Grass. de effect. clericat.effect*.1.*nu*.479.

Et ne desit ad hoc punctualis de-
15 cisio videatur *Capell. Tholos.dec*.378. vbi is, qui fuerat accusatus de crimine patrato dum esset clericus, fuit remissus per Iudicem secularem ad Ecclesiasticum iuxta *regulam text. in d. l*.1.*ff.de pœn*. sed seruata dispositione *d.l.si quis ex aliena, de iudic*.

Idque confirmatur mirificè, nam etsi talis laicus citatus comparuisset, & se clericum tempore delicti probaret, adhuc secundum aliquos qui à magis communi, & receptiori sententia recedunt, non declinaret forũ,
16 quia vt Iudex Ecclesiasticus hoc casu priuatiuè cognoscat, inquiunt ipsi, nulla lege ciuili, vel canonica sancitur, sed id receptũ est hodie ex *DD.* traditionibus superiùs allegatis, cum nec deficiat qui contrarium defen-
17 dat, vt videre est apud *Carau. ad ritũ* 66.*num*.9.*&* 10. considerantem *Baldum* illius opinionis antesignanũ *in d. l.affinitatis nu*.5.*C.commun. de success.* supponete præuentionem ex parte Iudicis Ecclesiastici, ex qua non solũ nõ excluditur, sed imò fũdatur iurisdictio Iudicis laici, quia præuentio
18 inter eos tãtũ datur qui cumulatiuã habent iurisdictionem, ad tradita per *DD.in d.l.si quis postea quam de iudic. Paul. de Castr. in l.testamenta num*. 6. *de testam. Gramat. decis*.30. *num*.12. *Surd.cons*.56.*nu*.20.*Carau.ad rit*.295. *nu*.18. & proindè nil mirum si Iudex Ecclesiasticus de ea cognoscet, quia is præfertur, qui præuenit, *ad tex.in*
19 *l.negãda.C.qui accus. non poss. Caball. resol.crim.cas*.117.*n*.6. *Vinc.de Franh. decis*.505.*nu*.3. *Giurba cons. crim*.48. *num*.32.*&* 33. etiam si post præuentionem reus mutauerit forum, & cõditionem personæ, *l.penul. de iurisd. omn.Iudic. Barbos.in d.l.si quis posteaquã n*.111.*de iudic*. vnde rectè videtur Carauita inferre in ꝓposita specie reũ posse cognosci ab vno ex duobus Iudicibus Ecclesiastico, vel seculari, q ꝓ eo crimine, ꝙ patrauit tẽpore clericatus, ꝓuenit in reali captura.

Vel

Vel saltim constat ex his quæstionem esse ancipitem,& dubiam, vnde non erit Iudex laicus totaliter incapax, sicuti si vellet exercere iurisdictionem in clericum, quod non est controuertibile: consequens ergò fit quod etsi *Baldi* opinio indistinctè vera esset, prout & ipse veram arbitror, quidquid contra communem attentauerit *Caran. loc. prox. cit.* quod scilicet cognitio sit Iudicis Ecclesiastici, id non effici ex eo quod reus sit pro clerico habendus, nec ratione incapacitatis, sed tantum incompetentiæ

20 prouenientis ex eo quod tempus delicti attendendum sit ad fundandam iurisdictionem, *ex reg. tex. in d. l. 1. de pœn.* prout in milite, scholare, & alijs quorum respectu Iudicis ordinarij iurisdictio non dicitur incapax, sed tantum incompetens, prout bene hos terminos distinguit *Barbos. in d. l. si quis ex aliena num. 64. de iudic.* Si ergo nõ ex alio remittendus est reus nisi quia Iudex laicus est incompetens, sequitur manifestè eam incom-

21 petentiam nõ ab alio nisi ab ipsomet reo posse allegari *d. l. si quis ex aliena, de iudic.* nam vt tradit *Imol. in cap. cum super num. 20. & 22. de offic. delegat. & Alexan. in l. 2. num. 13. & 14. ff. si quis in ius vocat.* quos sequitur *Carauit. d. ritu 230. num. 7.* tunc est verum quod non tenetur quis comparere, quãdo notoriè cõstat Iudicem funditus esse incompetentem, secus quando ope tantum exceptionis est incompetens.

Quod si pater prædictus ex hac clericatus allegatione tantum pretẽdat impedire sententiam foriudicationis iuxta praxim supradictam, &

22 adhuc dixi neque ad hoc esse admittendum; huiusmodi enim praxis nulla lege communi, vel municipali fulcitur, vt colligitur ex traditis *per Vinc. de Franch. d. decis. 329. num. 11.* vnde nil mirum si in Cathalonia contra-

23 rium seruatur, teste *Mich. Ferrer. obseruat. 173.* quem refert *Mastrill. dec. 113. num. 8.* sed tantum fuit introducta ex æquitate Sacri Cõsilij ad euitandum periculum, & scandalum, quæ possent subsequi, si sentẽtia foriudicationis contingeret executioni demandari; nam esse rem maximi præiudicij censuit, vt qui clericus est posset interfici vt laicus propter ipsius contumaciam, vnde iussit tãtum supersederi. At in casu nostro cessat huiusmodi inconueniens, & præiudicium, nam quatenus sententia foriudicationis proferẽda aliquando exequeretur, non diceretur exequi contra clericum, sed contra laicum, quia talis hodie reperitur, & per consequens cessaret etiam occasio scandali.

Cõcludo igitur cognitionem criminis per laicũ cõmissi dũ clericus erat spectare ad Ecclesiasticũ Iudicẽ; sed citatũ pro eodẽ à seculari teneri omninò personaliter comparere ad allegandum fori declinatoriam, non ratione incapacitatis, prout si tempore citationis clericus esset, sed tãtum incompetentiæ iuxta terminos *d. l. si quis ex aliena de iudic.* ex quo assumpto multùm equidem Iudicis Ecclesiastici iurisdictio adiuuatur: nã comparente reo remittitur eidem, vt suam exerceat iurisdictionem, quod aliàs non eueniret.

Supremum Collaterale Cõsilium, cui primo intuitu ardua, & noua visa fuit hæc determinatio, & contra praxim antiquam Tribunalium Regni, vt per *Vinc de Franch. d. dec. 329.* quæsiuit à me fundamenta ipsius, eaque per me in scriptis relata, & postmodum discussa sollemniter coram Excellentissimo Prorege inter eos Sãctiores Patres fuit sũmè commẽdata per rescriptum ad me directum

teno-

tenoris sequentis. *Magnifico Señor. Por vuestra relacion de* 31.*del passado se hà visto en Colateral quan ajustada. mente hauiades proçedido ala forjudica contra Luys Tallalatela inquisido en esse Tribunal de diuersos delitos, sin embargo de haueros presentado por su parte algunos decretos del, para impediros la execucion, y hauiendo sido todo conforme à justicia, y al Zelo con que acudis al cumplimiento de vuestras obligaciones, no se me ofreçe que dezir en este particolar, despues de estimar como es justo vuestro cuydado, y quedado del con toda satisfacion &c. Nuestro Señor &c. Napoles* 3. *de Abril* 1632. *A lo que manderedes. El Conde de Monterey. à ter. Al Magnifico Señor Don Françisco Merlino Iuez criminal de la gran Corte de la Vicaria, y Commissario general de Campaña.*

SVMMARIVM.

1 *Maior pars Collegij, siue Vniuersitatis representat totam Vniuersitatem.*

2 *Minor pars Collegij censetur consentire electioni factæ per maiorem.*

3 *Electio prima vbi est nulla de iure, potest deueniri ad aliam.*

4 *Dispositio omnis tunc dicitur adimpleta, quotiès actus validè, & vtilitèr geritur.*

5 *Dispositio legis, siue hominis verificatur in primo actu valido.*

6 *Arbitrium prorogandi potestas non consumitur per actum, qui non habuit effectum.*

7 *Electio, qua prima vice effectum non habuit, poterit de nouo fieri.*

8 *Facultas à Principe concessa non expirat, nisi sequuto effectu.*

9 Text.in l.boues, §.hoc sermone, de verb.signif. *non habet locum in fauorabilibus.*

10 *Verba statuti, seù priuilegij debent intelligi de primo actu.*

11 *Cautio de dote restituenda, vel danda consumitur contractis primis nuptijs.*

12 *Constitutio loquens de scrutinio, intelligitur de primo.*

13 *Conditio dicitur primo actu completa, quamuis non duret, vel nullum effectum sortiatur.*

14 *Sermo simpliciter prolatus, si relationē habet ad merum factum, verificatur in quocunq; actu etiam inualido.*

15 *Eligendi facultatē habens iure proprio, potest de nouo eligere, secus si alieno.*

16 *Electio nulla ope exceptionis, non est iterabilis.*

17 *Scientia semper præsumitur in eligente indignum.*

18 *Eligens indignum, amittit pro ea vice eligendi facultatem.*

19 *Electione facta indigni, deuoluitur ad superiorem eligendi potestas.*

20 *Electio facta per minorem partē Collegij praualet, vbi maior indignum scienter elegit.*

21 Decisio notab.Sacrę Rotę Roman.

22 *Electio facta per minorem partem substinetur, etiam si electus à maiori sit habilis, sed tamen suspensus.*

23 *Qualitas adiuncta verbo regulatur secundum tempus verbi.*

24 *Vota maioris partis eligentis indignū censentur adcrescere minori, qui dignum nominauit.*

25 *Eligentes nequeunt electionem primā mutare, quoties per eam est ius alicui quæsitum.*

26 *Electio facta per minorem partē substinetur, quoties eligentes faciunt vti singuli, non autem vbi fit iure Collegij, sed refellitur hac distinctio, numer.*27.

27 Lambert.de iure patron.lib.2.art.5. quæst.4.nu.1.*reijcitur.*

Electionem factam à minori parte Capituli, siue Vniuersitatis substineri, vbi maior indignum, seù incapacem scienter elegerit, multaque de regula text. in l. Boues §. hoc sermone de verbor. significat.

CAPVT L.

VNiuersitas Squinzani Prouíciæ Hydrunti, quæ priuilegium habet eligendi sibi Iudicem quotannis, qui sibi ius dicat, siue Gubernatori assideat : congregata in mense Septembris 1628. plures ad id officium ciues nominauit, quorum vnus facto scrutinio habuit sex voces, alius quinque, & alius duas. Possessio tradita fuit Francisco Valenti, qui plures habuit, etenim quod maior pars efficit, id leges ratum habent, *ad text. in l. quod ma-*
1 *ior ff. ad municipalem*, & qui maiorem partem habet totam Vniuersitatem habere videtur, quia hæc trahit ad se minorem, *Rota Romana in nouiss. per Farinac. decis.* 443. *num.* 4. & 5. *tomo* 1. *part.* 2. *Cardin. Caualer. decisio.* 21. 439. & 519. *Maceraten. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 104. *num.* 13. & minor pars hoc casû censetur con-
2 sentire electioni factæ per maiorem, *Paul. Staiban. consil.* 45. *num.* 2. *Beltram. in addit. ad decis. Ludouis. postea Sum. Pontific. Gregor. XV. decis.* 452. *sub num.* 23.

Sed remoto prædicto Francisco ab exercitio illius officij ordine magnæ Curiæ, ex quo alterius admi nistrationis syndicatum non dum præstiterat seruata forma Regiæ Pragmaticæ; comparuit eadem Vniuersiras in Magna Curia, petens decerni sibi licere de nouo se congregare pro facienda electione Iudicis. dicebat
3 enim hoc esse de iure, quod vbi electio prima est nulla deueniatur ad aliam, prout ex pluribus comprobat *Phœbus decis. Lusitan.* 101. *num.* 4. & *sequent. Iacob. Anton. de Mauro allegat.* 55. *num.* 5. etenim omnis dispositio
4 siuè legis, siuè hominis, tunc adimpleta dicitur, cum actus validè, & vtilitèr geritur, vnde is effectus sortitus sit, quo plenè sit satisfactum menti disponentis. Probatur hoc theorema satis eleganter *in l. hac conditio filia mea in princ. de condit. & demonstrat.* vbi conditio *cum nupserit*, non impletur contractis inutili-
5 bus nuptijs, vndè *Paul. de Castr. ibidem in fine*, & *Soccin. vltim. notab. aiunt*, nota dispositionem siue legis, siue hominis verificari in primo actu valido, non autem in primo actu inualido. Rursus in *l. si maritus* §. *final. ad legem Iuliam de adulterijs*, vbi prima adulterorum delatio, quæ nulla est, non habetur in consideratione, & ideò poterunt de nouo accusari. Vlterius *in l.* 2. §. 1. *de option. legat.* si is, cui electio centum amphorarum vini legata sit, acetum elegerit, actus optionis non dicitur consumptus, ideòque poterit de nouo vinum eligere, vbi *glosa* ait, nihil referre, an aliquid non fiat, vel non iure fiat, & huc pertinet id, quod dicit *Bald. in cap. olim ex literis, co-*
6 *lum.* 2. *de rescript.* vbi potestas prorogandi arbitrium non consumitur per actum

actum prorogationis, qui non habuit effectum.

Et in propria materia electionis,
7 de qua agimus est *text. in cap. si electio de elect. in 6.* vbi si prima vice electus electioni consentire noluerit, vel renunciauerit, vel morte præuentus sit, vnde electio effectum nõ habuerit, poterunt eligentes de nouo eligere, & ideò *Roffred. in suis quæstionib. Sabatin. quæst.* 1. docuit, quod facta per eum, qui potestatem ad hoc habet, electione Episcopi, quę aliquo casu effectũ non habuerit, poterit electio de nouo fieri; idem tenet *Bart. Brix. q.* 79. *Bal. & Alberic. in l. qui per salutem, per illum text. ff. de iureiurand.* & expresse *Raphael Cuman. in d. l. hac conditio filia mea ff. de condit. & demonstrat.* cum alijs latissimè in illius sententiæ confirmatione traditis per *Andr. Tiraquell. in l. Boues* §. *hoc sermone limit.* 1. *num.* 5. *&* 6. *de verbor. significat. Rota Romana decis.* 405. *inter nouiss. collect. per Farinac. tom.* 3. *par.* 2. *Anton. Gabr. commun. conclus. lib.* 6. *tit. de legibus conclus.* 3. *num.* 30. & facit regula illa, non præstat impedimen-
8 tum, quod de iure non sortitur effectum: idque regulare esse in omni facultate à Principe concessa, quod nõ expiret nisi sequuto effectu, *Innoc. in c. in causis col.* 2. *de elect. Imol. in cap. constitutus notab.* 5. *de concess. praben. Angel. in l. iudicium soluitur ff. de iudic. Bald. in l. fideicommissa* §. *si quis de legat.* 3. *Roman. cons.* 504. & ita limitari regulam *d. l. boues* §. *hoc sermone dicit Anton. Gabr. lib.* 6. *tit. de legib. conclus.* 2. *num.* 28. *&* 30. & in specie electionis tenet *Berous cons.* 106. *num.* 29. *&* 30. *vol.* 1. quos ad rem allegat, & sequitur *Io. Vinc. de Anna* in propria nostra materia *allegat.* 139. *nu.* 32. additq; *nu.* 31. quod in fauorabilibus non habet locum regula *text. in d. l. Boues* §. *hoc sermone*, quæ introducta est pro materijs odiosis tantũnam in fauorabilibus potestas non consumitur vnico actu, *Bart. in l. si ita de auro, & argent. legat. Afflict. decis.* 393. *Gozzadin. cons.* 6. *nu.* 83. *Loffred. cons.* 7. cum alijs per *Anton. Gabr. loco proximè citato nu.* 37. *limit.* 6.

Sed his se opposuit Doctor Ioannes Sandalus, qui in scrutinio prædictæ electionis habuerat quinque suffragia, iam non esse permittendum
10 Vniuersitati de nouo eligere, eo quod verba priuilegij Serenissimorum Regum, quibus eidem permittitur vnoquoque anno sibi Iudicem eligere, de vnico, & primo actu electionis intelligi debent, in quo consumuntur, perficiuntur, & finiuntur, ita vt priuilegium, siuè statutum locum non habeat, vulgata *dicta regula text. in l. boues* §. *hoc sermone*, quam habere locum in omni dispositione tradunt *Alexand. consil.* 16. *nu.* 9. *lib.* 4. *Francisc. Curtius cons.* 132. *colum.* 1. *Iason consil.* 36. *vers. ista responsio lib.* 3. & confirmatur perbellè *in l. cum pater* 79. §. *pater certam ff. de*
11 *legat.* 2. vbi primis tantum nuptijs consumitur cautio de dote danda, vel restituenda, *vbi glos. in verb. non oportet*, allegat *textum concordantem in l. dotis de iure dotium, & in l. stipulatio ff. eodem titulo*, & propriè in materia fauorabili est *tex. elegans in l. matrimonij ff. qui, & à quibus*, vbi manumissio ancillæ locum non habet, nisi ab eo fiat, qui primas cum ea contraxerit nuptias, ibi, *Quasi de his nuptijs Senatus senserit, quæ post manumissionem nullis alijs interpositis secutæ fuerint*; cum alijs, quæ ad rem latissimè tradit *Tiraquell. in princ. commentarij ad d.* §. *hoc sermone.*

12 Et in propria materia scrutinij, vel communis electionis, quod cõnstitutio loquens de ipso, intelligatur de primo, docuit *Ioan. Monac. in cap.*

cum expediat col.2. de elect. in 6. Tiraquell. loco citato nu. 60.

Et confirmatur; nàm regulare est
13 in omni conditione, vt sit primo actu completa, quamuis de facto etsi non duret, vel nullum effectum sortiatur, *ex text. in l. mulier §. si quis hæreditarij de condit. institut.* vbi *Bart. & in l. Mauius in princ. de condit. & demonstrat. l. quidam cum filium de verb. obligat.* de qua latè agit *Bald. in rubr. C. de institut. & substitut. & in l. 1. col. 5. vers. quæro numquid sufficiat, C. de his, quæ pœna nomin.* & probat *tex. in l. hæredibus in princ. ff. ad Trebellian. l. ex facto §. si quis autem susceperit eod. titulo, l. cum vxori C. quando dies legat. cedat, l. si quis hæredem, vbi glos. verbo & omnes C. de institut. & substitut.* & latè comprobat *Tiraquell. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos nu. 187. C. de reuocand. donat. & in d. §. hoc sermone in princ. nu. 118.*

Rursus regula illa, quod sermo
14 simpliciter prolatus intelligitur de primo actu valido, & qui effectum sortitur, locum habet quoties actus de quo agitur, habet relationem ad ius; nàm si relatio fiat ad merum factum, intelligitur de quocunque actu, qualitercunque consumato etiã inualido, ex *text. in l. fideicommissa §. si quis decem de legat. 3.* à quo id desumpsit *Bald. in d. l. qui per salutem ff. de iureiurand.* quem citat *Tiraquell. d. limit. 1. nu. 37.*

Item tunc is, qui facultatem habet
15 eligendi, poterit, si inutiliter elegerit, de nouo eligere, cum id habet iure proprio; at si facit ex potestate sibi ab alio tributa nullatenus poterit, ita probat *text. in l. si compromissarius de elect. in 6. iuncto cap. vt circa eodem titulo,* & voluit *Bart. in l. 2. de option. legat. & in l. serui electione in princ. vbi Alexand. alios adducit de leg. 1. Ioan. Monat. Ioan. Andr. Paul. de Castr. Iason. Hostiens. Cardin. Florent. Imol. Cyn. Bald. & alij,* quos refert *Tiraquell. ad d. §. hoc sermone limit. 1. num. 43. Anton. Gabriel d. conclus. 3. num. 32.*

Vlterius cum electio prædicti Frãcisci Valentis nõ fuerit nulla ipso iure, sed ope tantum exceptionis syn-
16 dicatus nõ præstiti oppositæ per particulares, vnde venit Iudicis officio emendanda; non est iterabilis, quia in hoc differunt actus nullus ipso iure, & actus nullus ope exceptionis, vt primus possit iterum fieri, secundus nequaquam prout eleganter cõsiderat *Bald. in l. vlt. col. 1. quæst. 4. C. de contrahend. empt.* & in propria electionis materia docuerunt *Innocent. Hostiens. Bald. Panormitan. & alij Canonistæ in cap. publicato de elect.* & sequitur *Tiraquell. d. limit. 1. nu. 56.*

Cum ergò prima electio in personam prædicti Francisci Valentis fuerit nulla tanquam scienter facta in indignum, eo quod notorium erat ipsum syndicatui prioris administra-
17 tionis non paruisse, & in his terminis scientia semper præsumitur, *Additio ad glos. in cap. scriptum est, verbo præsumptione de elect. Rota Romana apud Cardin. Caualer. decis. 231. nu. 3. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. par. 1. quæst. 10. artic. 4. Rocch. de Curte eod. tract. verbo honorificum nu. 16. & 17.*
18 vnde Vniuersitas facultatem eligendi pro illo anno amisit, *ad text. in cap. gratum de postulat. Prælator. & in cap. bona memoria il secondo de elect. & in cap. cum in cunctis §. vlt. cum alijs concordant. eodem titulo,* quorum regula procedere etiam in electionibus factis à personis laicis tenet *Imol. in l. cum quidam col. 1. vers. item nota, quod vbi de legat. 2. Rota in recollect. per Farinat. decis. 216. num. 6. par. 2. tom. 1. Marius Anton. variar. resolut. lib. 1 resolut. 3. nu. 1. & resolut. 4. nu. 2.*

Horat.

Horat. Viscont. in suis conclu. iur. verb. elector, Lambertin. de iure patron. p. 3. lib. 2. quaest. 4. art. 5. latè Caldas de iur. emphyt. lib. 3. cap. 1. num. 60. extenditurq; etiam ad Imperatoris electionem, si credimus *Restaur. Castal. tract. de Imperatore quaest. 15. in princ. num. 8. Cald. ibidem num. 63.* Ideòque
19 vel potestas eligendi deuoluitur ad superiorem *ex tex. in §. si quis autem oratorij, authen. de Sanctiss. Episc. Glos. Alberic. & alijs, quos citat Tiraquell. d. limit. 1. num. 34.* vel si in electione prędicta alius sit nominatus, siue po-
20 stulatus, licet per minorem partem suffragiorum, ipse remanet electus, ita probatur tàm expressè, quàm eleganter *in cap. congregato de elect.* vbi si maior pars capituli indignum eligat, substinetur electio facta per minorem partem in personam dignam in eodem scrutinio, & idem probatur *in d. cap. gratum*, ibi. *Ac ideò ad alios pauciores numero de postulat. Praelator. vbi glos. in verb. pauciores allegat*
21 *concordantes*, sicque in terminis determinatum fuisse *per Sacr. Rot. Rom. refert Cardin. Caualer. dicta decis. 231. num. 2.* quod vbi maior pars patronorum indignum praesentauerit, beneficium debet cōferri in personam dignam, & habilem licet praesētatam à minori parte, quia hoc casu totum ius residet in persona illorū, qui praesentauerunt habilem nec fit ad superiorem deuolutio, sequitur *Marius Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 19. n. 1.*
22 dicens, id procedere, etiam si electus à maiori parte esset habilis, sed tamen suspensus; nam attenditur tempus electionis, an quis sit capax, vel ne,
23 eoquod qualitas adiecta verbo regulatur secundum tempus verbi, *l. in delictis §. 1. ff. de noxal. l. Titio ff. de militar. testam. Cardin. Caual. dicta decis. 231. num. 1.* Ideòque hanc sententiam quod electio substineatur in personam habentem minora suffragia, tenuerunt etiam *Paul. de Citadin. de iure patronat. par. 12. nu. 2. Rocch. de Curt. in eodem tract. verb. honorificū num. 43. & num. 16. & 17. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 72. num. 98. & rursus eadem Sacr. Rot. Ro. in recollectis per Farinac. decis. 625. num. 3. par. 2. tom. 2.* imò *Cardin. Tusc. pract. concl.*
24 *tom. 3. lit. E. concl. 80. num. 11.* subdit, quod vota maioris partis, quae indignum scienter elegerit, censentur ad crescere ei, qui à minori digniter est electus.

25 Cōsequitur ex his, ius fuisse quaesitū ipsi Ioanni Sandalo, qui habuit quinq; voces in scrutinio electionis: vnde in eius praeiudiciū non est permittendum Vniuersitati de nouo eligere; nam vt *Bald.* ait *in l. qui post aditam C. de impuber. & alijs substit.* quoties est alicui ius quaesitum per actū primo loco gestum, eligentes non possunt electionem mutare, variare, seu de nouo facere, *cap. cum inter canonicos, & c. publicato de elect. & pluribus confirmat Tiraquel. ad d. §. hoc sermone limit. 23.*

Sed pro Vniuersitate replicabatur, assumptum illud, quod vbi maior
26 pars indignum elegerit scienter, totum ius deuoluitur ad electum per minorem, locum habere vbi electio fit ab eligentibus vti singulis, non autem vbi fit iure Collegij, vel Vniuersitatis, eoquod integra potestas hoc casu residet penès maiorem partem, & minor non est in consideratione, prout diffusè declarat *Lambertin. de iure patronat. par. 3. art. 5. quaest. 4. num. 1. vers. quod tu intellige*, iuxta quàm distinctionem resoluit *Rota Romana in vna Firmiana altaris relata per Farinac. dec. 518. nu. 2. par. 2. tom. 4.* Cuius semitas insecuta est Magna Cur. Vic. in hac causa declarando licere Vniuersitati iterum se congregare

gregare ad nouam electionem. Sed ab ea discessit S. Consf.facta in eo relatione, adhibitaque maxima causæ
17 cognitione fuit resolutum; distinctionem illam traditam per *Lambertinum* (salua tamen semper reuerentia *Sacræ Rotæ Romanæ*) nullatenus posse de iure substineri, vtpotè quæ apertè contradicit *textui in d.c. cõgregato*, vbi expresse de capitulo mētio fit, electionemque Niuernensis Episcopi iure Collegij, seu Capituli necessariò fieri debuerat, idemque *in d. cap. gratum de postulat. Prælat. & in cap. dudum de electiõ.*

Reuocatum fuit ergò decretum Mag. Curiæ Vicariæ, & decisum electionem factam per minorē partem in personam Doctoris Ioannis Sandali firmam remanere debere.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ante omnia probari debet.*
2 *Depositio socij criminis facit inditium ad torturam in assassinio.*
3 *Inditia ad torturam sufficiunt ad fundandam iurisdictionem Iudicis laici in crimine assassinij.*
4 *Socij criminis infamia purgatur per torturam.*
5 *Tortura ex informatiuo non infertur Neapolitanis, nisi præuia dispensatione Regij Collateralis Consilij.*
6 Regula tex.in l.Boues S.hoc sermone de verb.significat.*habet locum præcipuè in dispositione hominis.*
7 *Actus qui fit iure proprio potest reiterari, secus iure alieno.*
8 *præsertim in Iudicialibus.*
9 Regula text.in d.l.Boues §.hoc sermone de verb. significat. *procedit in odiosis.*
10 *Dispensationes omnes sunt odiosæ.*
11 *tot requiruntur, quot sunt obstacula.*
12 *Illegitimus per Papam dispensatus ad obtinendum beneficium, non poterit nisi primum tantum obtinere.*
13 *Episcopus dispensatus à Summo Pontifice ad testandum de bonis Ecclesiasticis, non poterit facere nisi primum testamentum. sed contra num. 14.*
15 Decisio Sacræ Rotæ Romanæ.
16 Regula text. in l. Boues §. hoc sermone *non habet locum, vbi actus de sui natura est reuocabilis.*
17 Gramaticus consf.64. num.12. *commendatur circa repetitionem torturæ ex processu informatiuo.*

Torturam semel illatam Ciui Neapolitano ex processu informatiuo præuia dispensatione Supremi Collateralis Consilij non posse iterari sine noua dispensatione.

CAPVT LI.



Onfert ad ornatum regulæ *text. in l. Boues §. hoc sermone de verb. significat.* de qua egimus latè in præcedenti, id, quod aliàs discussum fuit in Mag. Cur. Vicariæ in causa Francisci de Auxilio Ciuitatis Auersæ imputati de assassinio, qui petierat remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, ad quod necessariò præcognoscendum

1 dum erat, an qualitas huius criminis esset sufficienter probata: quod regulare est in omni actu, ex quo iurisdictio fūdatur ad *tex. in l. 2. §. sed si dubitetur de iudic.* & in propria materia docet *D. meus Reg. Tapia ad Constitutionem Regni de personis num. 7. tit. de Episc. & cleric.* nosque latiùs differuimus *in cap. 40. num. 3.* Fundamentum intentionis Fisci totum repositū erat in depositione Didaci de Storia
2 vnius ex mandatarijs, quam facere inditium ad torturam in crimine assassinij docuerunt *DD. relati per Farinac. de indit. & tortur. quæst. 43. n. 65.*
3 Quæ inditia sufficere etiam ad fundandam iurisdictionem Iudicis laici in clericum inquisitum de hoc crimine docuerunt *DD. per nos relati eod. cap. 16.*

Sed dicebatur contra, eam conclusionem procedere, vbi depositio prædicti socij criminis sit in tortura cōualidata, etenim ex ea cōfessione confitens redditur infamis, isque nō
4 admittitur sine tortura ad purgandā infamiam, *l. ob hoc carmen §. si ea rei conditio ff. de testib. c. illi qui quæst. 5. c. in primis 11. quæst. 1. Marsil. latè in pract. §. diligenter num. 62. Fulgos. cōs. 173. cū mille alijs relatis per Farinac. d. quæst. 43. num. 134.* Difficultas ex eo oriebatur, nàm socius hic duas fecit depositiones, vnā in mēse Nouembris 1631. Alterā in mēse Aprilis 1632. Primam conualidauit in tortura, præuia tamen dispensatione Regij Collateralis Consilij, quia ci-
5 uis Neapolitanus erat: contra quos ad torturam ex processu informatiuo aliter deueniri non potest, ex gratia cōcessa huic fidelissimæ Ciuitati per *Inuictissimum Cæsarem Carolū Quintum in anno 1540.* cuius meminit *Ioan. Anton. de Nigr. ad c. Regn. Si cum sceleratis num. 8. latiusque Vinc. de Franch. decis. 143. num. 2. & 3.* In hac non fuit nominatus Franciscus de Auxilio, sed tantùm in secunda, quæ fuit conualidata absque dispensatione. Vnde iudicauit Mag. Cur. Vicariæ nullam habendam esse rationem de prædicta conualidatione, quæ non poterat robur assumere ex prima dispensatione: etenim hæc iam suum effectum sortita erat in primo actu,
6 ex *reg. text. in d. §. hoc sermone*, quæ propriè locum habet in dispositione hominis, prout aliàs dixit *Andr. in c. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abbat. & notat Minad. in repet. constit. In aliquibus, notabil. 3. num. 20.* & plures cumulat *A. Gabr. com. con. lib. 6. tit. de legib. nu. 34.* & faciunt, quæ in præcedenti diximus, quod verificatur in actu valido prout erat præsens.

Et confirmatur ex ea notabili distinctione, quam tradunt *DD.* quod
7 etsi quis inutiliter actum fecerit, si tamen non facit iure proprio, sed facultate ei à superiore tributa, tunc non potest actum reiterare, vt per *Innoc. in cap. in literis col. 1. & ibi Ioan. And. in verb. fructus de offic. deleg. Ioan. Monac. in cap. cum expediat col. 1. vers. item qui facit de elect. in 6. & in cap. si tibi ad finem de prabend in 6. Marian. cons. 89. nu. 24. & seq. Ant. Gabr. loc. cit. num. 32.* & docet *Tiraquell. ad d. l. Boues §. hoc sermone limit. 1. nu. 40. vbi*
8 *nu. 47.* subdit hanc doctrinam procedere sine dubio in iudicialibus, per *text. in l. si vt proponis, & l. si Præses C. quomodo, & quando Iudex*, & sequitur *Rota Romana in nouiss. par. 1. decis. 47. nu. 9. vers. 3.* facitq; id, quod etiam deduximus in præcedenti, regulam *text. in d. §. hoc sermone* esse inductam
9 pro rebus odiosis, ex *Ioan. Vincent. de Anna alleg. 139. num. 32.* & tales esse dispensationes omnes non est ambi-
10 gendum, vtpote, quæ sunt contra regulas Iuris, vt in *cap. 1. de filijs præsbyt. Ægid. dec. 482. & cons. 32. col. 2. Parif. cons.*

conf.37.num.11.lib.4. latèque eadem
*Rota Romana. dicta par.1.decis.*454.
*num.*2. vbi perbellè differitur, an &
quando dispensatio censeatur odio-
sa, vel fauorabilis. Vnde proditum
est id, quod trádunt *Franc. in cap. non*
*potest de præbend. Gemin. cons.*33. *Rota*
*Romana in nou. par.1. decis.*233. *num.*
22. *Gratian. discept. forens. tom.2. cap.*
11 397. *num.*39. quod vna dispensatio
non tollit omnes defectus, sed tot re-
quiruntur, quod sunt obstacula, ele-
ganter *Surd. cons.*245. *n.*4. *&* 5. *vol.*2.
Hinc & *Archidiac. in d. cap.1. ad fin.*
de fil. presbyt. notabiliter refert, pro-
12 nunciasse Bonifacium Papam, quod
si illegitimus dispensatus sit ad obti-
nendum beneficium, poterit primum
tantum assequi, non autem secũdum
absque noua dispensatione, sequitur
Luc. de Penn. in l. si quis decurio col.2. C.
*de decurion. lib.*10. *& Bald. in cap. in-*
notuit vers. quæro dispensatum est de
elect. Philip. Franc. in cap. non potest, de
*præbend. in 6. col. vlt. Dec. cons.*169. *col.*
1. *& cons.*152. *num.*4. *& tenuit Rota*
*Roman. decis.*339. *incipiente, si legiti-*
mus, quã refert, & sequitur *Tiraquel.*
*ad §. hoc sermone in princ. num.*30. qui
tandem *num.* 34. dissidentium opi-
niones sic conciliat, vt regula locum
habeat quando illegitimus primum
beneficium cum effectu obtinuerit
ex vi dispensationis.
Huc spectat etiam id, quod elegã-
ter consulit *Dec. cons.*512. *incipiente.*
*Cùm Reuerendissimus Cardinalis nu.*3.
13 quod si Episcopus dispensatus sit à
Summo Pontifice, vt possit de bonis
Ecclesiasticis testari, dispensatio in-
telligenda sit de primo tantummodò
testamento, non autem de secundo,
quamuis regulariter primum per se-
cundum tollatur, sequitur *Tiraquell.*
*citato loco num.*28.
14 Et licet hæc *Decij* doctrina validè
impugnetur per *Sarmient. de reddit.*
Ecclesiastic. par.4. cap.4. post Ioannem
Andream in cap. non potest in fine de
præbend. in 6. Bald. in capit.1. numer.
21. *de pac. Constan. Alexand. ad Bart. in*
l. omnes Populi num.29. de iustit. & iur.
Molin. de Hispan. primogen. libr.2.
capit.12. num.45. & noster Camer.
in capit. Imperialem fol.62. colum.2.
versic. sed pulchrum erit, vbi latè de
hoc agens asserit, quod iuraret illud
resupinũ respõsũ nõ fuisse *Decij*. Vn-
15 de *Rota Roman. in nouiss. part.* 1. *d.*
*decis.*47. latè disputando tenuit dis-
pensationem illam tribuere faculta-
tem Episcopo disponendi toties
quoties sibi visum fuerit, & rursus
idem determinauit in alia relata
per *Farinac. tom.1. par.1. decis.*405.
& sequitur Facchin. controuers. forens.
libr.5. capit.49. per totum. Neque
ab hac sententia Magn. Curiæ di-
16 scessit, sed tamen dictum fuit, hoc
euenire specialiter in casu per eos
posito, propter testamentorum na-
turam, quæ est reuocabilis vsq; ad
vltimũ vitę spiritum; vnde non dici-
tur primum testamentum subsistere,
quandiù fuerit reuocatum; ideò-
que non habet locum *reg. tex. in d. §.*
hoc sermone, Rota Romana in nouiss. per
*Farinac. decis.*463. *num.*6. quia nec
etiam Pontificis dispensantis inten-
tio effectũ habuisset, cũ alijs rationi-
bus traditis per *Dominos de Rota ibi-*
dem, quæ nullatenus possunt applica-
ri in casu nostro, in quo primus actus
idest conualidatio primæ depositio-
nis validus fuerat, nec erat reuocabi-
lis. Quæstio in eo tantummodò ver-
sabatur, vtrum noua secunda depo-
sitio poterat conualidari ex illa dispẽ-
satione, quæ semel suum sortita fue-
rat effectũ, super qua iudicauit opus
fuisse noua dispensatione, & imparti-
tus fuit inquisito terminus ad probã-
dum incumbentia super clericatu,
referente sepiùs à nobis collandato
D.

D.Consil.Sanfelicio morum, ac generis nobilitate clarissimo.

17 Vidi post hæc scripta, articulum in terminis pertractatum per doctissimum *Regium Cons. Thomam Gram. in suo cons. 64. num.* 12. vbi ferè per eadem fundamenta, quæ nos attulimus, concludit, torturam semel illatam ex processu informatiuo vigore *cap. Regni si cum sceleratis*, non posse contra reum repeti, quem sequitur *Ioannes Anton. de Nigris d. cap. si cum sceleratis num.* 10. *Anton. Gabr. com. conclus. libr. 6. tit. de leg. bus d. conclus.* 2. *num.* 35. *& Mar. Burgio in tract. de mod. proceden. ex abrupt. cent.* 1. *quæst.* 24. *num.* 3. tantò fortiùs dicendum erit, non posse repeti contra Neapolitanos, quo casu læditur non tantùm ius commune, sed etiam gratia eisdem concessa à Serenissimis Regibus.

SVMMARIVM.

1 VXor potest repetere dotes, siue iura dotalia viro vergente ad inopiam.

2 .. vel vbi maritus bannitus est.

3 *Remedium* l. si constante ff. solut. matrim. *quare non sit plenaria dotis restitutio.*

4 *Mors ciuilis æquiparatur naturali; sed de veritate nu.* 17. *&* 18.

5 *Pactum de dote lucranda in casu mortis, habet locum in ingressu religionis.*

6 *Fideicommissum debetur substituto, statim facta professione grauati; sed contra num.* 14.

7 *Decisio notabilis Senatus Parisiensis.*

8 *Vxor viri ciuiliter mortui potest dotes repetere ex iuris æquitate.*

9 .. *et etiam dotarium, siue ante nuptialem donationem.*

10 *Pœna perpetui carceris successit in locum antiquę damnationis in metallum.*

11 .. *et morti æquiparatur.*

12 .. *et imponitur per ius canonicum vbi de iure ciuili irrogatur pœna mortis naturalis.*

13 *Vidua dicitur mulier, cuius maritus bannitus est, captiuus, vel condemnatus ad triremes.*

14 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali.*

15 .. *naturalis grauati restituere fideicomm issum, omninò expectanda est.*

16 *Verba debent intelligi propriè, & non fictè.*

18 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis, vel vbi idem resultat ab vtraque effectus.*

19 Tex. in l final. C. de Episc. & cleric. *declaratur.*

20 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, quotiescunque spes est, vt ciuiliter mortuus redeat ad primæua iura.*

21 *Matrimonium nulla pæna hodie dissoluitur de iure canonico.*

22 Textus in l. 1. C. de repud. *declaratur.*

23 *Vxor de iure ciuili poterat à marito seruo pæna effecto recedere.*

24 .. *deportati non habebis remedium* l. si constante ff. solut. matrim. *vbi Fiscus bona ipsius non occupasset.*

25 Vin. de Franch. dec. 562. & 689. Mastrill. dec. 283. *cũ aliis, in quibus casibus procedant.*

26 *Vxor quatuor casibus potest agere ad dotis restitutionem.*

27 *Decisio notabilis Regij Collateralis relata per* D. Regentem Tapia.

28 *Maritus bannitus restitutus ex principis gratia quæ bona recuperet.*

Vxori eius, qui perpetuo carceri damnatus est, actionem pro omnimoda, & plenaria dotium consecutione non competere, nisi tantummodò remedium, l. si constante ff. solut. matrim.

CAPVT LII.



Iro ad inopiam vergente piè admodũ muliebri fragilitati consultum est, vt dotes, & ante nuptiales donationes
1 repetere vxoribus liceat, *ad textum in l. si constante ff. solut. matrim. & in l. seruum ff. de manumiss. & in l. vbi adhuc C. de iure dotiũ*, quod regulariter non liceret, nisi soluto matrimonio *l. 2. in princ. ff. eodem titul.* nec etiam viro volente dotem restituere, *l. vnica C. si dos constant. matrim.* Id ex Prudentum interpretatione receptum est procedere, vbi-
2 cunque mariti conditio deterior fiat, sic licere banniti vxori docet *Bart. in d. l. si constante numer.* 20. eoquod propter bannum cogitur maritus peregrinari, videturque ex hoc incipere malè vti substantia sua : Idemque in marito vagabundo tradit *Crotus in eadem l. si constante num.* 27. quem sequitur *Riminal. consil.* 599. *nu.* 4. *lib.* 3. *& in prin. inst. quib. alien. lic. n.* 340. de cuius veritate agit *Barbos. in ead. l. si constante num.* 30. *vers. si vlterius*, eamque opinionem communem dicit *Bald. Nouell. eodem loco num.* 49. Quod fortiùs dicendum est procedere in nostris foriudicatis, propter bonorum publicationem illorum sententiæ annexam vigore *Constitutionis Regni incipien. foriudicatorum bona*, quod est expresſè dispositum per aliam *Regni Constitutionem, quæ incipit pæna carere*, eòquod publicatis omnibus bonis mariti, vel parte ipsorum, iam dicitur vergere ad inopiam, quamuis ex alijs sit diues ex traditis per *Palat. Ruuios in cap. Per vestras* §. 18. *num.* 28. *de donat. inter.* multosque ad hoc adiungit *doctissimus Mastrill. decis.* 283. *num.* 3. *vsque ad* 10. *Vincent. de Franch. decis.* 689. & plures allegant *Addentes ad Gizzarell. decis.* 4. latè & eleganter *Andr. Gail. de pac. public. lib.* 2. *capit.* 16.

Sed quia dotium restitutio ex
3 remedio *d. l. si constante, cum suis concordantibus*, non est omnimoda, & plenaria restitutio, prout benè existimat *Bart. ibidem numer.* 53. cum adhuc fructus sint obnoxij alimentis mariti, cæterisq; oneribus matrimonij, nec vxor de dote disponere potest, prout si verè, & propriè restituta fuisset *d. l. vbi adhuc C. de iur. dot. Afflict. decisione* 9. *per totam*, & latiùs notat *Cacheran. decis.* 135. *numer.* 9. *Gail. d. cap.* 16. *num.* 2. Vnde magis videtur remedium sequestratiuum dotium in manibus vxoris, vt ipsamet suæ securitati incumbat, oneraque coniugij commodiùs supportentur, eiusque tantummodò administratio censetur à viro in eam translata, §. *illud quoque authen. de æqualit. dot.* vnde bona remanent adhuc dotalia, & sub eadem natura, prout erant antea penès maritum, *Anchar. consil.* 119. *nu.* 6. *Ludouic.*

dec.

decis. Lucen. 21. *num.* 57. latiusque comprobant *doctissimus D. Io. Franc. del Castillo decis. Sicil.* 24. *num.* 2. *cum sequent. Barbos. in d. l. si constante numer.* 46. *& num.* 51. *vers. vlterius*, vbi concludit hanc esse magis communem sententiam, quod non sit propria, & vera dotis restitutio, cum eius effectus non habeat. Ideo condemnato per Supremum Tribunal Sãctæ Inquisitionis Anello de Vicarijs ad pęnã perpetui carceris, cõparuit eius vxor in M. C. V. prætendens pinguiori remedio esse sibi subueniẽdum pro suarum dotium repetitione, scilicet omnimoda, & vera restitutione, ex qua plenum dominium illarum consequi possit, ne sit obstricta alimentis mariti alijsque matrimonij oneribus: etenim ex condemnatione prædicta erat factus casus restitutionis.

Ad quod fundandum dicebatur multis iuris locis comprobatum
4 esse, mortem ciuilem æquiparari naturali. Primo *in l. Gallus §. & quid si tantum deliber. & posthum.* vbi pœna aquæ, & ignis interdictionis æquiparatur morti. Secundo *in l. si decesserit ff. qui satisd. cogant.* ibi; *decesserit, aut amiserit Ciuitatem*. Tertio *in l. ex facto §. si quis rogatus il secondo ad Trebell.* vbi qui seruus pœnę effectus est, decessisse videtur. Quar-
5 to *in l. final. C. de Episcopis, & clericis* vbi disertissimè statuitur, pactum de dote lucranda in casu mortis habere locum, vbi alter ex coniugibus religionem ingressus est. Vnde *Bartol. in l. cum pater §. hæredi-*
6 *tatem de legat.* 2. primus omnium docuit, substitutum hoc casu admitti ad fideicommissum statim facta professione, vt ciuilis mors operetur omnes effectus naturalis, cui se subscripserunt Patres omnes antiquæ scholæ, quos sigillatim enumerat *Peregrin. de fideicommissis artic.* 25. *numer.* 63. *Osasch. decis.* 126. *in fine*, *Surd. consil.* 90. *num.* 8. *Abb. in capit. in præsentiã de probat. Rolan. de lucr. dot. quæst.* 95. *numer.* 18. *& consil.* 97. *numer.* 41. *libr.* 2. *Vincent. de Franch. decis.* 14. *num.* 7. *Simon. de Petr. de interpretat. vltim. voluntat. libr.* 2. *interpretat.* 1. *dub.* 1. *solution.* 6. *numer.* 5. *Maynard. decis. Tholosan.* 73. *libr.* 5. *Villalobos commun. opin. verb. mors ciuilis versic. nota* vbi dicit esse notandum, quod Monachus, seruus, & in perpetuum exulatus effectualiter dicuntur mortui. latiusque hanc sententiam comprobat, & defendit *Ioseph. de Rustic. ad l. cum Auus de condit. & demonstrat. libr.* 5. *capit.* 7. *per totum*, qui omnes eam vocant magis communem, & receptam, & in iudicando, & consulendo ab ea non esse recedendum, latè *Ioseph de Sesse decis. Regn. Aragon.* 44. prout non recessere Senatum Parisiensem, vt re-
7 fert *Annæus Robert. lib.* 4. *rer. iudicatar. cap.* 16. vbi multis comprobat, condemnatum ad triremes esse habendum pro mortuo, ideoque in casu inibi posito bona fuisse applicata substituto, excluso penitus Fisco, & similiter Senatum Pedemontanum in specie relata per *Gaspar. Thesaur. libr.* 3 *quæst. forens. quæst.* 36. *numer.* 7. vbi declaratum fuit, statim facta Monachi professione, esse habendum pro mortuo, & fieri locum substituto, eamque decisionem fuisse factam, toto sedente Senatu, qui timuit ab hac opinione discedere.

Sed magis in specie esse vxoribus permissum dotes repetere, viro
8 ciuiliter mortuo, iuris æquitate suadente, probatur tàm expressè, quàm eleganter *ex Alexandri Constitutione in l.* 1. *C. de repud.* vbi ait.

dotis exactionem æquum esse vxori competere aduersus virum aqua, & igne interdictum, vel deportatum. Ex cuius dispositione sic decisum per Sacrum Cõsilium dicit *Vincent.de Franch. decis.* 562. cuius meminit *Molfes.ad Consuetud. Neap. par.*4.*quæst.*47.*nu.*23. Idque habendo pro absoluto Cõcistorium Sacræ
9 Conscientiæ Regni Siciliæ, determinauit non solùm dotem; sed etiam dotarium vxorem foriudicati repetere posse, tradit *Mastrill. decis.* 283. *num.* 26. *& seq.* latèque de his agit *Carot. decis.* 106. dicens, procedere, siue maritus condemnetur ad triremes, siue alia quacunque morte ciuili, quos sequitur *Cutell. in tract. de donat. contemplat. matrim. primo tract. discurs.* 2. *par.* 2. *num.* 64. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *clausf.*7.*glos.* 2. *par.* 10. *num.*61.*Gail. d.cap.*16.*num.*15.

Et quidem hoc fortiùs conuince-
10 re dicebatur in casu præsenti: etenim pœna perpetui carceris, quæ est inter omnes vilissima, vt eleganter notat *Consultus in l.si hominem in principio ff. depofit. & in l. omnes C. de pœnis*, cum alijs per *Farinac.q.*27. *in princ.* successit in locum antiquæ damnationis in metallum, prout scripserunt *Diaz in pract. criminal. canon. capit.* 146. *aliàs* 145. *num.* 3. *& Foller. in eadem pract. canon. cap.* 9.*num.* 8. *Farinac. de delict. & pæn.*
11 *quæst.*19.*num.*14.ex ea enim videtur induci perpetua seruitus, vnde morti æquiparatur, *l.intercidit.de condit. & demonstrat. l. seruitutem de regul. iur. auth. si captiui C. de Episcop. & cleric.* notat *Bellug.in specul. Princ. rubr.* 24. *vers. & primo num.*3. Imò grauiorem esse perpetui carceris pœnam, quàm mortis naturalis, dixerunt plures,quos allegat *Diaz in d.pract. crimin. canon. capit.* 140. *num.*2. *&*
Bald. in l. programma C. comminationes, vel epistola & in l. incredibile C.de pæn. Bart. in l. 2. *numer.* 9. *de public. iudic.*cum alijs per *Farinac. dicta quæst.* 19. *numer.* 31. dicunt talem pœnam posse dici verè capitalem, & vltimi supplicij: ideòque
12 vbi iura ciuilia imponunt pęnam mortis naturalis, ius canonicum irrogat carceris perpetui,*cap. nouimus de sent. excom.*præsertim in crimine hæresis, *cap. antiqua de hæretic. Clement.* 1. *eodem titul.* & bene obseruat *Petrus à Plaza in epitom. delictorum libr.* 1. *capit.* 11. *num.*19. *& Farinac. loc. prox. cit.* qui dicit in talibus cõdemnatis nullam esse spem,quòd liberentur. Huc etiam pertinet id quod tradit *Felin. in cap. significantibus num.*8. *de offic. delegat. quem sequitur Gail. pract.obseruat.libr.*1. *cap.* 1. *num.* 44. quod mulier, quæ vi-
13 rum habet ciuiliter mortuum, veluti captiuum, condemnatum ad triremes, vel bannitum, dicitur etiam vidua, vnde infert *Salicet. in l. fin. C.ad l.Flau. de plag.* eidem competere priuilegium *l. vnic. C. quando Imp. inter pup. sequitur Iason in l. si is, qui pro emptore numer.* 186. *de vsucap. Viuius decis.* 197. *&* 521. cum alijs relatis per *Reuerendissimum Episcopum Riccium decis. Archiepiscop. Neapol.* 290. *numer.*5.*par.*4. & nouissimè *eruditus Nouarius in prax. elect. for. sect.* 1. *quæst.* 7. *num.* 2. *& moderni Addent. ad Gizzarel. decis.* 4. *Stephan. Gratian. discept. forens. to.* 4.*cap.*666.*n.*9.*Gail.d.cap.*16. *nu.*3.

Verùm enimuerò Magnæ Curiæ Vicarię nimis iniqua visa fuit instantia vxoris,& contra omnem tùm naturalem tùm ciuilem rationem: etenim, vt coniuges sibi ipsis alimenta subministrent,naturę est præceptum. Et quod attinet ad famigeratã illam quæstionem: an si mors ciuilis æqui-
paretur

paretur naturali dicebatur, partē negatiuam esse in iure veriorem, siuè in cōtractibus versemur, siuè in vltimis
34 voluntatibus, siuè in alia qualibet dispositione: sic namq; probatur expressè *in l. Statius Florus* §. *Cornelio Fœlici de iure fisci*, vbi fideicommissum relictum in diem mortis non cedit antè diem mortis naturalis;& rursus *in d.l.ex facto* §. *ex facto, & §. seq. ff.ad Trebellian.* & iterum *in l.ex ea parte* §. *in Insulam de verb.oblig. & in l.cum pater* 79. §. *hæreditatem de leg.*2. ex quibus iuribus in ea controuersia
35 an dies fideicommissi cessisse videatur per ingressum Religionis,moderni *DD.* ferè omnes tenuerunt, esse expectādam mortem naturalem gra-
36 uati, eo quod verba debent intelligi propriè, & non fictè, & magis naturaliter, quàm ciuiliter, *l.fin. C.de his, qui ven. ætat. impetrar.* hos recenset *Peregr.d.artic.*28.*num.*63.*& de iure fisci tit.*4.*num* 9.*in fine, Alex.Trentacin. de substit. par.*4.*cap.*6.*sub num.*4. *Roder. Suarez alleg.*20. *Boer.dec.*323. *num.*6. *Didac, Spino, & alij,quos citat Gasp.Thesaur.d.q.*36.eamque opinionem sibi magis placere dicit, prout tenet *Molfes. ad consuet.Neap.par.*4. *tit.de success.ab intest.quæst.*65.*nu.*17. *Rota Romana in collect. per. Farinac. tom.*3.*decis.*492.*num.*4. *& decis.*544. *num.*1.*&* 2. vbi fuit resolutum officia Curiæ Romanæ per ingressum Religionis, aut professionem sequutam non vacare. Sed nobis, qui veritati innitimur, magis arridet propositio illa, ex qua amaritudines euitantur,
37 quod mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis, *glos.in cap.placuit* 17.*q.*1.*& in cap. susceptum de rescript.*& esse magis cōmunem traditionem dicit *Viuius lib.*2.*com.opin.opin.*190. *Vinc.de Franch. decis.*562.*num.*9. *& decis.*589.*nu.*10. *Mastrill.decis.*277.*nu.*38.*& dec.*283. *nu.*16.*&* 17.*Thesaur.d.quæst.*36.*nu.*6. *Gail.lib.*2.*pract.obseruat.cap.*140.*nu.*18.*Giurba cons.*65.*num.*26.*Rota Romana apud Farinac par.*1.*tom.*1.*decis.*240.*nu.*7.*& decis.*544.*num.*1.*par.*2. *tom.*3.vel vbi idem ab vtraque resul-
38 tat effectus,quo casu procedit æquiparatio iurium pro vxore adductorū, ita tenet *Grat. cons.*21. *num.*69.*lib.*2. *Molin.de primog.hispan. lib.*1.*cap.*13. *num.*94.& doctissimè differit *Barbos. in l.si cum dotem* 23.*in princ.nu.*45. *ff. sol.matr.Mastrill.dec.*6.*nu.*18. *D.Reg. Rouit.ad pragm.*2. *de iurisd. inuic. non turband.nu.*52. *Gutier.lib.*2.*canon.qq. quæst.*1. *nu.*43. *Giurb. post alios d.cons.*65.*n.*26.*Vinc.de Frāch.*in puncto *dec.*689.*nu.*12. Ex qua distinctione resultat resolutio ad argumētū propositū de ingressu Religionis; nàm tunc dispositio verificatur tàm in morte ciuili,quàm naturali, eo quod ab vtraque resultat idem effectus,indè meri-
39 tò habebit locum pactum lucrandæ dotis, *ex text.in d.l.fin. C.de Episc. & cleric. Barbos. loco citato*, etenim post ingressum religionis, & professionem secutam nulla spes remanet, quod coniuges iterū coniungantur, vt matrimoniū substineatur, quod est omninò dissolutum quòad vsum ipsius, ad quod dotes sunt introductæ, quæ est vera interpretatio, *ad text. in d.l. fin.* vt ibi docent *Bald.Angel.& Paul.* & esse communem opinionem asserit *Roland.de lucr.dot. quæst.*95.*nu.*14.*&* 19. *Berous in cap.in præsentia nu.*477. *de probat.* meritò igitur frustra expectaretur mors naturalis,vt tradit *Bal. Nouell.de dot. par.*7.*speciali* 11.*nu.*8. *Alciat.de verb.signific.lib.*2. *num.*26. *Barbos.in d.l.si cum dotem nu.*45. *& in l.*2.*par.*1.*in princ.nu.*155. vbi respondet obiectis *ff. solut. matr.* cum secus foret si daretur casus, quo coniuges
40 possent ad matrimonium redire: etenim quotiescūque spes aliqua remanet,

net, qua ciuiliter mortuus possit ad libertatem,& Ciuitatem redire, tunc nullatenus mors ciuilis çquiparatur naturali, quod eleganter considerat *Cynus*,& post eum *Bald.in d.l.cum pater §.hereditatem de legat.2. Alciat. in l. Gallus §. quid si tantum de liber. & posthum. nu.6.* quos citat *Thesaur. d. cap.36. nu.8. ex text.in l.res vxoris C. de donat.inter vir.& vxor.* sed clariùs probatur meo iudicio, *ex text. in d. l. intercidit de condit. & demonstrat.* ibi, *Numquid non interim extinguitur legatum, quia restitui in Ciuitatē potest? quod probabilius esse arbitror.* idque in famigerato casu cōsideratum fuisse reperio in propria nostra materia per *Ioan. Decker. in dec. Belgij lib.1. dissert. 16.nu.1.& 2.*

Ex quibus infertur, quod cum hodiè iure canonico nulla pœna matri-
21 monium dissoluatur *Mastrill.d.decis. 283.nu.12.* cuius dissolutio omninò necessaria est ad dotis restitutionem, *d.l.2. ff.solut. matrim.* non rectè desumitur argumētum ab eo, qui religionem ingreditur ad eum, qui Ciuitatem, aut libertatem amisit, eo quod non idē resultat ab vtroque effectus, scilicet dissolutionis matrimonij, vt præfati sumus,& sic intelligenda sunt iura in contrarium allegata.

Textus verò prima facie difficilis
22 *in l.1. C.de repud.* potiùs contrarium probat, cum fateatur exactionē dotis ipso iure non competere, vbicunque matrimonium nō dissoluitur veluti aquæ, & ignis interdictione, vel deportatione, nisi tamen mutaretur vxoris voluntas, *Bald.nouell. d.par.7. special. 11.nu.8. ad finem, Barbos.in d.l. si cum dotem num.46. ff.solut.matrim.* hoc etenim casu solueretur coniu-
23 gium, quia illo iure ciuili attento erat in mulieris potestate à marito seruo pœnæ effecto discedere, *l.sed etsi ff.de bon.damnat.*& accuratè obseruat *Faber de error. pragm. decad.42. error.3. num.7.*& sequitur *Cutell. loc.cit. nu.9.* quod nunc non permittitur, vt diximus. Præterquam quod hodie nemo à principio benè natus ex supplicio fit seruus, & ideò matrimonium non dissoluitur; quæ sunt verba *Iustiniani in authent. sed hodie C. de donat. inter*, & in puncto considerauit *Rota Romana d.dec.492. inter collect.per Farinac. par.3.* vbi fuit resolutum damnatos perpetuò ad triremes mortuis non çquiparari, nec amittere ea, quæ iuris gentium sunt. Quod autem in *text. d.l.1.* sequitur ibi, *sed indotatā eam &c.* non id probat, vt dotem repetere possit, sed id tantùm vt eius securitati succurratur aduersus Fiscum, qui bona occupauerat: idque satis abundè cōsequitur remedio *d.l. si constante, et l.vbi adhuc.* Vndè doctissimè suo more ait *Barbos.in eadem l.si constante nu.30.vers.non obstat*, quod si in specie *d. l. prima C. de repud.* marito deportato, non fuissent bona omnia ablata à Fisco, sed pars bonorum, quę
24 ei remansisset sufficeret ad dotis securitatem, nō solum denegaretur mulieri omnimoda dotis repetitio, sed etiam remedium *d.l.si constante*, & ita etiam tenere dicit *Imol in l.si marito in princ. ff.solut. matrim. Dec.in d.l. si constante in princ.col.2. Crot.ibidem lect.1. num.29.& Ias.num.177.*

Omnes igitur supradictæ Tribuna-
25 lium decisiones (vt vno verbo me expediam) quibus videtur comprobatum competere vxori viro bannito, foriudicato, seù aliàs condemnato ad pœnam corporalem, dotium restitutionem, de ea restitutione accipiēdæ sunt, quæ competit ex remedio dictorum iurium, quia de eà verè lo-
26 quuntur, quę est vna ex quatuor speciebus restitutionis secundum *glos. in l.cum notissimi §. illud de præscript. triginta, vel quadraginta annor. verb. repudij*,

pudij, vbi docuit quatuor casibus licere mulieri agere ad dotis restitutionem, scilicet mortis, repudij, vergentiæ ad inopiam,& ipsa mutante voluntatem, non autem de vera, & plenaria restitutione, quæ in casu dissoluti matrimonij tãtummodò competit, proùt perbellè decisum per Supremum Collaterale Consilium
27 in vxore hæretici refert *D. meus Regens Tapia Marchio Belmontis ad constitut. Regni Patarenorum sub tit. de haeretic. lib. 1. iur. Regni*, vbi fuit resolutũ competere mulieri ipsi omnes actiones,& iura, quæ cõpeterent pro consequutione dotium soluto matrimonio, sed tamen per viam assecurationis, *ex d. l. si constante, & d. l. vbi adhuc*, quam sequutum est Sacrum Concistoriũ Regiæ Conscientiæ Siciliæ, vt per *Mastrill. d. decis. 283. nu. 33.* ideoque nec posse vxorem dotarium petere viro propter delictum condemnato, iudicatum refert *Pappon. arrest. franc. lib. 15. tit. 4. arrest. 11.*

Hoc iuris remediũ reseruauit Magna Curia vxori prædicti Anelli, absoluendo tamen curatorem ipsius à prætensa omnimoda dotium restitutione, nihil attendendo, quod pœna carceris perpetui æquiparetur morti naturali, quin & in eius locum successerit de iure canonico; nàm hoc vnũ facere ad rem censuit, an scilicet matrimonium sit vel nè dissolutũ, quod morti ciuili nullatenus cõtingit, *Vinc. de Franch. d. decis. 689. nu. 13. Mastrill. d. decis. 283. nu. 44.* cum spes sit, vt restitutus à Principe, & libertatem, & Ciuitatem rursus consequatur. Quo
28 casu si restitutio fiat generaliter ad omnia, non est ambigendum, quod recuperet etiam bona alteri quæsita per ipsius incapacitatem, vt tenet *Farinac. de inquisit. quaest. 6. num. 38.* post multos, & in terminis censuit *Rota Romana decis. 365. num. 2. inter collect.* *per Farinac.* cum secùs si sit restricta ad certa, & specificata bona, prout notabiliter in pũcto dotis mulieri restitutæ determinauit eadem *Rot. Roman. coram Ludouisio, postea S. P. Greg. XV. in vna Fauentina bonorum*, quæ *est 114. in volum. suarum decisionum.*

SVMMARIVM.

1 *Collaterale Consilium tenetur fidem Regiã incolumem seruare.*
2 *Fidei obseruantia conuenit naturali iuri.*
3 *: conuenit rationi ciuili, & politicæ.*
4 *Assecuratus à Principe, vel Magistratu, nullatenus molestari debet, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter.*
5 *Bannitus solummodò publicè toleratus habetur pro assecurato.*
6 *Cõtractus cẽsetur inductus inter Principem, & reum, quoties indulgentia promittitur, si alium bannitum cæperit.*
7 *Princeps obligatur ad obseruantiam contractus, non minus ac priuatus vnusquisque.*
8 *Principis contractus omnes dicuntur bonæ fidei.*
9 *Fides Principis vbi adijcitur in promissione importat proprium, & verũ iuramentum.*
10 *Securitas minus legitimè concessa omnimodò seruanda est.*
11 *: contra legis prohibitionem concessa adhuc seruanda est.*
12 *Bãnitus captus sine securitate, sed tantum cum simplici nominatione ab habente nominandi potestatem, pristinæ libertati restituendus est.*
13 Decisio *notabilis* Sacri Cõsilij Neapolitani.
14 D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. de guidatic. nu. 55. *declaratur.*
15 *Securitas concessa ab inferiore ex aliqua vrgenti causa seruanda est à Superiore.*

16 Cau-

16 *Causa iusta concedendi securitatem est, vt banniti occidantur.*
17 *Iudex sua ordinaria iurisdictione non potest premium promittere capienti malefactores.*
18 *Factum ex Principis delegatione censetur factum ipsiusmet Principis.*
19 Farinac. cons. 53. nu. 38. *declaratur.*
20 Menoch. de arbitr. casu 337. num. 7. *declaratur.*

Fidem Regiam indistinctè esse obseruandam Bannito assecurato per Iudicem etiam non habentem assecurandi potestatem, & contra legis præscriptum.

CAPVT LIII.



Capto in Ciuitate Salerni Petro Antonio Botriglierio sub amplo saluo conductu, siuè guidatico, pendēte indultus expeditione eidem cōcesso per Magnificum tūc temporis Commissarium generalem contra delinquentes, iustè exclamabat apud
1 Regium Collaterale Consilium esse reponendum in pristinam libertatē, eius enim est Regiam fidem incolumem, & indemnem seruare: Scitur namq; pręcipuam ipsius curam fuisse amplissimo Romano Reipublicæ Senatui, à quo omne bonum iustitiæ, & ęquitatis exēplar nobis prodijt, eiusque rei breue, licet fidele testimoniū reperitur apud *Titum Liuium lib. 7. historiarum ab Vrbe condita anno* 408. cum ait. *Fides tamen publica priuatis difficultatibus potior ad curam Senatui fuit.*

Illius fundamentum inuenitur in
2 Ipso naturali iure, cui nil magis conuenit quàm fidei obseruantia, vt testatur *Vlpian. in l. 1. de pact.* & rursus *in l. 1. de constit. pecun.* ibi. *Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit: quoniàm graue est fidem fallere*; idque in specie animaduertit *Angelicus Doctor D. Thom. secunda secundæ q. 70. art. 1. ad 1.* eiusque rei mirabile exēplum conspicitur *in l. postliminij ius §. captiuus de captiu. & postlimin. reuers.*

Magisq; fulcitur ciuili, & politica
3 ratione: per fidem namque Ciuitates seruantur, hominum multiplicatio, Ciuitatum, Castrorum, & virorū communio, atque Regum dominatio. Inde *Appius Claudius in oratione ad Tribunos*, quam recitat *Titus Liuius lib. 6. histor. cap. 41. in fine* ait. *Cum fides abrogatur, omnis humana societas tollitur*; *Et Cicero pro Quinto Roscio, Fidem vitam continere* dicit, *eamque frangere perfidiosum, & nefarium esse*; ideò *Aristot. de secr. lib. 1. cap. 26.* monitum facit. *Caueas, ne infringas fidem alicui donatam.* Illam humani pectoris bonum appellat *Senec. epist. 88. ad Lucill.* nulla necessitate ad fallendum cogi, nulloq; premio corrumpi; fides fundamentum iustitiæ est, secundum *Ciceronem lib. 1. offic. & Alciat. in l. 1. de verb. signific.* meritò eam exactissimè, & inuiolabiliter seruandam per Iudices, *voluit Imperator Aurelianus in vulgata l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetrar.* ibi, *ne ij, qui cum eis contrahunt*

bunt principali authoritate circumscri-
pti esse videantur; ex cuius sanctionis
tenore id pro comperto habet com-
munis nostratũ schola, vt saluus con-
ductus, siue securitas à Principe, vel
magistratu concessus seruari omninò
4 debeat, ita vt assecuratus nullatenus
molestari queat; vt post *Cynum in l.*
præsenti C.de his,qui ad Eccles. confug.
docent complures alij per *Farin. re-*
lati tom.1.quæst.29.in princ. eaq; con-
cessa intelligi debet, vt assecuratus
nullam vim patiatur, nec cum armis,
nec sine armis, nec cum authoritate
iudiciali, nec extraiudiciali, vt docet
*Ioan.de Platea in l.*1.per illum *text.C.*
de nauicul. lib.11. & nec directè, nec
indirectè, vt dicunt *Angel. Aretin. &*
Ias. quos sequitur *Vinc. de Franch.de-*
cis.590.nu.6. & rursus *dec.673. nu.2.*
latè *Giurb.* plures referẽs *cõs.80.n.10.*
Ioseph.Ramon. post alios *cons.54.n.10.*
Nec tantum si bannitus assecura-
5 tus sit, sed etiam si publicè toleratus
solummodò sit in Ciuitate adhuc
huiusmodi sola tolerantia præstat ei
securitatẽ, vt dicit *Salic.in l.nullus n.1.*
C.de Iudeis, Alex.cons.1.nu 1.lib.2.&
cons.108.ad finẽ lib.6. Surd. cons.245.
nu. 28. & in terminis docet *Mars. in*
pract.§.agredior nu.28.cũ seq.et cõs.46.
*omnipotẽs nu.*3. vbi hoc firmat de eo,
qui falsò existimabat se posse frui ge-
nerali abolitione, siuè indulgentia
Principis, & publicè versabatur, *Ale-*
xand. in l.huiusmodi §.si ita num.3. de
*legat.*1. quem refert, & sequitur *Dec.*
cons. 327. dicit hanc esse mitiorem
opinionem, eamque non habere cõ-
tradictorem dicit *Ias.in l.omnes popu-*
li nu.48. ff.de iustit. & iure, & in l.si
creditores vers. tertio singulariter C.de
*fideicommiss. Ioan.de Arnon.singul.*10.
Foller. & Carau. ad pragm.1. de exul.
nu. 10. & alios ad hoc refert *Ramon.*
cons.53.num.6.
Rursus huiusmodi fides magis illi-
bata seruari debet cũ data est à Prin-
cipe per publicum proclama: cum
enim promittit indulgentiam delin-
quenti, vel ei dat facultatem alium
6 nominandi si bannitum aliquem ca-
piat, vel occidat, tunc censetur indu-
ctus contractus inter Principem, &
reum, vt obseruat *Vinc.de Franch.dec.*
433.nu.1. qui iterum *dec.673.nu.3.*
loquens specificè in securitate con-
cessa cuidam delinquenti ad certum
tempus, vt infra illud seruitia faceret,
dicit ex hac conuentione oriri con-
tractum facio, vt facias, *ad tex.in l.na-*
turalis §.sed si facit de præscript. verb.
consentieq; Signor.cons.103.nu.6.in fin.
7 *& Surd.cons.298.nu.10.lib.2.* Proin-
de adimpleta ex parte recipientis
conditione, remanet Princeps obli-
gatus ad obseruantiam contractus,
Vinc. de Franch. d.dec.673.nu.4. non
minus quam priuatus vnusquisque,
vt per *DD.in c.1. de probat.* cum alijs
relatis per *Eminentissimum Iurecon-*
sultum D. meum Regentem Marchio-
nem Belmontis decis. 5. Supremi Italiæ
*Senatus num.*35. Ideò de his loquens
Bald.cons.490. lib.1. ait, *Omnes Prin-*
cipis contractus esse bonę fidei, & proin-
dè ad ipsius honorem spectare securitatis
obseruantiam, idemq; tradunt *Brun:*
Angel.& alij, quos refert *Farinac.d.q.*
29.nu.38.& cons.45.nu.29. præsertim
vbi eius fides in promissione adiecta
9 est, nam importat proprium, & verũ
iuramentum, vt docet *Bursat.cons.78.*
nu.19.Surd.dec.154.nu.3. & ita deci-
sum refert in pulchro casu *Mynsing.*
cent.1.obseru.17. & sequitur *Christof.*
Mart.examinat.17.nu.21.post dec.28.
cum pluribus relatis per *Gratian. di-*
scept.forens. tom.5.c.824.nu.23.
Cuius verissimæ conclusionis ra-
10 tio eo vsque progreditur, vt si securi-
tas minus legitimè concessa sit, vtpo-
tè quia concedi non debuerat, vel
quia sine causa concessa est, vel à Iu-

Ii dice

dice non habente eam concedendi potestatem, vel absque debitis sollemnitatibus, adhuc concessa seruari debet, nequis sub fide publica,& Iudicis authoritate decipiatur. Huius sententiæ author est *Bart. in l. is, qui reus num. 12. ad finem de public. iudic.* quem secuti sunt *Alber. in l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug. Paul. de Castr. cons. 423. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 51. num. 12.* cum alijs per *Farinac. allegatis d. quæst. 29. num. 45. & cons. 59. num. 16.* latè *Surd. consil. 298. num. 22. col. 2. Borgnin. decis. 11. num. 45. par. 1. Caball. resolut. criminis casu 118. nu. 12.* Idque in Regno receptum,& decisum testantur *Vint. de Framb. decis. 258. & 415. Dominus meus Regens Marchio Belmontis in celebri commentario ad Ritum 287. Magnæ Curiæ Vicariæ sub tit. de morat. & salu. conduct. num. 9. vers. sed nunc videamus tit. 4. Iuris Regni, D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. de guidat. nu. 3. Pascal. de virib pat potest. par. 4. cap. 3. num. 37. Giurba cons. crimin. 22. nu. 3.* & rursus *d. cons. 80. num. 12. Molfes. ad consuetud. Neapol. par. 4. quæst. 57. in addit. num. 2.* dicens, id seruatum vidisse in quodam bannito capto sub falsa securitate, & fuisse repositum in pristinam libertatem, quem sequitur *Farinac. & Guazzin.* relati per *Giurb. d. cons. 80. nu. 14.*

Neque hic subsistit publicæ fidei incolumitas, quod enim mirabile
11 est,& si contra legem concessa sit securitas, adhuc seruari debet, veluti si iure aliquo cōmuni scilicet, vel municipali vetitum sit, ne quibusdam in casibus concedatur, adhuc si concessa sit seruari debet, neque molestandus est, qui eam obtinuit, etiam si ius illud commune, vel municipale procederet cum clausula decreti irritantis,& annullātis tales securitates. Ita ex pluribus tam sacræ, quàm etiam prophanæ paginæ dogmatibus, magistraliter more suo hāc partem tuetur *D. Senat. Ludou. Peguer. in famigerata eius dec. 39. vbi nu. 10.* refert pluries secundū eam decisum in supremo Cataloniæ Senatu, & signanter *9. Martij 1570. in causa Michaelis Casadaual*, qui cum esset instante parte captus pro crimine assassinij, de quo remitti nō poterat, fuit pro obseruantia fidei Regiæ relaxatus à carceribus; cuius opinionem sequutus est *Batard. ad Clar. in § fin. quæst. 49. nu. 8. & Farin. d. quæst. 29. nu. 10. & 97. & Giurb. d. cons. 80. nu. 14.*

Nec tantùm id firmādum est casu
12 quo reus indulgentiam criminis obtinuit, cum Princeps facultatem nominandi dedisset quod magis est, si nec indulgentiam, nec securitatē, sed nominationē tantummodò obtinuit ab habente nominandi potestatem. Nàm etsi is captus sit cum ipsa sola nominatione, adhuc pristinę libertati restituendus est: quoniam parla sunt reum captum esse cum indultu, vel intuitu indultus, prout censetur ille, qui nominationem obtinuit,& expectat indultum, *Alberic. in l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug.* & per hos terminos fuit annis præteritis decisū contra Fiscum in causa Marci Antonij de Falconibus, prout refert *Ascanius Tholomeus eximius criminalista*
13 *in addit. ad Nunt. Tartagl. 2. par prax. crim. cap. 1.* sic inquiens: *Sed in causa Marci Antonij de Falconibus inquisiti, & contumacis de homicidio, qui fuit captus cum nominatione tantum absq; indulto, cum esset decretum, quod non gauderet, Regius Fiscus prætendebat ipsum non esse reponendum in pristinam libertatem, ex quo fuit captus cum simplici nominatione, & per hoc fuit captus vti contumax, & delinquens: & cū per Magnā Curiā Vicariæ fuisset prouisum, quod non reponeretur in libertatem, interposita*

Nota

terposita appellatione ad Sac. Reg. Conf. referente Domino Salernitano determinatum est, reponendum pristinæ libertati, nam paria sunt captum esse cum indultu &c. quam doctrinã sequutus est *Baiard. ad Clar. in §. homicidiũ nu.* 227. Nec doctrina eximij *Iurisconsul-*
14 *ti D. Regentis Scipionis Rouiti in commentar. ad pragmat.* 1. *de guidatic. nu.* 55. aliquid Fisco opitulatur; nàm quidquid sit de veritate illius distinctionis, an securitas concessa sit à Principe, vel ab eius inferiore, & an concessa à Iudice inferiore, obliget superiorem ad illius obseruantiam; tamen certum est, quod quando datur à Iudice inferiore ex iusta causa, & cum causæ cognitione, tunc seruanda est etiam à superiore, dummodo perpetua non sit, ita ex *text. in l. relegati ff. de pœnis, & l. qui cum vno §. final. de re militar.* docet *Vitalis de Cambanis in tract. de clausul. verbo nil nouari securitate pendente num.* 7. à quo eam distinctionem mutuò accepit *D. Regens Rouitus*, & tenet in specie *Marin. Frecc. de subfeud. lib.* 2. *auctorit.* 45. *num.* 1. *vers. quando facit,*
15 præsertim vbi securitas conceditur ex aliqua vrgenti causa ab inferiore, seruanda omnino est à superiore, quoniam tunc præsumitur data cum consensu, & licentia superioris, prout tradit *Blanc. in pract. crim. verbo datis defensionibus num.* 40. & sibi placere dicit *Cancer. lib.* 2. *variar. resol. cap.* 2.
16 *num.* 292. & quæ iustior causa securitatem concedendi, quàm vt banniti occidantur? vt ait *Blanc. loco citato num.* 26. cum alijs traditis per *Giurb. d. conf.* 80. *nu.* 16. ex quo publica oritur quies, & iusta viuendi ratio, *l.* 1. *§. quamuis de ventre inspic. l. lex Cornelia de iniur. Giurb. loco citato.*

Vlterius adhuc secundum terminos præfatę distinctionis securitas de qua hodie agitur, omnino seruari debet, quoniã concessa est Principe demandante eiusque voluntatis merus executor delegatus est Magnificus Commissarius generalis contra delinquentes, idque palam fit ex tenore banni emanati Excellẽtissimi Proregis nomine, vnde infertur hanc nõ esse Iudicis, sed Principis securitatẽ.
17 Et confirmatur, quoniã Iudex sua ordinaria iurisdictione nõ poterat facultatem nominandi, seù aliud quodpiam cõsiderabile premium promittere capientibus malefactores, vt colligitur ex traditis per *Bart. in l.* 4. *C. de naujcul. lib.* 10. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solit.* §. 4. *n.* 52.
18 cum autẽ id fecerit ex Principis delegatione, ipsiusmet Principis factum censetur, *l.* 1. *§. qui mandare, & l.* 3. *de de officio eius,* qua ratione motus *Bart. in l.* 1. *nu.* 3. *de iustit. & iure*, in eadem quæstione an potestas possit premiũ promittere capienti bannitum, resoluit non posse, nisi id faciat de voluntate Gubernatorum Ciuitatis; & facit regula, omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur *l.* 1. *§. omnia C. de veter. iur. enucleand. & cap. si apostolica de prębend. in* 6. & ita in terminis banniti, qui alium præsentauit, tenet *Aug. ad Angel. de malefic. glos. quod fama publica ad num.* 77. *& Nellus tract. de bannit. in* 3. *par. secundi temporis quæst.* 6. *& quæst.* 64. *& Roman. singul.* 543. quos ad propositum nostrum refert, & sequitur quidam grauissimus *Doctor in suo voto inserto in conf. Farinac.* 53. *num.* 10.

Et licèt idem *Farinac. ibidem nu.* 38. dicat factum Iudicis tunc dici factum Principis, quando Iudex mandati fines nõ excessit: attamen in casu nostro rescriptum Excelentiss. Proregis ad vnguem seruatũ fuit, quoniã etsi in eo velit, quod non possint nominati indultati de criminibus exce-

ptis,nō tamen exinde sequitur, quod non possint assecurari ea securitate, quæ pertinet ad prouisionem faciendam super indultu prætenso per inquisitum vigore nominationis. In hac enim controuersia dum Fiscus impugnare debuerat expeditionem indultus,quomodò reus poterat iura sua patefacere interdicto ei commercio ex sententia foriudicationis contra eū lata,nisi interim assecuraretur: ergò necessaria est securitas,ex qua nihil præiudicij causatur Regio Fisco: & proindè certissimum esse dicebatur Magnificum Commissarium generalem Campaneæ ad vnguem seruasse fines mandati.

Et Menoch.de arb. casu 337.*nu*.7.

20 vbi in terminis statuti Brixiæ dicit saluum conductum contra formam illius concessum nō esse seruandum, intelligēdum esse iuxta terminos traditos, & decisos per *Senatum Cataloniæ d. decis*.39. vt scilicet saluus conductus in futurum obseruari non debeat, pro præterito autem secus, vt proinde reus reponatur in pristinam libertatem,subditus tamen prout antea pœnis delictorum per ipsum cōmissorū, quomodo sępius practicatū refert *Peguera* ibidem.Et hæc fortius practicanda esse in Regno, in quo non habemus legem,quæ in casu nostro procedat cum clausula decreti irritātis huiusmodi securitates, & saluos conductos: nec bannum Excellentissimi Proregis eam continet. Ex quibus palam fit quantum leges, & iura publicæ fidei faueant.

Habes in sequenti, quid fuerit hac in re resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Vris ignorantia neminem excusat.*

2 *Rescriptum gratiæ per subreptionem ipso iure vitiatur.*

3 *Saluum conductum esse beneficium, quando verum sit.*

4 *Priuilegium concessum propter merita transit in vim contractus, nec reuocari potest.*

5 *Subreptio, quæ versatur circa causam finalem in mente Principis vitiat actum, non autem, quæ versatur circa causam impulsiuam.*

6 *Causa impulsiua si deficit, non per hoc deficit actus.*

7 *Cessante causa ad cautelam ordinata non cessat principalis prouidentia.*

8 *Subreptio qualitatis non ita vitiat rescriptum gratiæ, sicut rescriptum ad lites.*

9 Text. in cap. super literis, & in cap. postulasti de rescript.*declarantur.*

10 *Subreptio qualitatis non ita vitiat rescriptum gratiæ iam concessæ, sicut concedendæ.*

11 *Securitas, siue guidaticum quid sit.*

12 *Treugua conuentionalis, est fortior treugua legali.*

13 *: contractus est.*

14 *Regula* text. in l. & si legibus C. si contra ius, *non procedit quando exponens, quod petijt non impetrauit.*

15 *Gratia subreptitia declarata, nihilominus reus est reponendus pristinæ libertati.*

16 *Citatio debet continere causam inquisitionis cum omnibus suis qualitatibus.*

17 *Credulitas, quæ fundatur in Iudicis assertione bonam fidem causat.*

18 *Subreptio dolosa vitiat solum gratiam.*

19 *Assassinij qualitas probatur inditijs, & argumentis.*

20 *Inditia super qualitate assassinij debēt esse indubitata.*

21 *Probationes in crimine assassinij debent esse plenæ, prout in cęteris delictis vbi agitur coram Iudice seculari.*

22 *Inditium quodlibet debet probari per duos testes.*

23 *Pro-*

23 *Promissio pecuniæ, seu alterius rei pretio estimabilis, & acceptatio ex parte homicidæ debet præcedere omninò in crimine assassinij.*

24 Hippol. Riminal. consf.685. nu. 12. lib.6. *commendatur.*

25 *Titulus solus Inquisitionis reum non facit, nisi aliquidò ex actis probetur delictum.*

Rescriptum gratiæ Principis per subreptionem vitiari non esse generaliter verum, nec in securitate obtenta à Iudice idem statuendum.

CAPVT LIV.



Duersus ea, quæ in præcedenti fundata sunt pro Regiæ fidei tutamine in beneficium Petri Antonij Bottiglierij, duo obijciebantur pro Fisco. Primùm quidem prohibitio Proregis expressè vetantis guidari prædictum Petrum Antonium. Alterum, dispositio iuris communis volentis rescriptum gratiæ subreptitiè obtentum tacendo qualitatem illam, cuius expressio Principem ab ipsius concessione auerterer, omninò vitiari; qua de re latiùs agit *D. Capiblancus*, qui in hac causa Fisci partes tuebatur, vt videre *est in 2. tom. suarum pact. quæst. de Baronibus quæst.* 31.

Sed quam facili negotio eius argumentationes diluantur (ni oculi mei cęcutiant) ex infrascriptis clarè apparebit. Et quidem ad primum, pręterquam quod prohibitio illa gratis asserebatur, nihilominus nec afficere posse dicebatur Petro Antonio eam ignotãti *ad tex. in cap. gratia de rescript. in 6. & in cap. si eo tempore eod. tit. Rota Romana dec.* 288. *nu.* 3. *inter* 372. *collect. per Farinac. in materia criminum, & testium*, & rursus ex tot Supremorum Tribunalium decisionibus in præcedenti relatis, & *DD.* traditionibus iam compertum est, nec etiam ei officere legis prohi-
1 bitionem, cuius ignorantiæ causam nemo valet allegare, præsertim iuris communis, siue statuarij, vel pragmaticarum, & bannorum, vt per *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. nu. 4. Tiraquell. de pæn. temperan. caus. 11. num. 9. Magon. decis. Lucens. 33. nu. 32. cum alijs per Farinac. de pæn. temper. quæst. 89. nu. 103.* Nec vlterius bene sequitur, Princeps prohibuit Petrum Antonium guidari: ergò si sit guidatus potest offendi: cum nulla discriminis ratio valeat iuridicè assignari, quare guidatus contra legis prohibitionem tutus sit: contra verò Principis dispositionem nequaquã. Sunt namq; potius hæc inter se tàm consonantia, & conformia, vt Principum dispositio semper reguletur à legis dispositione; ex quò Princeps est lex animata in terris, vt bene ad propositum notat *Capic. dec. 20. num. 7.* nosque alibi diximus.

Quòad secundum, & si verum sit, quod rescriptum gratiæ per talem
2 subreptionem ipso iure vitiatur *vt per DD. in cap. ad audientiam il secondo de rescriptis, & Socc. cons. 13. col. 3. vol. 1.*

cum

cum alijs per Menoch. cumulatis de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 201. num. 2. quia qui falsum exponit, debet carere impetratis; tamen respondebatur non rectè in casu nostro desumi argumētum de securitate, seu guidatico ad gratiam, *Vinc. de Franch. decis.* 370. *Mastrill. de magist. lib. 4. cap. 6. n.* 190.

3 nam quod *DD.* dicunt saluum conductum esse beneficium, siue priuilegium, eo pertinet vt in eis latissima fiat interpretatio in fauorē recipiētis, etiam contra concedentem, ita post *Oldrad. cons.* 268. *concludunt Dec. & alij per Farinac. allegati d. quaest.* 29. *num.* 39.

Præsertim quando priuilegium est concessum ex causa seruitiorum Fisco præstitorum: quo casu dicitur
4 concessum ex causa onerosa, & transit in vim contractus, ideòque, nec reuocari potest ex magistraliter traditis per *D. meum Regētem Marchionem Belmontis in decis. 5. Supr. Ital. Senat. num.* 34. 39. *&* 53. & ita concessū ex causa onerosa, vel remuneratoria interpretandum est, vt effectum habeat, licet tertio præiudicet, *idem D. meus decis. 7. num.* 20.

Rursus etsi verè saluusconductus gratiosa concessio foret, attamen scitum est non quamlibet subreptionem ipsam vitiare; sed illam tantummodò,
5 quæ versatur in falsa assertione illius qualitatis, quæ causa finalis fuit in Principis mente ad illam cōcedēdam. At cum subreptio versatur circa causam impulsiuam tantùm, non autem finalem, tunc rescriptum gratiæ non vitiatur, prout in specie in rescripto securitatis docuit *Imol. in cōs.* 33. *in princ.* & post eum *Tiraquell. in tract. cessante causa in princ. num.* 230.
6 *Rota Roman. d. decis.* 288. quia regulare est (inquit) si deficiat causa impulsiua, non deficere actum, *& Barbat. ad Bald. in d. cap. 1. §. porrò sub num.* 5. *qua sit prima causa benefic. amitt.* dicit, quod cessante causa ad cautelam or-
7 dinata, non cessat Principalis prouidentia: proinde *Dec. in l. cum proponas la seconda num. 2. C. de pact.* vult, hoc casu non licere fidem frangere, prout hæc, & alia ad rē tradit *Surd. d. cons.* 298. *num.* 32. cum autem in casu nostro satis appareat causam finalem, quæ Excellentissimum Proregē mouit ad promittēdum tale præmiū nominationis, fuisse publicam vtilitatem, quæ versabatur in nece famosi illius grassatoris Nicolai Vallonis, prout in simili obseruat *Vinc. de Frāc. decis.* 330. *num.* 6. non est cur immoremur in subreptione qualitatum delictorum: quia non fuit hæc causa finalis concedendi saluum cōductum, sed impulsiua tantùm, & ad cautelam ordinata, cuius falsa assertio, siue non expressio rescriptum gratiæ non vitiat.

Vlterius cum *DD.* dicunt, rescri-
8 ptum vitiari ex subreptione qualitatis exprimendæ, id intelligunt procedere in rescriptis ad lites, secus autē in gratiosis, in quibus nō omnia tacita, quæ Principem auertere possent à concessione gratiæ, ipsum vitiant; sed ea tantùm, de quibus expressim iure cautum reperitur, quod eis expressis gratiam non concessisset; vt docet *Felin. in cap. postulasti 3. colum. de rescript.* quem sequitur *D. Reg. de Ponte cons. 2. num. 38. vol. 1. Fab. de Anna cons. 114. nu. 8. Ludouis. decis. Rot. Rom. 108. nu. 6. Couar. lib. 1. var. resol. c. 20.* quoniam in gratiosis rescriptis nulla concessio esset tuta si omnia essent exprimenda, quæ de iure non præstēt
9 impedimentum, vt aduertit *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 135. num. 16. Garz. de benefic. lib. 8. cap. 3. nu. 26. & 27.* sic declarante *tex. in cap. super literis, & cap. postulasti de rescript. & post nonnullos alios docet Giurb. dicto cons.* 80.

conf.80.num.22.& conf.57. nu.22. & Menoch. vidẽdus omninò conf.316.nu. 19. vbi allegat tres Rotæ decisiones, quas dicit esse magni ponderis, & aliam ponit *Farinac. inter 372. decisiones criminum,& testium per ipsum collectas,quæ est 257.nu.3.*

Tandem in hac subreptionis materia, cùm dubiũ est an qualitas debeat exprimi, aduertendum dicebatur,quòd multum refert, an gratia sit
10 in fieri,an verò iam cõcessa sit. Cùm enim est in fieri, rectè procedit assũptum,quòd debent exprimi qualitates, quæ Principem ad non concedendum mouissent. At cum agitur de substinenda gratia iam impetrata,dicendum est non fuisse necessariam expressionem illius qualitatis; sed absque ea gratiam substinendam fore ex egregia,& notabili distinctione *Franch. in cap. cũ in illis in prin. & Gemin. ibidem in S. vltimo de prabend. in 6.* quos sequitur *Cassador. in decis. 12. num. 15. eodem tit. & Menoch. d. conf.316.num.13. Giurb. d. decis. 57. num.24.*

Sed vt omnis tolleretur subreptionis quæstio, dum pro fisco ponderabantur verba comparitionis præsentatæ per reũ in Regio Tribunali Cãpaneæ ad eam fundandam, mirum est quomodò non aduertitur illum non petijsse sibi expediri saluumconductum, siue guidaticum, de cuius validitate hodie agitur; sed petijsse indultum virtute nominationis obtentæ seruata forma banni.

Ex his consequitur vnum, quod meo iudicio responsionem non admittit,quod adhuc si assertio in comparitione facta deficeret in expositione qualitatis alicuius; quæ rescriptum ipso iure vitiaret;cum tamen id quod petijt non obtinuit, non potest exinde de subreptione agi,ex qua
11 nihil impetrauit. Securitas autem, quæ sibi concessa fuit,non est cur vitietur, quia huiusmodi nõ est gratia, siue indulgẽtia promissa; sed tantùm quædam pax,siue treugua, quę fit inter Fiscum, & reum, vt commodiùs hinc inde discuti possit, an verè ipse
12 ex parte sua adimpleuerit requisita banni. quæ treugua conuentionalis dicitur, & fortior est treugua legali, *Henric. Boich. de treugua, & pac. c.2.n. 1. & 4.* obligatque vtramque partem
13 mutuò & vicissim,quia treugua contractus est & si vna pars tantùm obligaretur non valeret, *latè Io. Roncal. conf.68.num.2. & 3. per text. in l. litigatores §. final. de recept. arbitr. Sebastian. Guazzin. de treug. & pac. par.2. quæst.6.num.1.* & cum prima facie appareat,reum ex parte sua adimpleuisse requisita banni ex prę̃sentatione nominationis, & è contra aduersus eam multa possent accidere,quæ impediant indultus expeditionem, Fiscus vult ea diligenter perquirere: ideò introductæ sunt huiusmodi securitates,quas vocant ad discussionẽ indultus, quibus hoc medio tempore consultum est iuribus vtriusque partis: rei scilicet ne interim molestetur, & securus sit sub fide,& verbo Regijs; Fisco,vt super expeditionem indultus faciat debitas diligentias. Quod si posteà contingat declarari non debere gaudere petita indulgẽtia, debet omninò dari competens terminus, quo possit reus in tutum locum se recipere. Vnde infertur quidquid Fiscus attentauerit contra ipsius personam dum manet sub tali securitate esse apertè violare fidem Regiam. Nec minus importuna erit tractatio de subreptitia impetratione
14 guidatici ante expeditionem indultus quem petijt: quia regula *l. & si legibus C. si contr. ius vel vtilit. public.* non potest adaptari ad casum nostrum, in quo exponens quod petijt,

tijt non impetrauit.

Imò & plus dicebatur, tantam esse fidei Regiæ vim, quod etsi ex sua
15 assertione petitam criminum indulgentiam obtinuisset reus, & posteà cõtra eam aliquid fuisset oppositum ex parte fisci vnde declaratum foret non debere ea gaudere, nihilominùs pristinæ libertati esset reponendus, dato eidem competẽti termino ad se saluandum: prout in nostris terminis decisum fuisse per Sacrũ Consilium refert *Vinc. de Franch. dec.* 415. *in principio* de eaque latius discurrit *Ascan. Tholomeus*, quem in præcedẽti citauimus, & tanquam notabilem, & casum nostrũ decidentem hic trãscribere non erit iniucundnm. Is enim *in d. addit. ad secundam partem prax. crimin. Nunt. Tartagl. cap. 1. propterea* (inquit) *Andreas de la Rocca fuit inquisitus, & carceratus pro nonnullis delictis, & præsertim pro sacrilegio quodam intus Ecclesiã, quo casu nõ potest gaudere indultu, cum sit crimen exceptuatum per bannum Regium, & ita fuit decretum, quod non gauderet, cũ insletisset se esse reponendum in pristinã libertatatem; pars aduersa, & Regius Fiscus dicebant, quod lex erat, scilicet Regium bannum, per quod delictum ipsum exceptuatur, & tunc est quis reponendus pristina libertati, quando dubiũ est posse, vel non posse gaudere. Nihilominus tàm per Mag. Cur. Vic. quàm per Sacrum Consilium, referente Dom. de Haro, fuit determinatum contrariũ, per l. 1. de his, qui ven. ætat. impetr. & per doctrinam Bossii in tit. de remed. ex sola Clem. Princip. num. 41. vbi ponit factum de eo, qui fuit captus cum gratia absque remissione partis: quo casu gratia non valet, & erat certum non valere, cum sit monstruosum facere gratiam sine remissione, & propterea talis gratia non fuit approbata à Senatu Mediolanensi, & nihilominus dixit, quod fuit repositus in pristinam libertatem, prout inquisitus prædictus. Et Marius Giurba in sæpè allegato cons.* 57. amplius decisum testatur, pendente iudicio nullitatis gratiæ, reum esse ante omnia reponendum in pristinam libertatem.

Sed dicebatur nihil in facto apparere de qualitate assassinij, & sacrilegij in qua subreptio ipsa fundaretur, idque clarè conspicitur ex citationibus ad capitula contra hoc inquisitũ expeditis per Iudices delegatos, &
16 tamen scitum est, citationem debere continere causam inquisitionis cum omnibus suis qualitatibus, præsertim quæ infert irreparabile præiudicium, sicut citatio ad capitula, à qua robur sumit sentẽtia foriudicationis, *Vinc. de Franch. decis.* 322. *num.* 2. ita enim docet quotidiana praxis Tribunaliũ huius Regni, vt post plures tenet *Farinac. de inquisit. quæst.* 11. *numer.* 40. *qui allegat Plot. consil. crimin.* 72. *numer.* 15. *& sequent. volum.* 2. vbi tenet, quod statutum volens contumacem haberi pro confesso, & cõuicto debet intelligi, dummodò præcesserit inquisitio sollemnis cũ anno mense, & loco delicti, & alijs circumstantijs, de quibus *in l. libellorum ff. de appellat.*

Dicendum est ergo ritè, & rectè fuisse concessam securitatem, eique omninò seruandã esse, & quod Magnificus Commissarius Campaneæ iustè crediderit reo asserenti se non esse inquisitum de delicto exceptuato per bannum, cum & is etiam iustissimè id crediderit ex citationibus ad eum transmissis à Iudicibus delegatis: quæ credulitas non tantùm dolum abesse facit, sed bonam fidem causat, *Tiraquell. de pæn. temper. caus.*
17 51. *nu.* 27. *& seq. Farinac. quæst.* 90. *par.* 2. *num.* 114. quæ cessare facit omne vitium gratiæ, quod ex subreptione

18 ne solùm dolosa oritur, *ad tex in cap. super literis de rescriptis. Cardin. Seraphin.decis.936.num.3.Crauett.cons. 572.num.10.* & non dolosæ subreptionis nulla debet haberi ratio, *Seraphin.decis.1009.nu.6.Giurba d.cons. 20.Rota dicta decis.228. num.1. inter collect. per Farinac.* vbi fuit resolutū *textum in d.cap.super literis* procedere etiam in gratiosis.

Et quidem fateor cum fisco, qualitatem illam assassinij sufficiēter probari ex probabilibus inditijs,& argu-
19 mentis, *vt per DD. in cap. 1. de homicid. in 6.* quorum multos cumulat *Giurba d.cons.22.num.22.* Cæterum tria aduertenda esse dicebatur. Pri-
20 mum, quod talia inditia debent esse indubitata, prout verbum, *probabilibus*, exponit *Felin. in cap. afferte limit. 3.de præsumpt. quem sequitur Gramat. cons.1.post decis.num.64. vers. & maximè,& rursus vot.11.num.20.* vbi refert sic iudicatum *Dom. meus Regens Marchio Belmontis in coment. ad Constit. Regni de personis sub tit. de Episc. & cleric. libr.1. recopilat.numer.18.* vbi amplius testatur de hodierna praxi Mag. Cur.Vicariæ, & Sacr. R. C. *Mastrill. de indult. cap.29. num. 21.* imò *Carrer.in pract.crimin.in 3.tract. de homicid. & assass.§. circa igitur nu. 29. in fine*, notabiliter declarat hoc
21 procedere quando agitur coram Iudice Ecclesiastico, secus si coram Iudice seculari, quia tunc probationes debent esse claræ, & plenæ, prout in ceteris alijs delictis, & contrarium obseruare alijs non concurrentibus, periculosum esse, sequitur *Farinac. tom.4. quæst.123.inspect.3. num.47.*

Secundum quod vnumquodque in-
22 dicium de per se debet esse sufficiēter probatum idest per duos testes omni exceptione maiores, *ex vulg. glos.in l.final. verb. vel inditijs C.famil. hercisc. clarè Farinac. de indit. & tort.quæst.37.num.13.*

Tertium quod speciale est ad co-
23 gnitionem in genere criminis assassinij, quod præcesserit promissio pecuniæ, vel alterius rei pretio estimabilis, siue certa, siue incerta, vt per *Vinc.de Franch.dec.176.* nec tantùm promissio, sed probari quoque debet acceptatio ex parte homicidæ, vt per *Bald.* quem omnes sequuntur *in celebri consilio 383.nu.3.lib.1. Gramat. d.vot.11.nu.19.Ioannem Anton.de Nigr.post multos in cap.frequens num. 72.Carrer. Plazz. Boss. Monticell. De-*
24 *cian.& alij, quos sequutus refert Farinac.d. quæst.123. inspect.4. num.147.* inter quos emicat *Riminal.cons.685. num.12. & sequent.lib.6.* vbi amplius defendit, quod acceptatio debet esse expressa per conuentionem, nec sufficit tacita etiam quod postea se-
25 quatur homicidium. Vnde remanebat solus inquisitionis titulus, qui quidem ipsum reum non facit; sed liquidò ex actis probandum est, *l.final. C.de accusat.Vinc.de Franch. decis. 230.nu.7.Mastril.de indul.c.29.nu.20.* & solùm imputatum de assassinio, assassinus iudicari non potest, *Bonadigl.in sua polit.lib.2. cas.18. num. 55. Giurb.d.cons.57.n.24.vers. non obstat.*

His respondere conatus fuit *D. Io. Franc. Capiblanc.in d. quæst. 31.* sed an id sit assecutus, dijudicet amicus lector, vel ex eo maximè quod iuxta hæc pro Regiæ fidei incolumitate non solùm securitatis obseruantiam Petrus Antonius obtinuit; sed & criminum abolitionem, siue indultum vigore nominationis prædictæ, & banni desuper emanati.

SVMMARIVM.

2 *EXceptio Senatusconsulti Velleiani potest opponi aduersus publicū instrumentum.*

2 *Exceptiones iuris potest Iudex opponere ex officio.*
3 *Mulier quoties obligatur cum alio, seu pro alio, præsumitur obligata in fraudem Velleiani.*
4 .. *etiam si sola sit in instrumēto obligata, si tamen obligatio sua tenderet ad fauorem alterius.*
5 .. *Color semper præsumitur quæsitus in prohibito contrahere.*
6 *Mulier insimul cum alio obligata, saltim præsumitur pro medietate intercedere.*
7 *Contractus vnicus non potest pro parte substineri, & pro parte irritari.*
8 .. *contra Velleianum est ipso iure nullus.*
9 .. *locationis rei Ecclesiasticæ vltra triennium nō substinetur in triēnio.*
10 *Actus si non valet vt fit, neque valebit vt fieri potest in his, quæ pendent à voluntate duorum.*
11 *Iuramentum constituit actum indiuiduum.*
12 *Compromissum nullum quoad certa capita, non substinetur quoad alia.*
13 *Confessio mulieris, pecuniam fuisse versam in ipsius vtilitatem, nihil operatur nisi aliunde constet.*
14 *Creditori incumbit onus probandi, pecuniam mutuò datam mulieri fuisse versam in illius vtilitatem.*
15 *Mulierem fuisse locupletatam, imò & locupletationis species probanda est, vt cesset dispositio Velleiani.*
16 .. *in Regno absque Regio assensu non posse se obligare.*
17 *Fideiussor mulieris iuuatur etiam Senatusconsulto Velleiano.*
18 *Obligatio specialis certi corporis requiritur in census constitutione.*
19 *Census constitui non potest in personā venditoris cum obligatione omnium bonorum.*
20 .. *si constituatur super certa fundi parte eligenda, non substinetur donec electio fiat.*
21 Couarru. lib. 3. var. cap. 7. num. 5. *ab omnibus improbatur.*
22 *Obligatione personali sublata, tollitur etiam hypothecaria illi accessoria.*
23 Textus in l. 2. C. de luition. pignor. *declaratur.*
24 Textus in l. & si is C. de præd. minor. *verus intellectus.*
25 Negusant. & Dominic. Gaito *notantur in intellectu* text. in l. & si is C. de præd. minor.

Mulierem iuuari beneficio Senat. Consul. Velleiani etiam principaliter cum alio obligatam. Et de annui census constitutione absque certi corporis hypotheca pro sortis securitate.

CAPVT LV.

PYssima equidem fuit Senatuscōsulti Velleiani dispositio, per quā subuentum est mulierum fragilitati, quæ sæpenumero blanditijs, & amore virorum inductæ, multis quæsitis coloribus, alienam in se suscipiunt obligationem, vt *in l. 1. & tot. tit. ff. & C. eod.* cui multū roboris addit *Regia Prag. edita* in hoc Regno, quæ collocatur sub eadem *rubrica*, per quam prorsus annullantur, & abolentur huiusmodi contractus, impo-

imponiturque Tabellionibus pœna, ne ipsos stipulentur.

Hinc vidimus quotidie exceptionem eius Senat. Consulti opponi in Regijs Regni Tribunalibus, etiã aduersus publica instrumẽta omnibus clausulis, & sollẽnitatibus vallata, & in actu interrogationis, imò Iudex ex officio parte nõ opponẽte potest eã opponere; quia hoc in se pcipuũ habẽt
2 exceptiones iuris, vt in ppria materia notat *Vinc. de Frãch. dec.* 623. *nu.* 3. *&* 22. *&* 23. Sic in quadã causa liquidationis instrumẽti corã me vertẽte in M.C.V. fuit dubitatũ, an cõtractus in quo mater erat cũ filio obligata; sed tamẽ principaliter nõ autẽ intercedẽdo, posset via ritus liquidari. Et pro debitore dicebatur illum esse nullum tanquam factum in euidentem fraudem Senatusconsulti. Etenim
3 in iure nostro absolutissimum est, quod vbicunque mulier obligatur cum alio, seu pro alio, puta viro, vel filio, aut extraneo, quamuis fateatur se principalẽ debitricẽ semper tamẽ præsumitur pecuniam fuisse versam in alteriùs commodum, & sic intercessisse, & proinde esse locum Senatusconsulto Velleiano, quia præsumitur color quæsitus, etiam si vterque fateatur se recepisse pecuniam: quemadmodum decisum refert post multos, quos allegat *Thesaur. decis.* 222. *num.* 14. vbi subdit,
4 hanc conclusionem procedere etiam si in dicto instrumẽto nemo cum muliere se obligasset, si tamen obligatio sua tenderet ad fauorem alterius, qui data opera, ne ex eorum obligatione esset locus Velleiano, in instrumento non se obligasset, & sequitur *Heringius de fideiuss. cap.* 7. *num.* 195. *versic. nouam, & est textus expressus*; quem ipsi non allegant *in l. quidam voluit, ad Senat. consult. Velleian. Dom. Regens de Pont. de* *potestate Proreg. titul. de diuers. prouis. fier. solut. in rubric. numer.* 25. color
5 enim semper præsumitur quæsitus in prohibito contrahere, *Alexand. consil.* 66. *volum.* 4. *Vinc. de Frãch. dec.* 279. *n.* 8. *in fin.* & in specie quod vbi mater pro filio fideiubet contractus sit nullus, quando ex instrumenti inspectione apparet ipsam damnum sentire, determinasse *Rotam Romanam coram Mellino refert Marescot. var. resolut. libr. primo cap.* 43. *num.* 3. Idemque si contrahat in fauorẽ alterius, licet filijs resultet cõmodũ, *Euge. cons.* 88. *n.* 52. *Maresc. loco cit.*

Vel saltim cum nec constet pecuniam fuisse versam in ipsius mulieris vtilitatem, quod locus sit Senatus Consulto Velleiano patet; nã ex iuris
6 dispositione, quãdo mulier obligatur insolidum cum extraneo, saltim præsumitur, quod medietas pecuniæ versa sit ad beneficium alterius personæ obligatæ cum ea, pro qua medietate mulier præsumitur intercessisse, quamobrẽ locus erit Velleiano: sunt termini *tex. in l. vir vxori* 17. *§. mulier ff. ad Velleian. Vinc. de Franch. dec.* 476. *n.* 12. & ita specie tenet videndus *Gaspar. Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 5. *nu.* 23. *in fin. vers. in cõtrariũ:* adeò ꝙ fuit, & est nullũ instrumẽtum pdictũ. Nec substinebitur pro alia medietate pecuniæ, quã lex psumit versã ad beneficiũ mulieris. Etenim cũ vni-
7 cus sit cõtractus, nõ potest ex vna parte sustineri, & ex alia irritari *tex. est singularis in l. si mulier la terza §. fi. ff. ad Velleian.* in sua decidendi ratione illis verbis; *quia totã obligationem Senatus improbat*, & eò magis quia cõtractus
8 ille in sui natiuitate, & in actu formationis ipsius est ipso iure nullus, prout sunt in Regno huiusmodi vigore *Reg. Prag. ad Velleian.* & tradũt *Frãch. dec.* 613. *n.* 8. *Borrell. de mag. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 48. *ver. hoc idẽ, Reg. de Põt. po sect. Pro-*

*reg.tit.*10.*c.*11. *Mauſ.de cauſ.execu.limi.* 10.*n.*11. Vnde ſatis ad rē noſtrā *Sacr. Rota Roman. deciſ.* 30. *num.*3. *par.*1. *in nouiſſim. recollect. per Farinac.* poſt multorum authoritatem in illa quæſtione, an contractus locationis re-
9 rum Eccleſiæ factus vltra triennium valeat in ipſo triennio tantùm, an verò irritetur in totum, tenet indiſtinctè contractū corruere in totum. tùm quia lex procedit irritando contractum in ipſo actu formationis, vt patet in *extrauag. ambitioſæ*. Tum etiam quia in his, quæ
10 pendent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, ſi actus non valet vt fit, neque valebit vt fieri poteſt, *ex Bart.* communiter recepto *in l. prima §. ſi quis ita ff. de verb. obligat.* Rurſus iura-
11 mentum conſtituit contractum indiuiduum ex ſui natura, *de Franch. deciſio.* 173. *num.*6. *& Surd. deciſ.*16. & plura congerit *Ioannes Vincent. de Anna allegat.* 9. *num.*6. *& ſequent.* ideò non poterit pro parte ſubſiſti neri. Vnde *doctiſſimus Regens Lanar.*
12 *conſil.* 33. eleganter docuit, compromiſſum nullum, quoad certa capita ex defectu Regij aſſenſus eſſe nullum in totum, etiam reſpectu aliorum capitum, quæ non indigebant Regio aſſenſu ex indiuiduitate actus, quomodo licet eo non relato, poſt alios docet *Dom. Regens Scipio Rouitus ad pragmat.* 2. *de arbitr. nu.*22.

Nec ſibi obeſſe confeſsionem
13 præfatæ viduæ factam in inſtrumento, pecuniam verſam fuiſſe in eius vtilitatem pro ſuis neceſsitatibus, quoniam non ſtatur confesſioni mulieris id aſſerentis; ſed aliunde debet hoc manifeſtè conſtare, vt eſt *text. expreſſus in auth. ſi qua mulier C. ad Villeian. in finalibus verbis*, vbi dicitur, *niſi manifeſtè probetur, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint*, & ibi expreſsè *Bart. Bald. & Salicet. latè Honded. conſil.*45. *per totum Roland. conſil.* 64. *num.*10. *libr.*1. *Marc. Anton. de Amat. deciſ.*27. *num.* 12. *Hering. de fideiuſſ. capit.* 7. *num.* 402. *Afflict. deciſ.*209. *num.*4. *Cacher. deciſ.* 240. *num.*2. *& Theſaur. d. deciſ.* 222. *num.* 14. *& deciſ.* 223. *num.*4. cum alijs relatis per *Barboſ. in l. prima quæſt.* 5. *num.* 55. *ſolut. matrim.* Qua de re incumbebat prædicto creditori onus manifeſtè probādi, pecuniā illā verè verſā fuiſſe
14 in vtilitatē viduæ, quia dāti pecuniā incūbit onus probandi eā fuiſſe conſumptā, & recipientē locupletatū, *vt poſt Ang. Ruin.* & alios docet *Menoch.* qui de magis communi teſtatur *præſumpt.* 27. *verſic. tertius eſt caſus lib.* 6. *& de recuperand. poſſeſſ. rem.* 15. *nu.* 586. *& ſequent. Surd. conſ.*290. *nu.*5. *in fine lib.*2. *& plures allegat Mauſon. de cauſ. execut. limit.* 10. *nu.* 10. *verſ. ſecundo*: Imò magis probanda eſt ſpecies locupletationis, quomodo notabiliter deciſum per Rotam Romanā refert *Steph. Grat. diſcept. forenſ. tom.*3. *cap.*576. *nu.*32. videndus omninò.

Sic ergò cum contractus huiuſmodi vitio laboret, certè ipſius matris obligatio indigebat Regio aſſenſu, prout communiter in Regia hu-
16 ius Regni Cancellaria ſeruatur etiā vbi vidua obligationem ſuſcipit: ex cuius aſſenſus defectu pluries ad viduę fauorem, etiam principaliter obligatæ, quod nullus ſit contractus deciſum per Sacrum Conſilium refert *Vincent. de Franch. deciſ.* 279. *& iterum deciſ.* 578. & denuò *deciſ.*623. *& Gizzarell. deciſ.*4. quidquid contra attentauerit *D. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 10. *in princ.*

Nec vlteriùs poſſe moleſtiam inferri filio, tanquam fideiuſſori obli-
17 gato. nàm cōſtituto contractu prædicto nullo, & inualido reſpectu matris

bene-

beneficio Senat. Consult. Velleian. vt præfatum est, eodem beneficio iuuatur filius fideiussor, ad quod habemus iura ad manus in proprijs terminis *in l. si mulier 16. § fin. ad Velleian. & in l. mulierem C. eod. tit.* & ita tenet *Ant. Hering. de fideiuss. cap. 10. nu. 18. Dominic. Gaito de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 1966. Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib. 4. quæst. 6. num. 5.* quod sine dubio procedit vbi nullitas principalis obligationis est propter defectum formę, quæ facit contractum ab initio non valere, ita notabiliter *Rota decis. 153. nu. 3. inter 372. decisiones criminum, & testium collect. per Farin.* vel quando contractus de iure communi est nullus, eadem *Rot. Roman. decis. 118. nu. 4. post secund. volum. consil. Farinac.* & sequitur *Mareschot. variar. resolut. lib. 2. cap. 65. nu. 9.* & aliàs decisum refert *Gratian. disceptat. forens. cap. 122. nu. 14. & 15. Beltram. ad Ludouis. decis. 321. nu. 13.* & vera hæc sunt non solū quando quis accessoriè, sed etiam si principaliter pro alio se obligasset, prout ex *text. in l. 2. C. de fideiuss. minor.* in simili eleganter tradit *Vinc. de Franch. decis. 247. nu. 4.* vbi refert ita decisum per Sacrum Consilium, ea scilicet ratione, quia negari non potest primitiuam radicē, pro qua quis se obligauit esse infectam, *ex Anchar. cons. 330. & Ioseph Ludou. decis. 27.*

Rursus ex alio dicebatur tale instrumentum nō posse substineri, quoniam nullum certum corpus specialiter suis finibus designatum pro sortis securitate fuit per ipsos matrem, &
18 filium debitores suppositum, prout necessariò requiritur ad census validitatem per expressam dispositionē *Bullæ Summi Pontificis Pij Quinti*, quā trāscribit *Nauar. in suo manuali cap. 7. nu. 235. Rota Romana decis. 671. nu. 1. inter nouiss. collect. per Farinac. par. 1. tom. 2.* quod quidem corpus oportet, quod sit fructuosum, vt tenent relati per *Thesaur. decis. 154. nu. 3. Rot. Roman. decis. 227. inter 372. decisiones criminum, & testium collect. per Farinac.* vbi amplius resolutum fuit, quod si talis res casu aliquo fiat infructuosa, vel pereat, extinguitur etiam census. Vndè nec constitui potest in
19 genere super quibusuis bonis, nec etiam in personam venditoris cum obligatione omnium bonorum: quoniam esset nullus & vsuratius contractus, prout doctè ex verbis *pragmatica prima de censibus* fundat *Fuller. in comment. ad ipsam sub verbo huiusmodi censualia nu. 48. Redoan. de rebus Eccles. non alien. rub. de constit. ann. census super reb. Eccles. nu. 44. Rodriq. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 7. nu. 13. Auend. de censib. cap. 57. Stephan. Gratian discept. forens. tom. 1. cap. 141. nu. 10.* & sic generaliter de consuetudine obseruari testantūr supremi ordinis *DD. Regentes Dñus meus in comment. ad prag. 2. de censib nu. 11. lib. 4. Iuris Regni, et Fuluius Constantius Corleti Marchio ad l. 1. nu. 41. C. de fiscal. vsur. lib. 10. Rouit.*
20 *ad dictam pragmat. 1. de censib. nu. 22.* adducens nouissimè, quod si census constituatur super certa parte fundi eligenda, donec electio facta sit census non substinetur, secundum *Gasp. Thesaur. quæst. forens. 104. lib. 3.* licèt quādo corpus fundi certum est contrarium censuetit *Rota Romana decis. 353. inter nouiss. collect. per Farinac.*
21 *par. 1.* opinio namque *Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 7. nu. 5.* tenentis posse constitui censum super obligatione personali, singularis est, & ab omnibus improbatur, vt videre est penès *DD. relatos per D. Regentem Rouitum loco citato nu. 23.* vndè à principio instrumentum ex defectu formæ fuit nullū, prout in terminis decisum refert *Viuius decis. 369. nu. 3.*

Præterquam quod etsi mater ipsa certum

certum corpus supposuisset pro securitate census, nihilominus nec poterat
22 hypotheca substineri sublata principali personali actione beneficio Sen. Cons. Velleiani ex superius traditis, quoniã certum est hypothecariam accedere obligationi personali tanquam principali: ideòq; nulla remanet vbi personalis actio extinguitur *ad text. in l. soluitur, vbi glos. verbo discedatur cum l. seq. quib. mod. pign. vel hypoth. l. si deferente eod. tit. l. fenerator de naut. fenor. vbi Bart.* & ita expressè tenet *Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 8. nu. 3. Negusant. de pignor. 1. memb. 4. par. num. 9. Surd. decis. 174. nu. 20. & cons. 146. nu. 9.* quos allegat *Christoph. Mar. decis. Senen. exam. 18. num. 44.* & pluribus relatis *Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 691. num. 29. Capiblanc. in singul. post tract. de Baronib. singul. 1.*

23 Neq; huic conclusioni obstat *text. in l. 2. C. de luit. pignor.* nam respondet *glos. ibidem verb. actione summota,* in specie illius *text.* personalem actionẽ summoueri per præscriptionem triginta annorum, ideoque nil mirum si remanet hypothecaria, quæ quadraginta annis durat: cum verò tollitur pacto, solutione, re iudicata, iureiurãdo, vel alio modo, tũc cessat quoq; hypotheca, vt in supradictis iuribus & hic verus est intellectus ad illum textum.

24 Nec rursus facit *text. in l. si is. C. de præd. minor.* nam responsio elicitur ex eiusdemmet *text.* verbis, ibi, *idem curator ex rebus proprijs &c.* supponitur namq; in eius specie curatorem minoris prædium alienasse absque decreto, sed tamen pro euictione obligasse bona sua: respondent Imperatores rescissa vẽditione respectu minoris nõ esse sublatam obligationem contractam in rebus proprijs curatoris ex causa euictionis, quia curator est extra causã prohibitionis, ideòq; respectu minoris censetur sublatum tàm principale, quàm accessorium obligationi: respectu verò curatoris, sicut remanet integrum ius pignoris, sic etiã & principalis obligatio, si qua contracta est: ita colligitur ex magistraliter suo more traditis per *Accurs. ibidem verbo sanè.* Vnde cauendum est ab opinione *eruditissimi alioquin*
25 *viri, & amici nostri dignissimi Auditoris Dominici Gatti in suo tract. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1255. & seq.* secuti *Negusant. de pignor. p. 6. memb. 2. nu. 5.* nam nõ est scrutatus vt subtiliter scrutari solet germanum sensum prædictorum iurium.

Ex his in Sacro Consilio iustissimũ iudicatum est decretum Magnę Curiæ Vicariæ, quod ordinariè agatur, me referẽte in Aula *eruditissimi Consiliarij Carauita* die Februarij 1631.

SVMMARIVM.

1 *MVlier nulliter pro marito obligatur, & de ratione.*
2 *Constitutum transfert dominium in donatarium à die contractus.*
3 *Dominium penes duos esse non potest.*
4 *Statutum generaliter prohibens mulierum obligationes, non comprehendit causam dotis.*
5 *Mulier validè intercedit pro marito pro communis filia dote, & nu. 10.*
6 *etiam pro dote extraneæ, sed contra num. 11.*
7 *Contractus mulieris alias inualidus substinetur iuribus iuramenti.*
8 Text. in l. fin. C. ad Velleian. *procedit vbi mulier dotem constituit, non autem vbi pro ea fideiubet, & de ratione discriminis.*
9 *Mulier potest pro extraneo fideiubere pro dote, non autem pro marito.*
12 Decisio notabilis Sac. Rot. Roman.

13 Vinc.

13 Vinc.de Franch.decis.182.num.12. & sequaces *notantur in intellectu* tex.in l.fin. C.ad Velleian.
14 *Iuramentum firmat contractum alias inualidũ, vbi cessat præsumptio metus, & doli.*
15 .. *non firmat contractum cui lex, vel statutum vires tollunt.*
16 *Mulieri licitum est spem recuperandi suam dotẽ dissoluto matrimonio alienare.*
17 *Barbosæ distinctio in* l.1.par.1.nu.40. solut.matrim.*commendatur.*

Imperialem decisionem text.in l.fin.C.ad Velleian. non habere locum, vbi vxor intercedit pro marito ad dotem extraneæ mulieri constituendam. Et de rei dotalis donatione, quod valida sit si conferatur in tempus dissoluti coniugij.

CAPVT LVI.



VM generaliter dispositum sit, nullam, & inualidam esse quamcumque obligationẽ
1 factam per vxorem in mariti beneficium, ex *text. expresso in auth. si qua mulier C. ad Velleian.* etenim cum inter coniuges prohibita sit donatio, ne scilicet mutuo amore se spolient, *ad text. in l.1. & toto titulo ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* si posset pro marito fideiubere, vel se obligare fieret per indirectum fraus legi, & rursus vt plurimum priuaretur dote, alijsq; bonis, quod est cõtra publicam vtilitatem, *l.1. ff. solut. matrim.* prout rectè considerant *DD.* quos congerit *Tiraquell. ad ll. connub. glos. 5. sub nu. 107. & passim cæteri omnes.* Hinc dubitari de duobus contingit in Mag. Cur. Vic. Primum an fideiussio euictionis facta per Iudictam Squillantem vxorẽ Fabij de Alferio dotantis Camillam Squillantem, de iure subsisteret. Secundum an donatio ducatorum bis centum facta per eamdem Iudictam eidem Camillæ in augmentum dotium soluẽdorum post ipsius promittentis mortẽ de bonis dotalibus valida sit, non obstante quod fuerit facta in constantia matrimonij, & per consequens tempore inhabili, cum omnis alienatio rerũ tàm viro, quàm mulieri interdicta sit cõstante matrimonio *vulgatis iuribus.* Et augebatur ratio dubitãdi, eo quod donatio huiusmodi concepta cum clausulis cõstituti, & præcarij nõ videbatur posse habere locum in beneficium Camillæ donatariæ, licet collata fuisset in tẽpus mortis ipsius donãtis. nam cũ
2 dominiũ rei donatæ etiam post mortem transeat in donatarium à die cõtractus vigore constituti, & præcarij, prout ex *Oldrad. cons. 114.* tradit *Vinc. de Franch. decis. 213. num. 1. & 9.* sequeretur absurdũ, quod scilicet dominium eiusdem rei penès duos esset eodem tempore, nempè penès mari-
3 tum vigore instrumẽti dotalis, & penès donatarium vigore donationis eisdem clausulis conceptæ contra *text. in l. si vt certo §. si duobus ff. commodati.*

Quoad Primum videbatur dicendum

dum id regulare esse, vt lex, siue statutũ mulierũ obligationẽ prohibens
4 nunquã comprehẽdat casũ specialiter prouisũ, veluti dotis causã, cuius fauore inductum est vt possit se obligare, *ad tex.in l.si dotare, & in l.final. C.ad Velleian.* ita enim docuit *Iacob. de Beluis.in §.est,& aliud, auth.vt nulli Iudicum, Bald.in l.1.nu.1.vers.quintumdecimum ff.solut.matr. & ibi Roman.nu.26.in 3.special. Paul.de Castr. in d.l.final. nu.2. Lambert. de iurepatr. artic.3. quæst.5.principali par.1. lib.1. Bald.Nouell.in tract.de dot.par.6. priuileg.3.& priuileg.12. nu.1. Barbos.in l.1.par.3.nu.53.ff.solut.matrim.* & rursus egregiè *Bald.consil.106.vol.5. Camill.Visitar.in d.l.1.num.170.ff.solut. matrim.* estq; in terminis statuti prohibentis mulierum obligationes elegans *decisio Putei* 166 *lib.* 3. dicens semper *Sacr.Rot.Roman.* hanc opinionem amplexam fuisse, prout & alias eiusdem decisiones refert *Maresc. variar.resolut. lib.1.cap.43.nu.9. Dominic. Picus ad statut.Vrb.*151.*lib.*1. *glos.7. num.* 242. *Caputaq. decis.*199. *par.3.Tiraquell.de retract.lignag.* §.1. *glos.*14. *num.*91. *Negusant. de pignor. memb.1.par.8.nu.*23. cum alijs quos sequitur *Gratian. discept:forens.tom.*4. *cap.*647.*nu.*22. & 23.

Nec tantum pro hac causa se obligare, sed etiam mariti obligationem
5 in se suscipere pro cõmunis filiæ dotatione, non obstante *d. auth. si qua mulier*, tenet *Bald. Nouell. loco citato*, cum alijs relatis per *Barbos.in l.1.par.4.nu.101.ff.solut.matrim.* fuit resolutum per *Rotam in vna Anconitana Iunij* 1602.*coram Cardinali Mellino, quæ est decis.15.inter collectas per eumdem Dominicum Picum in calce prædicti tractatus*, latè *Gaspar Baeza in tract.de non melioran. dot. num.37. & & seq. Anton. Gomez in l.* 50. *Tauri num.* 25. quos refert, & sequitur *Aluar.Valasc.consult.*127.*nu.*3.vbi *nu.*4. defendit nullum esse discrimen statuendum si mulier sola dotem constituat, an verò pro marito fideiubeat pro communi filia, eo quod in hoc casu non potest dici à marito decepta, seù circumuenta: eãdemque opinionem tenuit *Franc.Marc.decis.*508.*nu.*18.*par.*1.cum alijs relatis per *Stephan.Gratian. discept. forens. tom.4. cap.647.nu.17.*

Sed etiã quod magis est, etiã pro
6 dote extraneæ mulieris posse vxorẽ cum marito se obligare, seù fideiubere, tenuerunt *Vincent.de Franch.decis.*182.*num.*12.*Gizzarell.decis.4.nu.24. Gratian.d.tom.4.cap.735.num.*12. ex generalitate *text.in d.l.final.C.ad Velleian.* ibi, *generaliter sancimus*; & rursus, *pro qualibet muliere*; hoc enim fert fauor ipse matrimonij consideratus in eodem *text.* ibi, *Neque enim ferendum est quasi casu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli, & distrahi matrimonium*, & fuisse resolutum per *Rotam Romanam coram Ortembergo in vna Romana dotis*, refert *Marescott.d. cap.43.nu.12. & idem Picus post eumdem tractatum, & est decis.*13.

His accedebat virtus iuramenti,
7 quæ hoc operatur vt cõtractus aliàs à lege improbatus validus iudicetur, prout in propria materia fideiussionis mulieris docuit *Bart.in l.si quis num.* 11.*vers.& ideò dico ff.de fideiuss.* & tenet *Rota Romana decis.*619.*nu.*3.*inter nouiss.collect.per Farinac.par.*2.*tom.*3. & rursus in alijs decisionibus relatis per *Marescott.lib.2.variarum cap.5. nu.17.* latè *Bald.Nouell.in tract. de dote priuileg.21. vers.duodecimo limita, Campeg. eodem tract.quæst.173.& quæst.175. Palat.Ruuius in cap.per vestras notab.5.num.12.vers.nonus casus de donat.inter vir.& vxor. Abb.in cap. cum contingat in fine de iure iurand.*latè

Alex.

Alex. in l.si constante §.quoties num.5. ff. solut. matrim. cum alijs per *Gratian. disceptat. forens. tom.2. cap. 233. num.40.*

Sed pro vxore respondebatur non esse negandũ assumptum, causam dotis esse in hoc priuilegiatã, quod mu-
8 lier possit pro ea se obligare non tantum pro filia, sed etiam pro qualibet extranea muliere, & hunc esse casum dispositum per *text. in dicta l.final.* sed non esse id permittendum vbi suscipit mulier mariti obligationem, siue pro eo fideiubet, qui est casus prouisus *in dicta authent. si qua mulier.* Ratio namque discriminis inter simplicem obligationem, & fideiussionem manifesta est, quia priori casu non potest considerari in ea subductio, siuè circumuentio vlla: ideoq; aptissimè docuit *Bald. in d. l. final. & in l. iubemus C. ad Velleian.* quod
9 mulieri permissum est fauore dotis, vt pro alio possit fideiubere, non autem pro marito, *Berous consil 48. per tot.* & sequitur *Marescot. d. lib.2. cap.5. num. 15. & 16.* at in secundo cum scilicet pro marito fideiubet, restat adhuc doli, & circumuentionis præsumptio, quæ tamen vno tantùm casu suprapposito cessaret, scilicet cum
10 intercedit pro dote communis filiæ, cum potius stimulo quodam, & naturali impulsu censeatur mulier inducta ad se obligandum, vt scilicet filiæ commodis prospiciat, quod est vnicum, & commune Parentum votum, vt perbellè loquitur *Consult. in l. penult. §.faciliorq; de bon. libert.* ibi, *cum omnia, quæ nostra sunt liberis nostris ex communi voto paremus*; & considerat *Berous d. consil.48. num.10.* & in his terminis non inc[illegible]ienter subsistinetur opinio supr[illegible]ta, quod fideiussio facta à m[illegible]e pro marito in causam dotis communis filiæ valida sit, non quidem ex dotis fauore, cum necessarius non sit in hoc casu; sed quia cessat ratio prohibitionis Senatus Consult. Velleian. Quamuis nec desint qui existiment etiam vt communis filia dotetur inualidam esse vxoris obligationem in viri beneficium, vt vides per *Angel. & Alex. in l. 1. ff. solut. matrim.* quæ sententia verior videtur *Surd. decis. 164. nu. 14.* nobis autem non placet ex rationibus, & authoritatibus suprapositis.

Extra hunc casum, cum scilicet filiæ communi dos constituitur, dicebatur non esse permissum mulieri etiã
11 in causam dotis pro marito fideiubere, veluti pro dote extraneæ mulieris, vt perbellè consuluit *Berous d. consil.48. Honded. consil.45. num.4. lib.1. Berretta consil. 48. Hering. de fideiuss. cap.7. nu.453. Pirrus Maur. eod. tract. sect.8. cap.3. num.31. Mauson. de caus. execut. lib.1. limit.10. nu.10.* nec tandem potuit negare *Surdus* esse de iure *d. decis.164. nu.15. & 16.* & placuit *Rota Senensi* vt refert *Christoph. Mart. decis.48. & 49.* idque decisum refert suo elegãti calamo *Anneus Robert. lib.3. rer. iudicat. cap.11.* vbi nulla fuit declarata obligatio mulieris fa-
12 cta cum marito pro dote priuignæ. Immò *Sacr. Rot. Roman. in vna Anconitana dotis, quæ est 283. par.1. in nouiss.* idem resoluit his verbis. *Non obstat, quod huiusmodi statuta non procedant in obligationibus pro dote factis iuxta decis. Put. 160. lib.3. & Caputaq. decis.199. par.3. quia hoc Domini intelligebant procedere in eo, qui dotare tenebatur, quo ad quem reputatur obligatio necessaria, vt loquuntur dictæ decisiones, & facit cons. Soccin. 80. num.23. lib. 4.* sic & in Senat. Pedam. refert *Anton. Faber in tit. C. ad Velleian. definit.14.*

Nec contrarium suaderi debet au-
13 thoritate *Vinc. de Franch. d. decis.182. nu.12. Gizzarell. decis.4. nu.24.* & se-

quacium; nam viri alioquin in iuris prudentia pręclarissimi nimis per trāsitum,& perfunctoriè hac in re locuti sunt decepti ex generalitate *d.l.final. C.ad Velleian.*quam nos locum habere non inficiamus; sed tamen in casu suo, idest vbi mulier dotat, non autē si fideiubeat pro marito extraneam personam dotante.

Et ad id,quod iuramentum vim
14 præstare solet contractui alias nullo, & inualido,dictum fuit hoc procedere vbi non est præsumptio metus, vel doli, quo casu si iuramentum substineret contractum diceretur vinculū iniquitatis, prout in terminis statuti Vrbis similis nostræ *Pragmat.ad Velleian.* pluribus relatis, & signanter ex vna *Rota decisione coram Ludouis.* respondet *Gratian.discept.forens.tom.2. cap.233.nu.58.&59.*Nec rursus iura-
15 mentum præstat vires fideiussioni factæ per mulierem, quoties statutum contractui, seu instrumento tollit vires,prout fit per ipsam *Regni Pragmaticam 1. ad Senat.Consult.Velleian. Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.61.nu. 11. & 18. Rota Romana in terminis statuti Vrbis in vna Romana societatis. officij de anno 1602.& in alia Romana fideiussionis coram Cardin. Seraphino,* quas refert *Marescott.d.lib.2.cap.5. num.18.*

Quoad secundum dubium dicebatur,licere mulieri spem recuperandi suam dotem in casu dissoluti con-
16 iugij ex nunc pro tunc constante matrimonio alienare,& donare. Huius namque opinionis fuit *Accurs.in l.constante 21. C.de donat.* quem pro singulari cōmendant ferè omnes Patres antiquæ scholæ. Quinimò *Cynus in l.si prædium circa finem C.de iur.dot.* vlterius progreditur, dicens, quod etiam si mulier cōstante matrimonio ex nunc fundum dotalē alienauerit, & per consequens alienationem statim effectum habere voluerit, nihilominus dissoluto posteà matrimonio, ea alienatio, quæ à principio nulla erat, dicitur validata, & confirmata. Estq; casus similis *in l.cum vir 42. ff. de vsucap.* quod si vir constante matrimonio fundum dotalem alienauerit,& postea eo dissoluto dotes lucratus fuerit, talis donatio dicitur confirmata.

Non tamen defuerunt authores,
17 qui contrariam sectarunt sententiā, quorum argumentis coactus fuit *doctissimus Barbos. in l.1.par.5.num.40. cum seq.vers.pro concordia ff.solut.matrim.* ad securum distinctionis Asylū confugere,taliter concordando dissidentiū opiniones, quod scilicet aut matrimonium dissoluitur per mortē viri, & tunc ne mulier remaneat indotata, valida non erit donatio, seu alienatio rei dotalis facta per mulierem constantę matrimonio: sin verò dissoluatur per mortem vxoris, tunc valida erit donatio, eo quod nulli præiudicium fit, cessatq; ratio legis prohibentis, & per consequēs prohibitio: & hunc esse casum nostrum, dicebatur pro parte actorū, nàm donatio fuit collata in tempus mortis ipsius Iudittæ,quæ iam secuta erat.

Ex quibus Mag.Cur.me referente iudicauit,irritam fuisse primā Iudictæ fideiussionem euictionis dotis prædictæ Camillæ constitutæ, secundam verò donationis collatæ in tempus mortis validam.

SVMMARIVM.

1 *Communio discordias parit etiam inter coniunctos.*

2 *Diuisio,quę f[illegible]mus diuidat,& alter eligat cu[illegible] seculo originem traxit.*

3 *Aequalitas seruanda est in contractibus bonæ fidei.*

4 Text.

4 Textus in l. maioribus C.commun. vtriusque iudic. *non requirit læsionem vltra dimidiam ad rescindendã venditionem.*

5 *Læsio vltra sextam partem pretij sufficit ad rescindendam diuisionem.*

6 *Diuisio ex errore facta rescinditur etiã si laudo à partibus emologato fuerit confirmata.*

7 *Sentẽtia ob errorem etiam iuris retractatur.*

8 *Diuisio etiam iurata detecto errore retractatur.*

9 *Error consensum excludit.*

10 *Diuisio non congruè facta retractatur.*

11 *.. dolo interueniente rescinditur.*

12 *Dolus delictum continet.*

13 *.. coniecturis probatur.*

14 *Dolo non caret, qui non facit ea, ad quæ scit se teneri.*

15 Textus in l. maioribus C.commun. vtriusque Iudic. *de qua diuisione intelligendus sit.*

16 *Actio ex stipulatu stricti iuris est.*

17 *Iudicio familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo agi non potest, nisi corpora maneant communia.*

18 *Commune iam non est, quod est diuisum.*

19 *Actio nulla ciuilis nascitur ex simplici pacto de diuidendo.*

20 Antonij Fabri intellectus ad text.in dicta l. maioribus *summè commendatur.*

21 Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. *non habet locum in contractibus diuisionis, & quare. sed contra numer. 22.*

23 *Diuisio facta inter fratres rescinditur ex quauis notabili læsione, at inter extraneos non nisi læsio sit vltra dimidiam.*

24 *Læsio vltra sextam rescindit venditionem factam via iudiciali, vel mediantibus arbitris.*

25 *Diuisio facta inter maiores per electionem ob sortem non retractatur ex* text.in d. l. maioribus.

26 *Dolus, & vis considerari non potest in diuisione facta per electionem.*


27 *Læsus non dicitur quis ex euentu dubio, qui sicut tendit ad damnum, poterat se habere ad lucrum.*

28 *Minor nõ restituitur aduersus diuisionem per sortes factam, nisi tamen læsio enormis admodum excessiua sit.*

29 Decisio Senatus Pedamont. *quod læsio vltra dimidiam rescindat diuisionem electione factã commendatur.*

Diuisionis contractum non ex qualibet lęsione posse rescindi, sed ex ea tantummodò, quæ sit vltra dimidiam iusti pretij, ad ornatum l. maioribus 3. C. commmun. vtriusq; Iudic.

CAPVT LVII.

1 

Ommunionis materia adeò periculosa est, vt plerumque etiam inter fratres discordias pariat, teste *Consult. in l. cum pater S. dulcissimis de legat.* 2. vndè ad officium boni patrisfamilias pertinet diuisionem ordinare, nec minus ad munus optimi Legislatoris iam factam substinere; nam vt *Aristoteles* ait *de Republica lib. 2. cap. 5.* Curatio-

nes bonorum diuisæ criminationes, & querelas inter eos non gignent, sed potius illa amplificantur, & crescent vnoquoque tamquam rei propriæ affixo, atque incumbente.

2 Hinc plures à iure inducti sunt modi, quibus res communes inter socios diuidantur, quorum vnus, & horum præcipuus est, qui hac lege fit vt vnus diuidat, alter verò eligat, iuxta formã traditam à Summo Pontifice *in cap. 1. de Parroch. & ab Imperatoribus in l. 2. C. de metat. & epidem. lib. 12.* & sęculo ferè ineunte seruatum vidimus inter Abrahã, & Loth, vt habetur *Genes. 1. cap. 13.* de quo loco *Diuus Ambrosius* ait. *Cuiusmodi debet esse diuisio Patriarca edocet. firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat, quod conqueratur, electionis suæ partem non poterit calumniari. non refidet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuisor grauatur; nàm quo est prudentior, eo cautior, vt nec diuisione circumscribatur, nec in electione fraudetur;* ad quorum confirmationem plura alia tàm sacræ, quàm prophanæ paginæ adducit *Tiraquell. de iure primog. quæst. 60. in princ.* & nonnulla *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 160. nu. 18. cum seq.*

Huiusmodi monitu Andreas Fornarius, & Ianuarius Bottone Ciuitatis Puteolorum conuenerunt de diuidenda communi domo, vtque Andreas partes faceret, & Ianuarius eligeret. Hæc conuentio suum effectũ sortita est, itaùt Ianuarius ex partibus diuisis per Andream, suam elegerit, eiusque diuisionis sollemne instrumentũ rogatum est inter eos de mense Februarij 1629. aliudq; celebratũ super eodemmet negotio nonnullis pactis additis ad paucos dies.

Andreas de mẽse Iunij eiusdẽ anni obtẽta prius absolutione à iuramento compaæuit in Magna Curia Vicariæ, petijtq; declarari nullam, & inualidam prædictam diuisionẽ, eo quod in ea fuerit enormiter lęsus, & in facto probare nitebatur, læsionem fuisse vltra sextam partem pretij totius domus, eamque esse sufficientem ad rescindendum talem contractum ex sequentibus.

3 Primo per rationem, nàm contractus huiusmodi est bonæ fidei, in quo æqualitas seruanda est, vt expressè probatur *in d. l. vnde si Neruę ff. pro socio, & in l. si nõ fuerint ff. eodem,* vt tradit *Bart. in l. societatem §. arbitrorum nu. 25. ff. pro socio.* Secundo per iura; nàm in *tex. in l. si post diuisionem C. de iuris, & facti ignorant.* diuisio per errem facta retractatur, & in *l. si soror C. de collat.* diuisio retractatur per Iudicem cognito, quod plus ad vnum, quàm alterum peruenit. Et tandem per *tex.* clarum, & expressum *in l. maioribus C. commun. vtriusque Iudic.* vbi *Imperatores* statuunt, succurrendum esse maioribus si diuisio perperam, vel per dolum, vel per fraudem facta fuerit ex ea generali ratione, quod in bonæ fidei iudicijs, quod inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformandum est: ex quo *tex.* id pro constanti affirmat *Facchin. lib. 8. controuers. cap. 36. vers. sed vt rectè,* vt scilicet dicta lex maioribus nullatenus

4 requirat læsionem fuisse vltra dimidiam, sed quamlibet grauem sufficere ad rescindẽdam diuisionem, eamdemque sententiam neruosè defendit *Anton. Ayora Hispan. in tract. de partition. bon. commun. 3. par. quæst. 6.* his verbis: *Ego tamen verius esse puto, quod etsi læsio non sit vltra dimidiam, habeat locum dispositio illius legis, si læsio sit immodica, quod colligitur expressè ex illo textu, qui nihil de læsione vltra dimidiam iusti pretij dixit, sed solùm si perperam facta est diuisio etiam citra dolũ, & fraudẽ, quod probatur ibi;*

vel

vel perperam factis, & quidem videtur diuinatio dicere, quod ille tex. loquitur in casu, quo læsio sit vltra dimidiã, cum in eo nullum verbum de hoc sit. Secundo, quia si loqueretur de remedio vltra dimidiam daret electionem cohærēdi, vt patiatur reformari diuisionem, vel solueret iustum pretium, sicuti statutum est in l. 2. C. de rescind. vendit. sed nec de hoc vllum verbũ est in illo textu, sed absolutè disponit, quod diuisio reformetur, & reducatur ad æqualitatem, vt probatur in textu ibi; & quod inæqualiter factũ esse constiterit in melius reformabitur. Et licet Bald. ibi senserit, quod in casu illius legis libellus debet concludere dando electionem reo, vt si velit suppleat iustum pretium, vel faciat rescissionem diuisionis: hoc etiam est diuinatio, quia textus hoc non dicit, & contrarium tenent Petrus, & Cynus ibi apertè concludentes, non audiri tunc reũ conuentum, qui in pecunia supplere, vel satisfacere velit; sed præcisè teneri in rebus ipsis diuisis, quod iterùm fiat diuisio: & hoc etiam tenent Alberic. & Fulgos. ibi, & Faber.

Tertiò fundatur hæc conclusio euidētissima ratione: nam qui vendit, animũ, & consensum habet vēdendi, & alienādi rem suam, idcircò contrauenire non potest, nisi vltra dimidiam iusti pretij grauaretur; sed qui diuisionem facit, nõ habet animum vendendi rem suam; sed diuidendi, & æqualem portionem pro iure suo in eisdem bonis consequi: ita declarant prædicti DD. Cynus, Petr. & Faber. In d. l. maioribus, rationem addētes, quare non habeat locum ibi supplere iustum pretium; sed quod reus præcisè teneatur ad rescissionē, & reformationē dictæ diuisionis perperam factæ, & sic euidenter sentiunt remedium illius legis, non esse idem, quod est in l. 2. C. de rescind. vendit. Tansi teneo pro constanti, quod etsi non interueniat læsio vltra dimidiam iusti pretij in casu illius legis, sino que haya agrauio notable en la dicha particion, quod relinquitur arbitrio Iudicis, que se ha deshazer el agrauio, quia perperam facta est, vt probat ille tex. in d. l. maioribus in fine ibi; & quod inæqualiter gestum esse constiterit, in melius reformabitur, maximè si aliquid perperam factum in ea inuenitur. Hucusque author ille, qui eandem opinionem commendat *quæst. sequēti num.* 14. & pro ea esse decisionem Senatus Dolani in terminis, quam refert *Griuell. decis.* 127. dicebat vnus ex dominis Collegis.

Quod si nõ ita indistinctè in quacũcunque graui læsione, & grauamine
hoc accipiendũ esset, iuxta id quod præfati *DD.* sentiũt, id tamē effugere ne-
5 mo sanæ mentis poterit, quod vel saltem ea læsio ad id sufficiens sit, quæ ascendat ad sextam partem pretij totius rei diuisæ, prout deduxisse videtur *Bart. in l. societatē §. arbitrorum nu. 25. ff. pro socio. Panorm. in cap. quintauallis num. 23. de iureiurando, Hector Felicius in tract. de societ.* eamque opinionem lege Regia Lusitaniæ esse comprobatam, refert *Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 1. num. 3. C. de rescind. vendit.*

Quam conclusionem ampliandam esse dicebatur, vt procedat etiam si laudo à partibus emologato diuisio facta confirmata fuerit: licet enim ex tali diuisione dominium translatum fuisset, prout in casu nostro: attamen docto de errore diuisio rescinditur, *Menoch. cons. 31. num. 58. & 62. per textum in l. si soror in fine C. de collat.* & etiam si facta fuerit à
7 Iudice, quia sententia ob errorem etiam iuris retractatur, *Corneus cons. 58. vltim. colum. vers. nam etsi ex causa Dec. cons. 523. num. 11. lib. 2. Menoch. cons. 91. nu. 59.* Item ampliatur etiam si in instrumento diuisionis appositũ
8 fuisset iuramentũ, quia tale iuramētũ

esset

esset assertoriū de preterito, vt quasi iuratū omnia & singula esse vera, cognito esse falsa, & sic detecto periurio nō obligat, *Cynus in l. 1. C. de Sacros. Eccl. Bar. in l. cū quis decedēs §. Titio ff. de lega. 1.* q a ea facilitate, qua ex causa erronea facta fuit diuisio, eadem etiā
9 facilitate censetur appositum iuramentum, & vbi erratur ibi non est consensus, *l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. iudic. Ruin. conf.* 158. *nu.* 23. *lib.* 2.

Rursus ampliatur non solum diui-
10 sionem per errorem factam retractari debere, verum etiam si non congruè facta fuerit, vt quia cuique habenti communionem debita portio assignata nō sit, prout in casu nostro, per *text. in d. l. si soror C. de collat. & in d. l.* 3. *C. commun. vtriusque iudic.* falsa enim causa, & error annullant diuisionem, *Menoch. conf.* 9. *n.* 18.
11 *lib.* 1. Tantò magis quando vni plus, quàm alteri assignatum fuit si in tali assignatione dolus interuenerit, proculdubio diuisio rescindenda erit, quia bonæ fidei iudicijs dolus penitus contrarius erit, prout habetur *in d. l.* 3. *& ibi Bart. C. commun. vtriusque iudic. Menoch. conf.* 77. *sub num.* 86. *lib.* 1. vbi loquitur de assignatione dolosè facta, *& Surd. conf.* 382. *num.* 51. *& sequent. lib.* 3. dicit non valere diui-
12 sionem fraudulenter factam, quia dolus delictum continet, *l.* 1. §. *nunc tractemus vers. planè ff. de tutel. & ra-*
13 *tion. dist.* & talis dolus coniecturis probatur, *l. dolum C. de dolo*, & qui nō
14 facit ea, ad quæ scit se teneri, in dolo est, *l. dolus ff. mandati, Roman. conf.* 191. *num.* 3.

Pro parte verò eius, qui electionē
15 habuit videbatur dicendum, quod *textus in d. l. maioribus*, cum loquatur de bonæ fidei iudicijs, necessariò intelligendus est de ea diuisione, quę non dum per traditionem partium, vel per sollemnem stipulationem suū effectum sortita est. Nàm sequuta traditione, impletoque contractu, nulla iam actio superesse potest ex diuisione inter cōdiuisores, quæ bonæ fidei sit, sola enim vendicatio eis competit, cum eius rei, quàm penès se habet vnusquisque ex diuisione dominium nactus sit, *l.* 2. *C. commun. vtriusque iudic.* stipulatione verò in-
16 terposita nascitur quidem actio ex stipulatu, quæ stricti iuris est, non bonæ fidei, *l. quidquid* 99. *ff. de verbor. obligat. l. videamus* 78. §. *si actionem de vsur.* Non igitur potest de alio iudicio bonæ fidei intelligi ille *textus*, nisi familiæ herciscūdæ, vel commu-
17 ni diuidundo. At his iudicijs agi non potest aliter, quàm si corpora maneant communia, *l. familiæ ff. com-*
18 *mun. diuid.* & cum hęc non possint videri communia postquam per diuisionem possessionis dominiū quoque diuisū est, *d. l.* 2. *C. eod.* Ergò necessariò fatendum est eam legem intelligendam esse de diuisione huiusmodi, quæ steterit in finibus nudæ conuentionis, non dum stipulatione, aut traditione effectum sortita, quidquid in cōtrarium arguat *nouissimus Ioannnes Deckherus decis. Belgij lib.* 2. *dissertione* 2. *num.* 40. *&* 41.

Dicet argutè aliquis, si hæc vera sunt, necessaria non est dispositio *d. l. maioribus*, eòquod ex illa simplici, & nuda conuentione nullus alius effe-
19 ctus oritur ad actionem informandam, quàm ex alio quolibet pacto nudo, quod præcipuum est in huiusmodi diuisionis contractu, *l. diuisionis placitum* 45. *ff. de pact. l. cum proponas* 21. *C. eodem.*
20 Sed aptissimè respondet subtilissimus *Ant. Faber. de error. prag. dec.* 8. *error.* 1. *num.* 17. *&* 18. cuius est totus hic infallibilis discursus, quod ex illius textus dispositione id effici-

tur,

tur, vt non modo si is, qui à condiuisore per fraudem, vel dolum circūcumuentus fuit, conueniatur iudicio communi diuidundo ad diuisionem cōuento modo faciendam; tutus sit; sed etiam quod notabiliùs est, si ille ipse, qui circumuentus est agat communi diuidundo, tāquam rebus omnibus adhuc in communione retentis. Aduersario enim excipienti de pacto diuisionis, replicatio doli obijcietur, quæ bonæ fidei iudicium facit, commentumque fraudis repellit, *l. aduersus C. de exception.* Quod in cæteris bonæ fidei contractibus, qui nudo consensu perficiuntur, diuersū est, in quibus traditio non est necessaria, vt contractus perfectus videatur. Hæc sunt quę considerat *maximus ille Iurisconsultus Ant. Fab.* non nulla alia tàm vera, quàm iucunda ad exornationem *tex. in d. l. maioribus* congerens, quæ attentè videnda sunt; nàm alibi non inueniuntur, *& si Tiraquel. de iur. primog. quæst. 60. num.* 18. id quoque sensisse videtur dum ait, post taliter factam diuisionē, posse eum, cui electio competit non eligere; sed petere rem aliter diuidi, si diuisio fraudulenta facta sit ex dispositione *tex. in d. l. maioribus*, ergo sentit beneficium illius legis competere ante perfectum per stipulationē, siue traditionem diuisionis contractum; sed expressius hoc pacto eam l. nouissimè intellexit *Griuell. dec. Dolan.* 127. *num.* 3 22. *&* 23.

21 Inde effectum est, quod idem author subtili suo calamo defendit dispositionem *l. 2. C. de rescind. vendit.* non habere locum in contractu diuisionis, eoquod inter ipsum, & venditionis contractum maximum est discrimen; quare vēditori, siue emptori non etiam condiuisori (si tamen absit dolus, vel fraus) succurratur. Ratio enim quare moti fuerunt *Imperatores in d. l. 2.* ad sic statuendum, vt læso vltra dimidiam succurratur ea quidē est, quod contrahentes eo prætextu, quod in hoc conuentionis genere liceat se inuicem in pretio decipere, ea licentia passim abuterentur, maximè in venditorum perniciem, qui plerumque rei familiaris necessitate adstricti, ad vendendum vilissimo pretio adiguntur. Vnde subdit *Fab. decad.* 8. *error.* 6. *circa finem* iunctis traditis *d. error.* 1. *num.* 28. *&* 29. *Nec tamen consequens esse, vt cæteris contractibus, qui hac parte venditione fauorabiliores sunt, idem beneficium hodie dari debeat, idest, vt secuto quoque implemento ex vtraque parte, atque ita extincto iudicio bonæ fidei succurramus ei, qui læsus fuit, nec si vltra dimidiam iusti pretij læsus sit, quia est, quod ei imputetur, nō quod ita contraxerit; sed cur cōtractū tāta læsionis iniquitate laborātē, vltrò impleuerit, nec potius curauerit, vt ad æquitatē, reduceretur, & in melius reformaretur, cū ipsius iudicij æquitate, & potestate id assequi posset. quod ipsū quoniā vēditori imputari nō pōt, cui scilicet ius antiquū nullo modo succurrit mirū nō est, si lex noua ei subueniat, tùm etiā cū impleuerit cōtractū, perinde ac si non impleuisset*, hæc ipse.

22 Quod si sequi velimus magis communem sententiam, dicendum erit, remedium *d. l.* habere locum etiam in contractu diuisionis, & proinde ad ipsum rescindendum non aliam sufficere, nisi eam, quæ trascendat dimidiam iusti valoris totius rei diuisæ: Ita namque tenet *glos. & Bald. in d. l. maioribus C. commun. vtriusq. iudic. & rursus cons.* 72. *num.* 2. *lib.* 2. *Tiraquell. de iur. primog. quæst.* 17. *nu.* 98. *Maran. cons.* 119. *nu.* 52. *Cagnol. in d. l.* 2. *nu.* 59. *de rescinden. vendit.* & tradit eruditè *Valasc. in tract. de partition. cap.* 39. *nu.* 8. *& sequitur Franc. Nig. Cyriac. to.* 2. *cōtrouer. forens. controuers.* 325. *nu.* 24.

Mattienz.

*Mattienz.ad l.1.tit.11.lib.5.recopilat. ll.Castellæ glos.8. num.3. & inibi Azeued.Barbos.in collect.ad textum in cap. cum dilecti nu.13.de empt. & vendit. Roderiq.de ann.reddit.lib.1.quæst.11. nu.33.in fine Hieronym. Ceuall. pract. quæst.comm.contr.com. quæst.536.nu.*25.& videtur tenere, licet non fuerit decisum, *Vinc.de Franch.decis.675.& Senat.Sabaudiensis* eam opinionem vti frequentiorem sequutus est in casu relato *in Codic.Fabrian.lib.3.tit. commun.vtriusque iudic.*taliter conciliando eam cum opinione Gallorũ Pragmaticorũ,vt f.si tractetur de rescindẽ-
23 da diuisione facta inter fratres, sufficiat læsio notabilis, inter alios autem non nisi vltra dimidiam: & secundũ hanc distinctionem intelligendus est *Griuell.d.decis.Dolan.127.nu.22.* dum concludit, quod si maior intra quatriennium à die diuisionis dicat se læsum, non est audiendus, nisi læsio sit vltra trientem, quoniam in specie per eum proposita diuisio erat facta inter fratres.

24 Contrariam verò sententiam vt saluaret *Valasc.loco cit.num.*10. dicit, eam procedere, quoties diuisio fit mediãtibus Arbitris,vel via iudiciali, nam tunc sufficit læsio in sexta tantũ parte:& in his terminis loquitur *Ayora* superius pro contraria parte citatus: cùm verò agitur ex partium conuentione requiri vltra dimidiam, quam distinctionem sequitur etiam *Frãc.Niger.Cyriac.loco supra cit.n.*28.

At quæ verior partium conuen-
25 tio, quàm vbi diuisio fit inter maiores per electionem, aut per sortem? qui modi diuidendi æquiparantur,& in his terminis nullatenus habere locum *text.in d.l.maioribus* probat doctiss. *Antonius Faber de error.pragm.d. decad.*8. *error.*2. eoquod *tex.* ille supponat dolum, vel vim interuenisse,
26 quod prorsus alienum est ab ea diuisione, quæ fit vno diuidente, & altero eligente. Vnde inquit ipse. *At verò quis credat eum, qui portiones constituit, vt cõdiuisor haberet electionem, ea mente fuisse, vt socium circumscriberet, aut non potius sibi ipsi fraudem faceret qui in condiuisoris arbitrio relinqueret, vt eam portionem eligeret, quæ multò amplior esset? è contra quis eum audiat, si se dicat circumuentum ab alio, qui eligit, & eligendo non nisi iure suo vsus est? an hoc ipso fraudem, & turpitudinem suã patefaciat, si dicat inæquales à se factas portiones, & conqueratur, quod socius cui electionẽ dederat, elegerit meliorem; quid enim aliud expectare potuerat? an fortasse, vt qui electionem habeat eligeret eam partem, quæ esset minoris æstimationis, meliorem vero haberet ipse, qui portiones fecisset? at qui nõ potest hoc fieri sine dolo malo? Denique tritum est nunquam audiendũ esse eum, qui petat cuius contrarium non fuerat in inuentum contractum postulaturus, l. penul.C.de euict. electione. igitur facta melioris, & amplioris portionis, non potest conqueri, qui electionẽ dedit, cum si socius deteriorem eligisset, non conquæreretur.*

Idque ipsum confirmat mirificè *Franc. Niger Cyriac. dicta controuers.*325.*nu.*26.& 27. quod vbi quilibet ex condiuisoribus acceptauerit partem suam cum oneribus eidem assignatis, non potest dici læsus: nam si damnum sentit, hoc euenit ipsius culpa, & facto, quod alij imputari nõ debet, *cap.damnum* 86. *de regul. iur. in* 6.*Surd.decis.*62.*num.*8. Rursus cum quis læditur per diuisionem factam per electionem, siue per sortes, di-
27 citur lędi ex euentu dubio, qui sicut se habuit ad damnum, poterat se habere ad lucrum,& hoc casu non dicitur læsus, vt probat *textus in l.si iactum retis de action. empt.* & esse ad hoc nonnulla alia iura, & *DD.* authorita-

thoritates refert idem *Cyriac. loco cit.* & facit pro supradictorum confirmatione regula *textus in l. non videtur C. de in integr. restit.* per quem tradit
28 *Morquecho*, loco superius citato *numer.* 37. quod nec etiam minor restituitur aduersus diuisionem per sortes factam, quod antea docuit *Bald. in l. ait Prætor* §. *final. de minor. Tiraquel. de iur. primogen. quæst.* 17. *num.* 96. *Sfort. Od. de in integr. restitut. par.* 2. *quæst.* 66. *numer.* 27. nisi tamen læsio enormis admodum, & excessiua sit, prout decreuit Sacrum Consilium *teste Gizzarell. decisio.* 57. *in nouiss. impress.*

Verùm enimuerò etsi ex suprà re-
29 latis rationibus id probare intendat *Antonius Faber*, nihilominus Senatus Sabaudiēsis in eadem causa propositā, & per eundem relata *in supracitata definitione tertia* decreuit, restituendum esse eum qui optionem dedit aduersus diuisionem taliter factam, si læsum se probet vltra dimidiam, prout videre est *in C. Fabrian. d. tit. comm. vtriusq. iudic. definit.* 5.

Die 23. Nouembris 1630. referente *Magnifico D. Don Ioseph. de Herrera nobiliss. no Hispano Iudice ipsius Mag. Cur. Vicariæ* fuit iudicatum iunctis Aulis, læsionem ex qua posset rescindi contractus diuisionis factus inter extraneos, non quamlibet sufficere, sed quæ sit vltra dimidiam iusti pretij rei diuisæ, & proinde absolutus conuentus.

SVMMARIVM.

1 *Adulterij iniuria præcipuè irrogatur viro.*
2 *Accusare potest is, qui suam vel suorū iniuriam prosequitur.*
3 *Mulier ad accusandum non admittitur, nisi vbi non est idoneor accusator*
4 *.. vel ad quem magis principaliter spectet.*
5 *.. vel vbi is fuisset negligens.*
6 Reg. text. in l. 1. C. de adult. *quando procedat.*
7 *Violentia alterat speciem delicti.*
8 *.. illata meretrici punitur in Regno pœna vltimi supplicij.*
9 *Vxor per uim adulterata non amittit dotem, & ante nuptialem donationem.*
10 *Mulier potest accusare, vbicumque iniuria ei infertur.*
11 Textus in l. 1. C. de adulter. *non procedit, ubi mulier uult maritum accusare ex generali capite iniuriarum.*
12 *Mulier admittitur ad accusandum, ubi suam uel suorum iniuriam prosequitur.*
13 Textus in l. si maritus §. lex Iulia de adulter. *expenditur.*
14 Carauit. ad rit. 191 num. 8. *declaratur.*
15 *Mulier certis casibus potest maritum de adulterio accusare.*
16 Tet. in l. 1. C. de adulter. *non procedit de iure canonico.*

Adulterij accusationem competere etiam mulieri per vim compressæ contra adulterum.

CAPVT LVIII.

Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem, quamuis de matrimonio suo violato quæri velint, inquiunt *Im-*
1 *peratores Seuerus, & Antoninus in l.* 1. *C. de adulter.* & iure quidem: eo quod

iniuria, quæ ex adultero concubitu oritur, principaliter marito irrogatur, idcirco ipsum inprimis genialis tori vindicem esse oportet ait *textus in l. quamuis lasecond a 2. inprimis C. eod. tit.* nàm defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est inquit *Consultus in l. 2. ff. de iniur, ubi notant DD. quos refert Farinac. de uar. ac diuers. crimin. quæst. 105. num. 274.* & ita decisum testatur *Vrsill. ad Afflict. decis. 176. in fine num. 4.* Hinc fit, vt etsi regulariter vnusquisque ad ac-
2 cusandum admittatur, qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur, *ad text. in l. de crimine C. qui accus. non poss.* & in Regno est prouisum per *Rit. Magnæ Curię Curię 191.* id tamen non permittitur mulieri in crimine adulterij, vt docet *glos. in d. l. 1. uerb. publico iudicio.*

Quin potius etiam in his crimini-
3 bus, in quibus mulieres ad accusandum admittuntur, id non eis licet, nisi vbi non est alius idoneior, qui iniuriam prosequatur, vt dicit *glos. in l. Senatusconsulto per illum textum C. qui accus. non poss. & Odofred. ibidem, & Bart. in l. uxor tua C. eodem tit.* quod mulier potest accusare vbi
4 suam, vel suorum iniuriam prosequitur, nisi sit alius, ad quem magis principaliter spectet, eum sequitur *Bald. in d. l. Senatusconsulto, & in Rubr. C. qui accus. non poss. col. 2. cum*
5 *alijs relatis per Vincent. de Franch. decis. 382. num. 4. & sequent.* vel vbi is, ad quem principaliter spectat, negligens fuisset, vt notat *glos. in d. l. Senatus Consulto.* Ex quibus petierat Thomas de Stephano Baro Siciliorum in Mag. C. V. gaudere beneficio Regij generalis indultus publicati ordine Inuictissimi Regis nostri in anno 1630. ob felicissimum ortum Serenissimi PHILIPPI PRINCIPIS HISPANIARVM (quem Deus incolumem seruet ad Reipublicæ Catholicæ bonum) non obstante quærela contra eum exposita per N. honestam mulierem ab ipso per vim adulterio compressam, supponendo ad eam non pertinere ius accusandi de adulterio. Sed M. C. V. iudicauit legitimè contra eum fuisse expositam quærelam, ideòque indigere ipsius mulieris remissione ad obtinendum petitum regale beneficium,
6 mota ex his: nàm *regula textus in d. L. prima C. de adulter.* procedit vbi vxor vult maritum de adulterio accusare: hoc etenim casu constitutum est, non esse ei permittendum, quia verè iniuria non fit vxori per viri concubitum, sicut viro per vxoris adulterium (licet dura videatur inæqualitas hęc *Diuo Augustino in libr. de verb. Apostol serm. 4.*) sic docet *glos. ibidem, Bald. & cæteri omnes,* nemine dissentiente, & rationem tradit, *Franc. Marc. decis. 514. nu. 16. & sequentibus, Berous in cap. 1. numer. 39. de accusatio. Baiard. ad Clar. in §. adulterium numer. 18. cum alijs relatis per Farinac. dicta quæst. 131. numer. 104. latè Gratian. discep. forens. tomo primo capit. 35. num. 21. & seq.*

Item quoties mulier per vim adul-
7 terata est non dicitur simplex adulterium, quia violentia alterat delicti speciem, & nonnunquam facit, vt grauiter coerceatur id, quod aliàs esset impunibile. Exemplum habemus in *Constitutione Regni omnes nostri sub titulo de violentia me-*
8 *retricibus illata* vbi pœna vltimi supplicij afficitur is, qui per vim meretricem cognouit, cum tamen certum sit accessum ad eam, quæ corporis sui quęstum facit, non esse regulariter punibile. Ideò *Andr. in eadem Constit.* rectè docuit in hac parte multũ defecisse Iurecõsultos, qui impunitã relin-

queruut

querunt violentiam meretricibus il-
latam, vt *in l. verum in principio de*
de furt. subditque. *Sed non propterea*
debuerunt violentiam non punire, quam
in rebus punierunt, etiam si ius habet,
nam per Iudicem debetur sibi ius: non
enim vis est solùm, quando homines
vulnerantur ff. quod met. causa
l. extat.

Hinc rectè consuluit *Abbas cons. 4.*
9 *volum. 1.* quod licet regulariter v-
xor adultera omni iure amittat do-
tem, & donationem propter nuptias,
ad text. in cap. plerumque de donat in-
ter, & in l. cum mulier ff. solut. matri-
mon. & est communis opinio, de qua
testatur *Bald. nouell. de dote parte*
11. §. hactenus num. 36. Couar. Vi-
uius, Villalob. & cęteri relati per
Clar. in §. adulterium num. 15. Fari-
nac. de delict. carn. quęst. 132. num. 1.
& sequent. vbi latè *Vincent. de Franch.*
decis. 184. cum alijs relatis per *Ricc.*
collect. 2309. Thesaur. decis. 130. Ro-
ta Roman. decis. 135. inter 372. deci-
siones collectas per Farinac. id tamen
non procedit vbi per vim compres-
sa fuit, eoquod adulterij pęnam non
incurrit, qui coactè illum commisit,
cap. proposito 32. quęst. 5. Menoch. de
arbitr. cas. 354. nu. 9. Baiard. ad Clar.
d. §. adulterium num. 100. & multos
cumulat *Farinac. quęst. 131. num. 95.*

Cùm ergò vis vxori infertur, non
est cur ab accusando vim inferentem
10 repellatur: quod quidem ei permit-
titur etiam circumscripta adulterij
qualitate, vbicunque ipsi principali-
ter, vel in consequentiam iniuria fit,
vt perbellè notat *Ioannes Faber in*
§. patitur num. 4. instit. de iniur. vbi
Aret num. 1. & sequitur Farinac. d. q.
105. num. 275. dicens sic limitari di-
spositionem *tex. in d. l. 2. ff. de iniur.*

Imò *Bal. in d. l. 1. C. ad l. Iul. de adul.*
11 *nu. 3.* tenet, quod *tex.* ille prohibens
vxori virum de adulterio accusare,
procederet vbi vellet agere ad pęnã
l. Iuliæ, secus tamen si accusare velit
ex generali capite iniuriarum: quo
casu ei non est denegandum, quia
sine dubio ei irrogatur iniuria ex viri
adulterio refert *Farinac. dicta quęst.*
131. num. 106. de cuius dicti veritate
vide *Valasc. consultat. 29 num. 12.*

12 Admittitur ergò mulier ad suam,
vel suorum iniuriam prosequendam,
ad text. in l. sororem C. de his quib. vt
indig. l. prima C. de his qui se defer. l. si
fœmina C. ad Turpill. l. hi tamen ff. de
accusat. d. l. Senatusconsulto C. qui ac-
cus. non poss. cum alijs concordant. &
DD. authoritatibus relatis per Farin.
de accus. quęst. 12. num. 16. qui om-
nes dicunt esse communem, & indu-
bitatam opinionem, eamque in Re-
gno talem existimo per *Ritum prædi-*
ctum 191. vbi Carauit. solertissimus
ipsorum explicator *nu. 8. ait, Et ideò*
ego teneo, quod mulieres præsertim in
hoc Regno admitti debent ad querelan-
dum omni tempore, & casu, quo suam,
vel suorum iniuriam prosequuntur, etiã
stantibus masculis, & eis non explora-
tis, nec in mora constitutis.

13 Confirmantur hæc notabiliter in
propria materia *ex textu in l. si ma-*
ritus §. lex Iulia ff ad l. Iuliam de
adulter. in quo regulariter propo-
nitur, quod etsi nonnullis personis
specialiter prohibitum sit de adul-
terio accusare, id eis obijci non
potest, vbi suam iniuriam vindica-
14 uerint. Ex quo cessat considera-
tio facta per *Carauit. ad dictũ ritum*
191. numer. 9. quod scilicet mulier
non admittatur vbi viuentis velit in-
iuriam prosequi, nàm id posset pro-
cedere quando iniuria non est sibi
principaliter illata, & per conse-
quens non suam, sed suorum prose-
quitur.

Hinc descēdit id, quod singulari-
ter ponere *Sali.* refert *Aug. ad Ang. in*

15 *tract. de malefic. verb. ebe m'hai adulterato verſ. quaero quia video*, vt ſcilicet licitum ſit vxori etiam maritum ſuum criminaliter de adulterio accuſare, quando ſuam proſequitur iniuriam, vtpotè quia maritus carnaliter cognouit vxorem filij ſui, quem habuit ex alio coniugio, vel vxorem ſui fratris, quæ eſt pulchra limitatio *ad textum in dicta l. 1. C. de*
16 *adulter.* refert *Baiard. ad Clar. lib. 5. §. adulterium numer.* 18. eiuſque diſpoſitionem nec etiam procedere de iure Canonico, quo mulier poteſt etiam criminaliter virum ſuum de adulterio accuſare, docet *Specul. in titul. de adulter. num.* 15. *per textum in cap. gaudemus* §. 1. *de diuort. & in cap. ſi quis vxorem* 22. *quæſt.* 1. *notat Farinac. d. quæſt.* 131. *nu.* 105.

Ex his fuit per Mag. Cur. Vic. excluſus prędictus Baro à beneficio generalis abolitionis, idque confirmatum per Sacrum Conſilium die 24. Martij 1632. in Aula Conſiliarij de Piccolellis.

SVMMARIVM.

1 D*Iſpoſitio* text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. *ſingularis eſt, & egregia.*

2 *Donatio facta alicui vt poſt certum tempus rem reſtituat Eccleſiæ reuocari poteſt ſecundum* Bartolum, *ſed contra num.* 5.

3 .. *vbi non eſt ſimplex, & pura tranſit in ſpeciem contractus innominati.*

4 *Pænitentia habet locum in contractibus innominatis.*

6 *Actio ſemel mihi quæſita me inuito auferri non poteſt.*

7 *Pactum de non petendo factum debitori non poteſt reuocari in præiudicium fideiuſſoris.*

8 *Ius quæſitum patri ex contractu filij nō poteſt ab eo auferri ipſo inuito.*

9 *Mulier, quæ hoc pacto dotem dedit vt poſt eius mortē reſtituatur fratri, non poteſt de ea diſponere, nec in vita, nec in morte in pręiudicium ipſius.*

10 *Ius quæſitum tertio re, vel ſpe vigore contractus per diſpoſitionē legalem non poteſt remitti in ipſius præiudicium.*

11 *Donatio quatenus donatio eſt, nec nominatus eſt contractus, neque innominatus.*

12 .. *non poteſt obligationem producere.*

13 .. *quæ admixtam habet cauſam, ſiue negotium accedit ad naturam cōtractus innominati.*

14 *Donare plus eſt quam dare.*

15 *Donatario legem ſibi in donatione impoſitam non adimplente, ſuccurritur donatori conditione ex lege.*

16 *Pęnitentiæ in donatione ob cauſā facta locus non eſt, ſecus in cæteris contractibus innominatis, & de ratione.*

17 Textus in d. l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. *nouum ius induxit.*

18 *Donationes ſine traditione, vel ſtipulatione valida erant iure digeſtorum.*

19 Tex. in l. ſi quis argentum §. fin. C. de donat. *vetus ius abrogauit.*

20 *Donatarius ſecundus vtilem actionem tantūmodò exercere poteſt* ex l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. *cōtra primum donatarium, non etiam contra donatorem.*

21 *Donationes duæ ſunt in ſpecie* l. quoties C. de donat. quæ ſub mod.

22 .. *perfecta reuocationem non admittūt*

23 Couarruuiæ diſtinctio var. reſol. lib. 1. c. 14. n. 13. verſ. tertio eſt conſiderandum *non eſt neceſſaria.*

24 *Acceptatio, ſeu ratihabitio donatarij nō eſt neceſſaria in ſpecie* legis quoties C. de donat. quæ ſub mod.

25 *Stipulatio Notarij non eſt neceſſaria in* ſpecie dictæ l. quoties.

26 *Actio quæſita ſecundo donatario in* ſpecie d. l. quoties *reuocari non poteſt.*

27 *Do-*

Vtilem actionem secundo donatario quæsitam benigna illa diuorum Principum interpretatione de qua in l. quoties C. de donat. quæ sub modo, irreuocabilem esse contra Bartolum noua dilucidatione ostenditur.

CAPVT LIX.



1 Vexantur mirè admodũ iuris Interpretũ ingenia circa intellectum Cæsariæ constitutionis de qua *in l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* quam merito singularẽ, & egregiam appellarũt vtpotè, quæ sub paucorum verborũ structura multas concipit quæstiones, easq; difficilissimas. Dum enim adstruunt inibi *Cæsares* regulam, quod ex pacto inter donantẽ, & donatarium inito, secundo donatario acquiratur vtilis actio: ex ea inferunt *Nostrates* ad quærendum. Vtrum hæc personalis tantummodo sit an in rem scripta? Item an acquiratur secundo donatario sine vlla stipulatione, an verò necesse sit, vt donator ipse, Notarius, siue extraneus quilibet pro eo absente stipuletur? Et rursus vtrum integrũ sit donatori pœnitere, siue vt *Nostrates* loquuntur, pactum illud gestum cum primo donatario, vt scilicet post certũ tempus res donata restituatur secundo, licitum sit reuocare in ipsius secundi præiudicium? Et tandem si hoc licet, quo tempore ante, vel post restitutionem eidem factam, vel saltem post ipsius acceptationem?

Ego sanè totã hanc prolixã tractationẽ, quã ipsi faciũt, ad eas tantummodo quęstiones reduci existimo, an scilicet possit pactum reuocari? Et an vtilis illa actio sit personalis, vel realis? de his fuit actum in M.C.V. inter Ioannem Iaquintum, & Victoriã Marchettã, nosq; pro viribus vtramque examinabimus in præcedenti, & subsequenti capite.

Quoad Primum *Bart.* ante alios *in l. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes de verb. oblig.* quæstionem proponit de eo, qui rẽ alicui donauit vt post certum tempus eadem sit Ecclesiæ, vtrũ donator possit talem legem reuocare, & concludit posse: idque probari ex *tex. expresso in l. 3. ff. de seru. exportand.* qui loquitur in fortioribus terminis, scilicet in pacto quæsito tertio fauore libertatis, & tamen requiritur ibi perseuerantia voluntatis, vt pactũ locum habeat; & rursus in *l. 3. ff. qui sine manumiss. ad libert. peruen.* ibi, *viuente venditore, & perseuerante in eadem voluntate.* Itidem in *l. si pecuniam §. si seruum*, ibi, *si pœnituerit eum qui tradiderit, de condict. cauſ. dat.* & tandẽ ex *tex. in l. 1. C. si mancip. ita fuer. alienat. vt manumitt.*

Et

Et confirmatur *Bartoli* sententia, 3 ex eo quod vbi donatio simplex, & pura nõ est, sed admixtum habet negotium, quod obligationem producat, transit in speciem contractus, sed tamen innominati, scilicet do vt des; at in his certũ est habere locum pœ-
4 nitentiam ad *tex. in l. 3. §. idem erit, & in d. l. si pecuniã §. si seruũ de cond. caus. dat. glos. in l. Aristo, verb. quia donatio de donat. vbi Bart. Ias. in d. l. qui Romæ §. Flauius Hermes num. 15. de verbor. oblig.* quibus, & alijs fundamentis cũ *Bartolo* sentiunt *Bald. cons. 377. lib. 5.* quẽ allegat *Alex. ad Bart. in d. §. Flauius Hermes*, & sequitur *Ias. ibid. n. 14. & 15.* latè *Cagnol. in l. id quod nostrum col. 2. & 4. de regul. iur. Bald. in d. l. 3. de seru. exportand.* vbi loquitur in statuto iurato; & secundum eius opinionem vidisse iudicari dicit *Afflict. in cap. 1. si vasall. feud. priu. num. 9.* & esse veriorem, & magis communem *Iul. Clar. lib. 4. sent. §. donatio quæst. 13. nu. 5.* & sequendam in consulendo, & iudicando *Gregor. Lopez ad l. 7. verb. el otro tit. 4. par. 7. Ant. Gabr.* post plures *commun. opin. lib. 3. tit. de rer. alienat. conclus. 5. nu. 1. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 7. nu. 12. Ludouic. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 74. Ioan Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 52. nu. 6.* & secundum eam iudicasse Senat. Pedamont. refert insignis *Ant. Faber in Codic. Fabrian. tit. de donat. quæ sub mod. definit. 2.* & plures ad id congerit *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 48. nu. 8. & 9. Ripa in l. vlt. num. 220. vers. secundus casus, C. de reuocan. donat. Surd. cons. 150. nu. 102. lib. 1. & cons. 305. nu. 40. lib. 3. & decis. 409. num. 13. Menoch. cons. 270. num. 74. & 75. lib. 3.* cum alijs relatis per *Steph. Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 575. num. 7. Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 8. nu. 31.*

Eamque conclusionem procedere etiam solo donantis consensu pro- ut tenet *Aretin. cons. 74.* quem sequitur *Anton. Gabr. d. concl. 5. nu. 11. vers. contrarium.*

Sed nihilominus negatiuam partẽ
5 nempè talem donationem, siue pactũ in specie *tex. in d. l. quoties*, non posse in præiudicium secundi donatarij reuocari, contra *Bart. eiusque sectatores* tenuerunt *Raphael Cuman.* relatus, & secutus per *Paul. de Castr. in eadem l. qui Romæ §. Flauius Hermes num. 3. de verbor. obligat. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua in addit.* & notat *Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 7 vers. 3. ad idem facit in fine, Bald. in l. cum à socero C. de iure dotium, Gulielm. de Bened. in cap. Raynuntius, verbo si absque liberis il secondo, nu. 23. de testam. Palat. Ruuius in cap. per vestras §. 54. in fin. de donat. inter vir. & vxor. Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus quæst. 8. nu. 1. cum seq. C. de inoffic. testam. & ibi eius additionator Iacob. Valdes.* alios congerit *Dueñas reg. 216. post medium, Gratian. reg. 410. Ferdinand. Vasquez qq. vsufreq. lib. 3. cap. 62. nu. 1. Guttier. in cap. quamuis pactum nu. 60. de pact. in 6. Cauall. commun. contra cõmun. quæst. 249. nu. 2. & 3. Facchin. lib. 8. controu. iur. cap. 89. circa medium, Molin. de Hispanor. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 74. vers. contrariam autem sententiam, Rebuff. in l. quod iussit notab. 1. nu. 33. ff. de re iudic.* cum alijs plena manu congestis per *Ant. Gabr. d. conclus. 5. nu. 1. vers. sed in casu nostro, Stephan. Gratian. d. cap. 575. num. 8. & 9.* vbi asserit omnes supradictos attestari opinionem contra *Bartolum* esse magis communiter receptam, *Fab. de Anna cons. 32. num. 1.* licet ipse nihil audeat firmare, & nouissimè opinionẽ *Paul. de Castr.* acerrime defendit *doctissimus Anton. Gomez ad l. 40. Tauri num. 29. vers. sed his non obstantibus cum seqq.*

Foue-

Foueturq; his rationibus, nam certum est ex dispositione *tex.in d.l.quoties C.de donat.quæ sub mod.* imperiali largitione inductum esse vt ex pacto inito inter donantem, & primum donatariũ quæratur actio secundo donatario cõtra primum, cum quo nullum negotium est gestum; at necesse est hoc fieri irreuocabiliter, eo quod
6 regulare est vt actio mihi semel quæsita me inuito à me auferri nõ possit, ad regulam *tex in l.id quod nostrum de regul.iur.l.sicut C.de action. & oblig. l.de contractu C.de resc ind.vend.t.* cum alijs concordantibus ad id adductis per *Anton.Gomez loc.cit.nu.*30.

Secundo arguit ipse ex *tex.in l.fin.*
7 *ff.de pact.* vbi pactum de non petendo factum debitori non potest reuocari in præiudiciũ fideiussoris, ex quo desumitur, ꝙ ius mihi quæsitũ ex cõtractu, vel pacto alicuius nõ potest mihi auferri, prout sic notãt ibi *DD.* Et cõprobatur ex *tex.in l.si seruus & l.filius*
8 *paciscẽdo C.de pact.* in quibus ius quæsitum patri ex cõtractu filij taliter in eo radicatur, vt nõ possit ab eo auferri. Item ex *tex.* celebri *in l.cũ maritus §.fin.de pact.dotal.* in quo cauetur non
9 posse mulierem, quæ hoc pacto dotẽ dedit, vt post eius mortẽ restituatur fratri, de ea disponere in vita, nec in morte in præiudicium ipsius, quem textum ad hoc dicit esse singularem *Aretin.consf.*24.*col.penult.* & probatur egregiè hæc pars in *l.si constante vers. exceptis C. de donat.ante nupt.* ex qua regulam elicit *Bald.* quod ius quæsitũ
10 tertio re, vel spe vigore contractus per dispositionem legalem non potest remitti in ipsius tertij præiudicium, quẽ *textum*, & alia, quæ tamen minus stringunt, ad hoc põderat *Ant. Gomez loco proximè citato.* Ex quibus cõsequi videtur in proposita difficili quæstione omnino esse contra *Bart.* tenendum pactum in specie *d.l. quoties* non posse in præiudicium secundi donatarij, cui actio illa vtilis fuit quæsita reuocari.

At ego licet in idem consentiam, non tamen possum probare media ex quibus negatiuam hanc partem fundant eam tuentes, & proinde distinctis aliquibus principijs, & rationibus veram esse conclusionem constabit; sed tamen media omnino fallacia, & commentitia.

In primis (quidquid falso existimarunt *Bart. in l. iuris gentium in princ. num.*2.*ff.de pact. Sarmient.lib.*3.*select. cap.*3.*nu.*6.*Padigl.in l.naturalis nu.*5.*de præscript.verb. Mendoz.lib.*1.*disput. iur.ciuil.cap.*4.*num.*28.*Iaf.in d.§.Flauius Hermes num.*12.*Iul. Clar.lib.*4.*sent. §.donatio quæst.*1.*Fab.de Anna*
11 *consf.*32.*num.*9.) donatio, quatenus donatio est, nec nominatus contractus est neque innominatus, etenim nullum negotium admixtum habet.

Quod probatur expresè ex *tex.in l.interdictũ ff.de precar.* in quo postquã *Paulus* scripsit de precarijs merito introductum esse, quod nulla eo nomine iuris ciuilis esset actio, eam subdit rationẽ, quod magis ad donationis, & beneficij, quam ad negotij cõtracti causam spectat præcarij conditio. Ex qua manifestè colligitur donationem ex diametro opponi cõtractui. Ideoque etsi in donatione negotium aliquod permisceatur, obligatio negotij causa non contrahitur, quatenus
12 donatio est, quia hæc duo vt scilicet donatio sit, & obligatio contrahatur, sunt inter se pugnantia, *l. Aristo de donat. & l.si prædia de donat.inter vir. & vxor.* prout mordicus contra supracitatos defendit *doctiss. Anton. Pichar.in rubr.instit.de donat.num.*17.*& rursus in §.actionum quæst.*27.*num.*51.*instit. de action.* sed melius, & euidentius *D.Præs. Ant.Fab. de error.pragm. decad.*45.*error.*8.*nu.*3.*&* 4.

Dico

Dico Secundo veram esse maiorem propositionem illius argumenti, quod ad confirmandam *Bartoli* sententiam supra tradidimus, nempè do-
13 nationem illam, quæ admixtam habet causam, siue negotium prout in specie proposita in *d. l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* accedere ad naturam contractus innominati, do scilicet vt des; sed minor pars, quod sit in ea locus pœnitentiæ, & reuocationi, prout in contractibus ipsis, hæc non est secura. Donare enim plus est quā
14 dare; ideòque qui tibi donat, vt aliquid facias, plus facit quā qui donat simpliciter vt des; qui enim donat hac lege adiecta, vt aliquid à donatario fiat, duplicē habet donandi causam, præsentem vnam, futuram alteram; præsens est liberalitas donatoris: futura pendet ex facto, & voluntate donatarij. Fit ergo vt quemad-
15 modum si donatarius legem sibi impositam adimplere noluerit, competit donatori cōdictio, ex *d l. 2. 3. & 8. C. de cōd. ob caus.* etenim ex sola liberalitate non donasset nisi certa illa lege imposita. Ita è contra si donatarius paratus sit legē donationis implere, non est permittendum donatori, vt condicat, quia subest adhuc præsens causa etiam impleta, scilicet liberalitas donatoris, quæ iam suum effectum sortita est ex donatione ipsa iam perfecta, tum ex sola donantis voluntate, cum etiam ex quo donatarius paratus est implere causam donationis. At vbi nulla interuenit donationis causa, vel vt clarius loquar, liberalitatis vinculū, ex quo cōdictio impediatur, & proinde nulla præsens subsistat causa, non est sufficiens causa futura, quæ non dum impleta est vt condictio, pœnitentia, siue reuocatio impediatur, ita subtiliter suo more discurrit *Ant. Faber d. decad. 45. error. 9. nu. 2.* dicens hanc esse
16 specialem rationem, cur scilicet in donatione ob causam facta locus nō sit pœnitentię, cum secus sit in cœteris contractibus innominatis. Vnde infertur nō esse securam argumentationem illam, donatio ob causam accedit ad naturam cōtractus innominati: ergo in ea habet locum pœnitentia.

Dico Tertio, veteri iuris rigore inspecto ex ea donatione, quæ ita fit vt post certum tempus res alteri tradatur, nullam illi tertio competere actionem, nec contra donantem, eo quod donatarij stipulatione non poterat actio eidem quæri repugnantibus iuris vulgatis regulis, alteri per alterum stipulari non posse. Nec quidem contra donatariū, cum quo nullum tertius ille negotiū gesserat: do-
17 nec benigna illa iuris interpretatione *Diui Principes* magis attendendo donatoris voluntatem, quam iuris rigorem, vtilem permiserunt tertio illi exercere actionem contra donatariū ipsum, prout claris verbis disserunt *ijdem in d. l. 3. C. de donat. quæ sub mod.*

Sed quia donationes huiusmodi
18 quatenus à traditione, vel stipulatione robur accipere deberēt veteri iure inspecto, *l. in ædibus §. fin. ff. de donat. l. Senatus §. donatio, de cons. t. caus. mor.* vide bar tur à propria donationū natura recedere, cum posset donator non tradendo eludere donatarium, *Diuus Iustinianus* in famigerata illa *constitutione* relata in *l. si quis argen-*
19 *t. m §. fin. C. de donat.* vetus ius abrogauit, & reiecta stipulationis, siue traditionis necessitate ad perficiendam donationem, solum donatoris cōsensum, & voluntatem necessariam esse voluit, ibi, *cum enim in arbitrio cuiuscumq; sit hoc facere, quod instituit: oportet eum, vel minime ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibusdam excogitatis artibus suum propo-*

propositum defraudare, tantamque in- deuotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere.

Qua quidem *Iustiniani constitutione* longius, & commodius consultum est tertio illo, siue secundo donatario, quam ex *dicta l. quoties*. Etenim actione illa vtili ad eius beneficium introducta tantum experiri potest vi-
20 gore *d. l. quoties* contra primum donatarium, non etiam contra donatorem; at ex *d. l. si quis argentum* §. *fin.* non tantum contra primum donatarium, sed etiam contra donantem ipsum prospectum est. Hoc præsupposito pro indubitato, quod in specie *tex. in d. l. quoties* duæ sunt donationes. vna in fauorem primi, alia in fauorem secundi; & proinde non magis primus quam secundus donatarius sit; prout doctissime fundat *Ludouic. Molina de Hispanor. primog. lib. 1. cap. 1. nu. 17.* & rursus *lib. 4. cap. 2. num. 74. vers. in primo casu, Guttier. pract. car. quæstion. lib. 2. quæst. 52. nu. 5. Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus quæst. 8. num. 6. C. de inoffic. testam. Anton. Faber de error. pragmat. decad. 47. error. 7. num. 5. vers. verum respondeo*, qui id probari asserit ex eisdem verbis *d. l. quoties*, ibi, *si is in quem liberalitatis compendium conferebatur*, iuncta *l. vltim. C. de legat. & l. vt hæredibus de legat. secundo*, & proinde, inquit ipse, certum esse fauorē *Iustinianeæ constitutionis in d. l. si quis argentum* §. *fin.* ad hunc secundum donatarium extendi.

Quod si ita sit, vt perfecta sit donatio nudo donatoris pacto, & per-
22 fecta donatio reuocationem non admittat; quinimo actionem pariat ad rem donatam consequendam *d. l. si quis argentum* §. *fin.* ibi, *nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam constitutam, necessarius traditionis effectus sequatur, & necessitatem habeat donator omni modo, vel res, vel partem substantiæ quam nominauerit, vel totam substantiam tradere*. Consequitur manifestè nō esse necessariam distinctionem illam quā
23 facit *Couar. d. cap. 14. num. 13. versic. tertio est considerandum*, vt scilicet si secundi donatarij acceptatio, vel ratihabitio aliqua subsequuta sit, vel stipulatus pro eo sit Notarius, vel potius donator ipse, vel si tempus in donatione præfinitum præterierit, reuocari non possit donatio ipsa iuxta opinionem *Pauli de Castro, & sequacium*; quasi his casibus secundo donatario sit ius irreuocabiliter quæsitum, eisque cessantibus nequaquam.
24 Nam quod attinet ad acceptationem, vel ratihabitionem ea necessaria non est in beneficium eius, cui lex ita fauet, vt etiam ignorans ex pacto donatoris vtilem, & efficacem habeat actionem ex *d. l. si quis argentum* §. *fin.* iuncta *d. l. quoties*, & quoad
35 stipulationem ea nec etiam necessaria est beneficio *d. l. quoties*, iuncta *glos. ibi in verbo admiserint*, ex quo inductum est vt sine vlla stipulatione vtilis actio quæratur secundo donatario, ita *Roderic. Xuarez in d. l. quoniam in prioribus quæst. 8. num. 7. C. de inoffic. testam.* & subtiliter ratiocinatur *Anton. Faber d. decad. 47. error. 7. per totum*. Ex cuius solidissimis argumentis id in summa colligitur donationem, quæ hac lege fit, vt post cer-
26 tum tempus res donata sit alicuius tertij absentis ex Imperialibus decisionibus *dict. l. 3. C. de donat. quæ sub mod. & l. si quis argentum* §. *fin. C. de donat.* adeo prodesse secundo donatario vt nullo casu ipso inuito reuocari possit, quia sicuti antea vigore traditionis, hodie solius donatoris
27 consensu donatio irreuocabilis redditur *d. l. si quis argentum* §. *fin.* ibi, *sed*

liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam &c.

Ex quibus deducitur non esse necessariam in præsenti inspectionem illam an possit hæres reuocare, vel nō, de qua *Bart. in d. §. Flauius Hermes*, cum alijs, qui eum sequuntur, contra quos inuehit *Bald. in l. cum à socero C. de iure dotium, Roman. in l. si pecuniam C. de condict. ob caus.* quos refert *Anton Gabriel d. conclus. 5. num. 2.*
28 nam quod non permittitur donanti, multo minus permittēdum erit eius hæredi.

Nec rursus opus est quærere, an solus sufficiat donantis consensus, vt
29 existimauit *Aret. d. cons. 74.* vel debeat in idem concurrere donatarij voluntas, vt tenuit *Bald. in d. l. cū à socero C. de iure dotium, Alexand. consil. 204. vol. 7. Soccin. cons. 115. volum 4.* quos refert *Anton. Gabr. d. conclus. 5. num. 11.* quasi tunc ius quæsitum ex ministerio, & re alicuius possit per illum tolli, *Couar. d. cap. 14. num. 9.* vbi dicit adeo vtriusque consensum requiri vt reuocatione donatoris non obstāte, possit donatarius legem donationi appositam seruare, & rem tertio tradere, sequitur *Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 8. num. 31. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. cap. 49. num. 40.* etenim postquam perfecta est donatio, si nec donatori, qui liberalitatis author extitit hoc licet, multo ergo minus erit permissum donatario, qui hac lege accepit vt tertio restituat.

Et tandem impertinens omnino est tractatio illa; an reuocatio huiusmodi fieri possit vbi promissio facta absenti iure iurando vallata est, in qua existimarūt plerique reuocationi locum esse non obstante iuramento, eo quod illud sequitur naturā actus
30 cui adhæret; at promissio facta absenti eius est conditionis, vt ante illius acceptationem possit reuocari, vt ex multis probat *Molin. de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 2. nu. 62.* vnde doctissimus *Pater Thomas Sances lib. 1. de sponsal. disput. 7. num. 24.* post *Archidiac. Panormit. Ias. Alciat. Dec. & alios* mordicus defendit, posse promissionem absenti factam ante ipsius
31 acceptationem reuocari, quamuis iureiurandum in ea interponatur: hoc enim totum pertinere posset ad terminos simplicis pactionis, & nudi pacti, quod de per se inefficax est ad actionem producendam, non autem ad illud, quod est eleuatum ad esse perfectæ, & irreuocabilis donationis, quæ actionem parit, & exceptionem ex præfata *Iustiniani constitutione in d. l. si quis argentum §. fin.*

Firmum ergo remanet ex præfata veteris, & noui iuris distinctione ante Iustiniani tempora veram fuisse *Bartoli* opinionē in *d. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes*, scilicet pactum fauore tertij posse reuocari, quia etiam attenta dispositione *d. l. quoties* actio illa vtilis non acquirebatur irreuocabiliter secundo donatario, eo quod donatio in eum collata sine traditione perfecta non erat. At postquam ex *Iustiniani constitutione* donationes robur accipiunt solo nudo pacto, vt præfati sumus, iam acquisitio est irreuocabilis facta, & proinde substinēda est opinio *Pauli de Castro, & aliorum* contra *Bart.* sentientiū. Ad cuius confirmationem necessariæ non sunt considerationes factæ per *Anton. Gomez*, quia vnaquæque ipsarum habet suam specialitatis rationem non applicabilem ad nostram quæstionem.

Vide definitionem in sequenti.



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actio vtilis secũdo donatario tributa ex* l. quoties C. de donat. quę sub mod. *personalis sit, an realis?*
2 *Hypotheca potest nobis acquiri absque traditione vera, vel ficta.*
3 *Dominium, & possessio trãsit in secundum donatarium sine vlla traditione ex iure septem partitarum Hispaniæ.*
4 .. *sine traditione ex actu inter viuos transferri non potest.*
5 Text. in l. ea lege C. de condict. ob caus. *expendiur.*
6 *Actionem secundo donatario quęsitam in specie* tex. in d. l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. *personalem esse, non realem magis communitèr receptum est.*
7 *Opinio* Specular. in tit. de emphyt. quęst. 70. & Decij conf. 239. *defenditur, sed eorum fundamenta impugnantur.*
8 *Lex cum simplicitèr tribuit vtilem actionem intelligi debet de vtili in rem, non autem in personam.*
9 *Actio vtilis prò efficaci accipitur in iure.*
10 Text. in l. qui mortis 30. de donat. caus. mort. *expenditur.*
11 *Repetitio rei donatæ duobus modis fit.*
12 Text. in d. l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. *cur magis de vtili reali, quam personali intelligẽdus fit.*
13 *Actio personalis non datur nisi contra eum, qui est aliquo modo obligatus.*
14 .. *realis regulariter in eum datur, qui non est obligatus.*
15 .. *Vtilis etiam accomodatur ei, qui verè dominus non est, dummodo sit quasi dominus.*
16 Text. in l. 1. C. de donat. quæ sub mod. *continet specialem rationem decidendi.*
17 .. in l. ea lege, C. de cond. ob caus. *explicatur.*
18 .. in l. cum maritus, §. fin. de pact. dotal. *expenditur.*

Vtilem actionem tributam secundo donatario, ex text. in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo, esse realem, non autem personalem.

CAPVT LX.



1 Onsequens est videre, (vt quod in præcedẽti polliciti sumus expleamus) an actio illa vtilis secundo donatario accomodata benigna illa Diuorum Principum interpretatione, de qua in *d. l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* dominiũ rei donatæ ita trãsferat in ipsum, vt lege donationis non adimpleta, competat eidem ad rem donatam consequendam vtilis reiuendicatio, an vero cõdictio tantummodo ex lege illa, quæ personalis actio est? idque est de quo fuit principaliter actum in M. C. in causa inibi proposita.

Hac in re *Specul. tit. de emphyt. q. 70. Philipp. Dec. conf.* 239. *nu.* 8. *& in l. traditionibus nu.* 14. *C. de pact. Ripa lib.* 3. *respons. cap.* 1. *col. vlt.* defendũt dominium vtile transire in secundum donatarium absq; traditione, & proinde eum vtili in rem posse experiri actione, *Cassan. conf.* 53. *nu.* 53. *& seqq. Crauett. conf.* 19. *num.* 9. *Soccin. iunior conf.* 118. *nu.* 12. *& seqq. vol.* 2. *Paris. conf.* 8. *nu.* 23. *vol.* 3. quos refert, & sequitur *Cacher. decis. Pedam.* 33 *in fin.* subdens regulam *tex. in d. l. traditionibus C. de pact.*

pact. fallere fauore donationis; ideq;
2 dicendum esse in hypotheca, quod
possit nobis sine traditione vera, vel
ficta adquiri, & alios hanc sententiam
tenentes refert nouissimè *D. Gerius
Spinius cons.49.nu.5.& cons.50.nu.4.
& 5.* Quod probant supto argumen-
to ex *tex. in ead. l. quoties, C. de donat.
quæ sub mod.* iuncta *l. 1. C. eod. tit.* nam
Imperatores eandẽ vtilem concedũt
secũdo donatario actionẽ, quæ com-
petit primo; at hæc realis est, nõ au-
tem personalis, vt expressis verbis
deciditur in eadem *l. 1.* ibi, *verum etiã
vindicationem &c.* ergo &c. Accedit
insuper secundum hanc opinionẽ in-
tellexisse dispositionem *d. l. quoties,*
3 *Compilatores legum septem partitarum
Hispaniæ,* dum *in l.7. tit.4. partit.5.* di-
sponitur dominium, & possessionẽ rei
donatæ, statim post diem præfixum
trãsire in secundum donatarium sine
vlla traditione, ibi, *E de aquel dia en-
adelãte ganarian la possession, y el señorio
della sus herederos del que ouiesse fecha
la donacion, ò el otro à quien nombrasse
para hauerla,* quam legem ad Hispanũ
sermonẽ traduxisse *tex. in d. l. quoties,*
non potuit negare *Couar. var. resol.
c.14. nu.3. vers. verum,* eamq; sic intel-
lexit *Roder. Suar. ad l. quoniam in prio-
ribus quæst.8. C. de inoff. testam.*

Sed cõtrariam partem acriter de-
fendit idem *Couar. loco prox. cit. vers.
hãc vero Philippi,* quatuor medijs; Pri-
4 mo: eo quod iuris regulis omninò re-
pugnet vt dominiũ transferatur sine
traditione ex actu inter viuos, ad *tex.
in l. traditionibus C. de pact. & in l. ab
emptione ff. eod. & in l. 1. & 2. C. quãdo
liceat ab empt. discẽd. glos. notab. in l. 1.
C. de inoff. donat.* quam ad hoc com-
mẽdat *Bal. ibid. in fine, & Alex. in l. fin.
C. de legat. col 2. nu.3. Bart. in l. & ideò
ff. de cond. furt.* quos ad hoc adducit
Ant. Gom. ad l.40. Tauri nu.25. in fine.

Secũdo, quia si *Imperatores* in spe-
cie *d. l. quoties* voluissent tribuere se-
cundo donarario vtilem reiuendica-
tionem hoc dixissent, prout expressis
verbis id statuerunt in *l. 1. C. eod.*

Tertio, quia ex resolutione cõtra-
ctus verbis obliquis concepta, prout
in *d. l. quoties* numquam transit domi-
nium sine traditione, secundum *glos.
in l. 1. ff. de donat.*

Quarto, cum speciale sit in pactis
l. commissoriæ, & addictionis in diẽ
nõ transire dominium absq; traditio-
ne, consequitur id admittendum esse,
etiam si in cõtractu donationis reso-
lutio eius facta esset verbis directis,
ex *tex. in l. penul. C. de ædilit. edict. &
Bar. in d. l. 1. ff. de donat.*

Addit his argumẽtis aliud *Anton.
Gomez loco prox. cit.* ex *textu* quem
5 vocat expressum in *l. ea lege C. de cond.
ob caus.* quo sic vtitur: si quis donat rẽ
alicui hoc pacto vt eam non alienet,
nõ prohibetur rem alienare, sed tan-
tum tenebitur donatori, seù eius hæ-
redibus ad interesse: pari modo dicẽ-
dum videtur in casu *d. l. quoties,* nam
licet designetur tertia persona, cuius
fauore prohibeatur alienatio, non ta-
men poterit ea impediri, sed tantum
tenebitur hæredi donatoris ad inte-
resse; quibus & alijs comprobat opi-
nionem *Couar.* quod scilicet actio illa
vtilis sit tantummodo personalis, quã
sequitur *Guido Papæ q.512.* in pulcra
quæst. *Tiraq. de iur. const. ampl.30. n.2.
3. & 4.* vbi allegat *Corn. cons.173. col.
5. in fin. lib.2. Alciat. in d. l. traditioni-
bus nu.4. C. de pact. & in c. cum contin-
gat nu.333. de iuretur. & cons.99. n.12.
& cons.578. nu.1. Aretin. in l. qui absẽti
§.1. col. pen. in princ. de acquir. poss.* & cã
amplectitur *doctissimus Greg. Lop. ad
d. l.7. tit.4. partit.5. verb. y el señorio,*
vbi subdit, quod casus *Speculatoris,*
qui contrariã tenet, vt præfati sumus,
est longè diuersus à casu *d. l. quoties,*
& proindè mirabile esse inquit ipse,
quod

quod disponitur d. Hispanica lege quod sine traditione dominium, & possessio transferatur in secundum donatarium contra regulam *tex. in d. l. traditionibus C. de pact.* sic quoque sentit post alios *Magon. decis. Florent. 71. nu. 8. Emanuel Suar. in tom. 2. commun. opinion. diuersor. lib. 8. tit. 33. de donat. qua sub mod. nu. 8. Molin. Theologus de iustit. & iur. to. 2. disput. 265. num. 5. & Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 12. n. 2.* cũ alijs relatis per *D. Geriũ Spiniũ d. consil. 49. n. 7. & cõs. 50. & 51.* vbi acriter defendit hãc partẽ, & cõtrarijs respõdet, & secundũ hanc iudicasse Sac. Cons. refert *Vincent. de Francb. decis. 74. num. 2.* cui alios addit *Horat. Visconte.*

Ex quibus negari non potest magis communiter à Nostratibus amplexam fuisse opinionem *Couarruuia*, & sequacium, vt scilicet actio quęsita secundò donatario beneficio *d. l. quoties* nullum dominium, & possessionẽ transferat in secundũ dona-
6 tarium, quod possit reiuendicationẽ intendere contra tertium possessorem; sed personalem tantummodò actionem, siue condictionem ex lege. A qua non ausa fuit recedere M. C. in facto occurrenti inter Ioannem Iaquintum, & Victoriam Matchettam, quem proposuimus in præcedenti, & proinde licet tenuerit pactum illud irreuocabile esse respectu secũdi donatarij iuxta ea, quæ inibi disserui- mus, non ideò posse ex eo reiuendicationem intendi, & multo minus iudicium assistentiæ, quod actor intẽtauerat, & ptoinde absoluit conuentos.

Sed an hæc *Couarruuia* opinio veris, solidisque iuris principijs nitatur subtili suo ingenio dubitat *Anton. Faber de error. pragmat. decad. 48. error.*
7 8. vbi licet fateatur opinionem *Speculatoris, & Decij* esse veriorem, impugnat tamen eorum fundamenta, & proinde alijs ipse vtitur ad eius comprobationem. Et primò (inquit) quęstionem de vtili tantummodò actione, non etiam de directa esse proponendam: etenim hæc, quæ non competit nisi soli domino ex iuris dispositione, certum est non posse competere secundo donatario, qui dominus nunquam factus est, neque fieri potuit nulla interueniente traditionem. Et ad hæc de directa in rem actione nõ concedenda secundo donatario tendere argumenta omnia *Couarruuia, & sequacium*, ideòque responsione non indigere, vtpotè quæ sunt extra controuersiam.

Secundo opinionem *Decij*, & *Speculatoris* rectè procedere si de vtili in rem actione agatur, eamque certum esse nullatenus posse eidem cõpetere ex iuris ratione eiusdemque principijs; sed ex sola æquitate, benignaque iuris interpretatione ab Imperatoribus facta contra communes regulas, vt inquiunt ipsi *in d. l. quoties.* Itaque impertinens est argumentum illud, quod scilicet si daretur actio illa in rem repugnaret iuris regulis, quod scilicet dominia quærantur sine traditione, *d. l. traditionibus C. de pact.* cum iam fateamur hoc euenire extra omnem iuris regulam, sed tantum Diuotum Principum largitione.

Tertiò non esse nouum in iure, vt
8 cum lex simpliciter vtilem tribuit actionem, ea intelligatur de vtili in rẽ, non autem in personam; nàm præterquamquod vtilis in rẽ est efficacior, *arg. text. in d. l. 1. C. de donat. quæ sub mod.* & pro efficaci semper accipitur
9 verbum *vtilis*, vt eleganter exponit *glos. in l. sed reuocata verb. vtilis ff. de iur. fisc.* quam commendauimus *cap. 27. num. 22.* Id quoque egregiè
10 probari ait *Faber in l. qui mortis 30. de donat. caus. mort. vbi Vlpian.* statuit eum

eum qui mortis causa donauit posse pœnitere vt proinde vel condictionē habeat, vel vtilem actionem; quo loci non alio sensu *Vlpianus* opposuit condictioni, quæ personalis actio est, vtilem actionem, nisi vt intelligeret de vtili in rem; etenim repetitio rei
11 donatæ duobus tantummodò modis fit, vel per condictionem, vel per vindicationem, *l. interdum 29. de condict. indeb.* vnde consequitur non esse absurdum; imò congruentiùs eam vtilem actionem, quam *Imperatores* dant in *d. l. quoties* ad realem potiùs, quam ad personalem referri.

Quarto si attendatur Diuorum Principum mens, & intentio *in d. l. quoties*, quæ fuit vt vtiliter prospectum esset secundo donatario iuxta donatoris voluntatem, magis cen-
12 sendum est inductam fuisse realem, quam personalem actionē. Ea enim fuit voluntas donantis vt secundus donatarius fieret dominus per traditionem ei faciendam à primo, cum ipse rem donatam, quæ iam apud eū non sit tradere non posset. Ad hoc quid æquius constitui potest, quam vt traditio ipsa, quam prior donatarius facere deberet iuxta legem donationi adiectam, pro facta habeatur, si renuat tradere; idque ex potestate Imperialis Constitutionis, quæ hoc in casu supplet factum hominis, vt in specie *l. vlt. C. si mancip. ita fuer. alien.* ad quod necessaria est legis, & constitutionis authoritas, & ministerium, quæ sublato circuitu inani faciat traditionem haberi pro facta in secundum donatarium, ex eaque vtilis in rem actio competat aduersus quemcunque possessorem; cum etsi traditio verè, & realiter facta fuisset, eadem competeret.

Quinto supponendum est quoties Imperatores sua benignitate aliquā nouam actionem inducunt contra iuris regulas, censeri debet ita hoc statuere vt quātò minus possint ab illis deflectant: cū enim legibus
13 constitutum sit vt personalis actio numquam detur nisi contra eum, qui aliquo modo est obligatus, ad regulam *textus in l. 1. in princ. de action. & oblig.* iuncta *l. licet §. ea obligatio de procurat.* & nos diximus *cap. 37. in*
14 *princ.* at in rem actio siue illa directa sit, siue vtilis, regulariter in eum datur, qui nullo modo obligatus est, *§. 1. instit. de action.* & quamuis non detur nisi ratione dominij, & proinde ei qui dominus est, hoc intelligitur
15 de directa; nàm vtilis etiam accommodatur ei, qui verè dominus non est, dummodò sit quasi dominus, *l. 1. ff. si ager vectig. §. namque instit. de action.* cum ergò in specie *d. l. quoties* inter primum, & secundum donatarium nullum sit negotium contractū, & proinde nulla obligatio, cōsequēs sit magis esse credendum ab Imperatoribus inibi fuisse inductam vtilem realem actionem quam personalem, quæ sine contractu, vel quasi subsistere non potest, vt sic quantòminus fieri possit ius lædatur ex benigna eorum interpretatione.

Ex quibus iuris principijs sic clarè elicitis notescit longè, latèque probabiliorem esse opinionem *Decij, & Speculatoris*, licet falsis nixam fundamentis. Nam quod attinet ad argu-
16 mentum desumptum *ex tex. in d. l. 1. C. de donat. quæ sub modo*, quæ dat donatori non solum cōdictionem ex lege, quæ actio personalis est vt ibi, sed etiam vindicationem; dico non esse trahendū ad consequētiam, cum in eo sit casus specialis, idest fauor alimentorum vt benè aduertit *Couarr. d. cap. 14. num 6.* & sequitur *Ant. Fab. d error. 8. num. 5.*

Et à contrarijs *Couarruuiæ, & aliorum* vno tantum verbo se expedit

Anton. Faber ea hoc tantum conuincere, vt scilicet directa in rem actio competere non possit, quod nos non negamus, sed tantu n de vtili quærimus.

17 Et ad *textum in l. ea lege C. de condict. ob caus.* quem videri expressum ad hoc probandum, vt personalis tãtummodò competat actio non autẽ realis, extollit *Ant. Gomez ad d. l. 40. Tauri nu. 25. circa med.* facilè responderi posse existimo in specie inibi proposita nullam tertio fuisse quæsitam actionem, cum negocium gestũ sit inter donantem, & donatarium tãtummodò: atqui cum donanti ob nõ seruatam donationis legẽ iam sit cõsultum ex condictione, quæ personalis actio est, eademque, & hæredi eius: meritò non impeditur dominij translatio, si tamen credimus *Accursio*, qui tenet succedere hoc casu obligationem ad interesse, vt patet *in glossa magna eiusdem legis*. At si in donatione ipsa tale esset pactum adiectũ, quod ex eo quæreretur actio extráneo, equidem non substineretur alie-

18 natio, & dominij translatio, *ex text. celebri in l. cum maritus §. fin. de pact. dotal.* vbi mulier, quæ hoc pacto dotem dedit, vt post eius mortem restituatur fratri, prohibetur de ea omninò disponere tàm per actum inter viuos, quam vltimæ voluntatis, quem *textum* commendauimus in præcedenti *capit. ex eodem Anton. Gom. loco citato num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Stipulari non potest alteri per alterum.*

2 *Mulieri fauore dotis quæritur actio ex stipulatione alterius.*

3 *Alimentorum fauore quæritur actio ex stipulatione alterius.*

4 *.. censentur bona debitoris tacitè obligatá, sed de ueritate num. 5.*

6 *Tacita hypotheca non competit nisi in casibus à iure expressis, inter quos nõ est casus alimentorum.*

7 *Filio nullum ius hypothecæ competit pro alimentis.*

8 *Obligatio personalis non transit in singularem successorem.*

9 *Tertius possessor non potest pro alimentis per debitorem debitis molestari.*

10 *Alimenta debita per maritum vxori, gaudent dotis priuilegio, quoad hypothecam, sed de veritate num. 11.*

12 *Bona obligata pro sorte, sunt etiam obligata pro vsuris.*

13 *Alimenta relicta in testamento habent tacitam hypothecam, sed declaratur numer. 14.*

15 *.. vbi præstari debent ex certis designatis bonis, habent bona debitoris tacitè obligata.*

16 Text. in l. 2. de aliment. legat. *declaratur.*

17 Tex. in l. Lucius eod. tit. & in l. hactenus de vsufruct. *exponuntur.*

18 Andr. de Iser. & Afflict. in Constit. Reg. in aliquibus; *declarantur.*

19 *Hypothecam competere super bonis ex quibus alimenta præstanda sunt, est specialis alimentorum fauor.*

20 *Debitor instrumentarius non ideo præsumitur cum hypotheca obligatus.*

21 *Fauor omnis alimentorum causa introductus cessat in præteritis.*

Dispo-

Dispositionem textus l. Gaius ff. solut. matrim. habere locum etiam fauore alimentorum, sed pro eis nunquam dari hypothecam tacitam, nisi cum præstanda sunt ex certis designatis bonis.

CAPVT LXI.



1 Icet firmum sit iuris principium, quod actio non quæratur ex alterius stipulatione, *l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. obligat.* etiam si is, qui stipulatur ascẽdens sit per lineam maternam *ad tex. in l. pactum 4. C. de pact. conuen.* nec filius stipulando matri acquirat, *l. debitor §. final. ad Trebell.* nihilominus in causa Eleonoræ Morano cum Lucretia Ricca Ciuitatis Catanzarij super nullitatibus propositis aduersus sententiam illius Curiæ, non dubitauit Mag. C. nec Sacrum Consilium, quod fauore dotis per stipulationem
2 extranei, quæratur actio mulieri, *per tex.* quẽ nostri appellant singularissimum *in l. Gaius 46. ff. solut. matrimon. vbi DD. & præsertim Bart. num. 3. Crot. in l. 2. §. 1. num. 10. ff. eod. Salicet. in l. pater pro filia C. de pact. conuen. Baldus Nouellus in tract. de dote par. 6. priuil. 22.* cum alijs doctissimè congestis per *Barbos. in comment. ad eand. l. Gaius, et Tiraquell. de priuil. piæ caus. priuileg. 115. vers. & in hanc partem.* Quod dotis priuilegium, vt actio
3 quæratur ex alterius stipulatione extendi etiam ad alimenta, vbi promissio ipsorum est iureiurando vallata, quia iuramentum supplet partis præsentiam; dicit *Cordub. in l. si quis à liberis §. vtrum num. 8. de liber. agnosc.* Sed *doctissimus Petr. Sud. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 73. num. 4.* indistinctè tenet, siue promissio iurata sit, siue non, actionem quæri ex alterius stipulatione, nam alias nihil speciale daretur alimentorum fauore; cum certum sit in omni alia causa iuramẽtum supplere partis præsentiam.

Verùm id, quod anceps reddidit vtrumque Tribunal fuit, an scilicet huiusmodi actio sit personalis tantummodò, an etiam hypothecaria; Quod quidem ab illo dependet articulo iã quidem à *DD.* disputato, & in cuius dubietate subtilissimus *Alciat.* nesciuit firmare pedes, an scilicet pro alimentorum præstatione sint bona debitoris tacitè obligata, ita quod
4 super eis possit tertijs possessoribus molestia inferri. Nam pars affirmatiua videtur probari *in l. 2. de aliment. legat.* vbi expressim cauetur alimenta deberi ex bonis, quamuis ad fiscum fuerint deuoluta, prout si ad quemlibet successorem transissent. Idemq; *in l. Lucius Titius eod. tit. & in l. hactenus ff. de vsufr.* Ex quibus iuribus cã tenere videtur *And. in Constit. Regni in aliquibus col. 7.* ibi; *respondi non teneri possessorem etiam si dictum esset dari dotẽ de feudalibus bonis, quia personalis actio non sequitur fundum, nisi in causa alimentorum, tunc essent bona obligata,* &c. eum sequitur *Afflict. ibidem num. 35.* vnde *Paul. Castrens. cons. 8. col. 2. vers. illud autem volu. 1.* docet, quod onus alendi trãsit in quemcũque bonorum possessorem, quia eis inhæret, & probat *Dec. cons. 376. nu. 3.*

Palat.

Palat. Ruuiot in repetit. cap. per vestras §. 23. *num.* 16. *& sequent. de donat. inter*, & expressius *Durant. de art. testan. titul.* 3. *de liber. instit. cautel.* 17. *num.* 7. *& Becc. cons.* 8. *num.* 7. 11. *& sequent. Molfes. ad Consuetud. Neap. p.* 5. *de alim. praest. quaest.* 6. *numer.* 23.

5 Sed contra dicebatur, certum esse in iure, tacitam hypothecam legis ministerio induci, idque non nisi in casibus à iure expressis *toto titulo ff. & C. in quibus caus. pign. vel hypoth.* Cumque inter hos non reperiatur casus alimentorum, merito nullam pro eis competere hypothecam, vt bene arguit *Bart.* qui sibi videtur cõtrarius *in l. Lutius in fine de aliment. legat. & in tract. aliment. vers. quaero an vxor.* & proinde *Couarr. de sponsal. par.* 2. *capit.* 8. §. 6. *numer.* 14. *& Curdub. in l. si quis à liberis* §. *idem rescripsit. numer.* 51. *de liber. agnosc.*

6 inferunt nullum ius hypothecae competere filio in bonis patris pro alimentis. Idemque sentit *Surd. in tract. de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 81. *in fine*, *Stephan. Gratian. dec. March.* 129. *numer.* 11. *& tom.* 2. *discept. forens. capit.* 366. *numer.* 7. *Franc. Niger. Cyriac. controuers. forens. tomo* 1. *controu.* 18. *num.* 3. *& Negusant. de pignor. & hypoth. quarto membr.* 2. *par. num.* 164. *vers. vigesimus tertius casus circa finem*, vbi pluribus repetit esse tenendum, quod nulla quòad hypothecam sit specialitas inducta fauore alimentorum.

Quod si regulariter pro alimentis non sunt bona obligata, consequitur erroneum esse asserere posse
7 super eis molestari tertium possessorem. Nam praeterquam quod obligatio personalis non transit in singularem successorem, *l. eum cui C. de action. & obligat. l. fin. C. de haeredit. act. l. cogi* §. *vnde quaeritur ad Trebell.* de hoc habemus expressa iura *in l. final.* §. *final. de contrahend. empt.* ibi: *Respondit emptorem Gaio Seio secundum ea, quae proponerentur, obligatum non esse*, & rursus *in l. fundi Trebatiani de vsufruct. legat. & in l. liberto suo de ann. legat.* Ex quibus iuribus *insignis Napodan. in consuet. quod si aliquis verb. tenetur num.* 32.
8 *de aliment. praestan.* docet, onus alimentorum esse merè personale, & proinde non afficere rei possessorem, his verbis: *Nota quod videtur hoc onus impositum personae, non rebus, & sic propter hoc non impeditur pater alienare bona ipsa sua, nec transit onus in emptorem*; Hoc idem sentit *Couar. dicto capit.* 8. *de sponsal.* §. 6. *num.* 14. vbi ait; *Non transit hoc onus alendi liberos ad eum, qui iure emptionis, similisuè contractus bona patris obtinuit, cum nullum hic debetur hypotheca ius: qua in re allucinatur Durant. Gualdens. in libro de art. testan. titul. de liber. instit. cautel.* 17. *dicens, bona parentum esse subdita hypotheca pro alendis liberis, atque adeò eorum emptores ad haec alimenta teneri per l.* 2. *de aliment. legat. hoc enim falsum est &c.* & allegat *Ioann. Gall. quaest.* 122. vbi tenet, quod vxor pro alimentis, quae sibi maritus praestare tenebatur, nequaquam potest agere aduersus tertios possessores bonorum mariti.

Ab hac generali regula tres tantum casus (ni fallor) excipiunt Iu-
9 reconsulti. Primus est in alimentis debitis per maritum vxori, quae cum sint accessoria ad dotem, siuè ipsius additamenta, latè *Negusant. dicto membr.* 4. *secunda partis & Surd. de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 49. *in principio*, sicut dos gaudet priuilegio tacitae hypothecae, *l. vnica*

§. & vt pleniùs C. de rei vxor. action.
ità absurdum non videtur, quod pri-
uilegia dotis extendantur ad ali-
menta *argument. textus in l. etiam C. iur. dot.* & quia ratione con-
nexitatis, & accessionis priuilegium
exorbitans à iure communi extendi-
tur ad connexum, & accessorium, vt
per *Afflict. decis.* 127. *in fine*, & ita
ad propositum arguit *Vincent. de Franch. decis.* 613. *num.* 15. & hoc
præsupposito succedit *regula textus in l. Lutius ff. qui potior. in pign. hab.*
quod sicut pro sorte principali, ita
pro vsuris pignora sunt hypotheca-
10 ta, quomodo partem affirmatiuam
defendit *Bart. in l. si cum dotem §. sin autem in sauissimo vbi Paul. de Cast. numer.* 3. *ff. solut. matrimonio, Specul. in titul. de donat. inter vir. & vxor. §. formatus versic. sed numquid bona viri, & latiùs Negusant. de pignor. & hypothec.* 4. *membr. secunda part. num.* 47. *& sequentibus, Afflict. decis.* 10. *numer.* 3. *Guttier. de iuram. confirmat. prima part. capit.* 46. *num.* 5. *Lara in l. si quis à liberis §. si quis ex his numero* 40. *de liber. agnoscend.*
eamque opinionem approbasse Ca-
meram Imperialem, vti æquiorem
refert *Mynsinger. pract. obseruat. centur.* 1. *obseruat.* 64. *Riccius collectan.* 2958. & tenet *Bursat. consil.* 32. *num.* 26. *& Surd. dicto titul.* 8. *priuileg.* 49.
dicens, esse cõmunẽ opinionẽ, & va-
nũ esse in iudicio super ea disceptare.

Sed hanc limitationem expresè
11 reprobat *Bartol.* sibi contrarius *in d. l. Lucius Titius de alimen. legat.* vbi
tenet, quod nec etiam vxori com-
petit hypotheca in bonis mariti
pro alimentis, & *in dicto tract. de aliment. versic. quaero an vxor, cum sequitur Roman. consil.* 454. *num.* 28. *Panormitan. consil.* 53. *lib.* 2. *Alexan. in l. si cum dotem §. sin autem in sæuissimo d. num.* 10. *ff. solut. matrimon. & mordicus defendit Bald. Nouell. de dote par.* 6. *priuileg.* 7. *num.* 4. & esse com-
munem opinionem asserit *Socci. consil.* 41. *num.* 21 *libr. quarto, Hieronym. Gigas in tractat. de pens. capit.* 51. *numer.* 17. *&* 18. *Couarru. de sponsal. capit.* 8. *§. sexto numer.* 14. *Barbos. in l. prima part.* 3. *numer.* 28. *solut. matrimon.* vbi singulariter con-
trarijs respondet, & pro hac parte
decisum refert *Stephan. Gratian. decisio.* 129. *numer.* 15. eamque de-
fendit *Christof. Mart. decisio. Senen. examinat.* 48. *numer.* 5. *versic. sed si rationibus, & Surdus*, qui præ-
dictam limitationem tanquam com-
munem amplexus est *dicto titulo* 8. *priuileg.* 59. hæc ait *numer.* 8. *Meliùs ergò esset dicere, quod pro alimentis nunquam bona mariti sunt obligata: quæ opinio si rationibus certandum esset, & integrum foret super ea sententia deliberare, mihi magis placeret.* Prætcrquam quod con-
trariam tenentes hoc vno tantum
fundamento allucinantur, quod
scilicet alimenta sint dotis accesso-
ria, cui doctissimè respondet *Barbos. post Alexand. in dicta l. prima tertia parte numer.* 28. *ff. solut. matrimonio, & Christof. Mart. dicta examinat.* 48. *numer.* 7. ad quos
breuitati studens, te remitto.

Secundus casus est. Vbi alimen-
12 ta relinquuntur in testamento, nam
tũc habẽt tacitam hypothecam, pro-
ut regulariter cætera alia legata, *ad tex. in l.* 1. *C. com. de legat.* & ita tenet
Bar. in d. l. Lutius, & in l. Caius de ann.
13 *legat.* sequitur *Negus. loco cit. nu.* 164.
ver. vigesimus tertius casus est. Sed hic
casus, prout & præcedens non
meretur pro regulæ limitatione ad-
duci, id nãque nõ ex eo euenit, quod
alimẽta sunt, sed quia legata, vt benè
obseruat *Cald. Perey. de iur. emph. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 22. etenim scitũ est ꝑ legatis
om-

omnibus dari hypothecã etiã ꝑ quibus cõpetit, sola actio personalis, vel tantum officium Iudicis, *l. 1. in fin. C. commun. de legat. Couarr. in cap. Rainutius §. 10. num. 2. de testament. Surd. de aliment. titul. 3. quæst. 4. nu. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 542. num. 37.* at exceptiones debent esse de regula, *l. quæsitum §. denique de fund. instruct. Rota apud Seraphin. dec. 980. num. 7.*

Tertius casus est, qui vnicus apud
14 me reputatur, cum contrahentes ex certis bonis designant alimenta præstari, tunc certum est illa bona esse tacitè obligata pro alimentis ipsis virtute illius specialis designationis: Ideòque quilibet tertius possessor eorum corporum posset pro eis molestari iuxta doctrinam *glos. in dicta l. Lucius verb. ex reditu, & Azonis in summa de aliment. legat. numer. 5. Bartol. in dicta l. Lucius, & in l. Caius de ann. legat. & alijs in locis relatis per Neguſant. loco proximè cit.* qui dicit id esse tenendum, *Cordub. in dicta l. si quis à liberis num. 8 t. Couarr. loco citato, Surd. dicto priuileg. 51. per totum*, vbi in fine ait. *Regulariter igitur bona non sunt pro alimentis obligata, nisi quando alimenta ex certo fundo relinquuntur, vel quando super aliquo fundo constituuntur, quia tunc non negatur hypotheca* &c. Et *Stephan. Gratian. dicta decisio. 129. num. 11.* inquit. *Aliud enim esset in emptoribus talium bonorum, ad quos non descendit talis obligatio, nisi pro alimentis certa corpora essent designata;* Idem tenuit *Barbos. loco superiùs citat. num. 29. & Gaspar. Thesaur. lib. 2. quæst. forens. quæst. 67. numer. 18. & sequent.*

Ex qua limitatione rectè infertur
15 ad intellectum iurium pro contraria adductorum. Et Primò *ad d. l. 2. de aliment. legat.* cui licet respondeat *glos. ibidem verb. præstanda sunt,* quod inibi agitur de vniuersali successore, qui quidem rectè conuenitur pro alimentis, tamen rectius satisfacit *Couarru. loco citato,* vt procedat quando expressim designantur alimenta præstanda ex certis bonis. *Hoc enim* inquit ipse, *falsum est, quia lex secunda, quam ipse citat, locum sibi vindicat in bonis, quæ expressim designantur in testamentis, vel in contractibus ad alimenta alicui exhibenda:* quæ interpretatio omninò arridet literæ illius *textus* in illis verbis, *Ex quibus alimenta debeantur;* eamque amplexi sunt *Barbos. dict. num. 29. & Surd. dicto priuileg. 51.* Item *ad textum in l. Lucius*
16 *Titius eodem titul.* ex quo clariùs colligitur eadem responsio, ibi, *Vt ex reditu eorum alimenta suprascripta percipiant.* Et tandem ad *text. in dicta l. hactenus de vsufruct.* in illis verbis, *vel alimenta ab eo relicta scilicet*, ait *Glos. Fructuario, cui relictus est vsusfructus.*

17 Ex quorum iurium dilucidatione iam notescit quid intellexerint *Andreæ, & Afflict. in dicta Constitutione in aliquibus:* nàm veritas est, eos loqui in terminis prædictorum Iurium, quæ ipsi allegant, ideſt quando bona sunt specialiter designata pro alimentorum præstatione.

Sed aduertẽdum est ne erres, hoc quod diximus non generaliter procedere vbicunque aliquid relictum est super certis bonis, siue ex alimentorum causa, siue ex alia qualibet, vt tenuit *Alexand. consil. 156. numer. 3. volum. 6. Afflict. decis. 162. num. 2. Crau. consil. 20. nu. 10.* nàm regula est in contrarium, quod vbi aliquid relinquitur præstandum ex tali fundo, sola personalis non autem realis dabitur actio, vt patet expresse

Oo 2 in d.

in d. l. fin. §. *fin. de contrahend. emp.* de qua re latè agit *Anton. Gomez de contract. cap.* 15. *num.* 22. *vsque ad* 24.

18 Ideoque cum dicimus competere hypothcam vbi certa bona designãtur pro alimentis præstandis, esse specialiter inductum fauore alimentorum tenet *Specul. in titul. de locat. & conduct.* §. *nunc aliqua numer.* 109. *versic.* 86. & pluribus comprobat *Surd. d. tit.* 8. *priuil.* 51. *vers. veriùs tamen est.*

Neque his refragatur, quod pro huiusmodi alimentorum præstatione fratres in instrumẽto inter eos super bonorum diuisione gesto sint obligati, quasi ex eo censeatur non solum tacita, sed expressa inducta hypotheca: nàm eleganter respondet *Bald. consil.* 485. *statuto Ciuitatis numer.* 4. *volum.* 1. non bene se-
19 quitur est debitor instrumentalis, ergò interuenit hypotheca, cui etiam consentit *Bursat. consil.* 103. *num.* 24. *volum.* 1. & cæteros recenset *Caualc. decis.* 27. *nu.* 9. *par.* 2.

Ex quibus Mag. Cur. Vicariæ iudicauit actionem illam acquisitam propter alimenta Eleonoræ Morano ex fratrum stipulatione, esse merè personalem, non autem realem, nec rei persecutoriam, & proinde non potuisse exerceri contra prædictam Lucretiam tertiam possedritricem, præsertim, quia certũ est, quod vbi hypotheca datur pro alimentis id est inductum ipsorum fauore, vt dixit *Surd. dicto titul.* 8.
20 *priuileg.* 51. at omnis fauor cessat pro alimentis præteritis de quibus agebatur, vt per *Thesaur. decis.* 44. *& Vincent. de Franch. decis.* 203. *nu.* 2. vbi notabiliter.

Sacrum Consilium etiam in hanc partem negatiuam inclinauit, sed visum fuit, hæc respicere iustitiam causæ; ideò noluit in iudicio nullitatum super his pronunciare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra vnum lata non potest exequi contra tertium non citatum.*

2 .. *lata contra venditorem, non officit emptori, etiamsi emisset lite pendente.*

3 .. *lata contra eum, cuius principaliter interest, præiudicare tertio non citato, quomodo verum sit.*

4 .. *quando possit exequi contra pignorum detentorem.*

5 *Calculus, & liquidatio crediti an possit exequi contra tertios possessores inauditos, & num.* 7.

6 *Sententia lata in actione personali exequitur contra tertios possessores, facta discussione bonorum principalis.*

8 *Sententia de collusione suspecta nulla fides præstatur.*

9 *Consanguinitas arguit collusionem inter collitigantes.*

10 *Taciturnitas lõgi temporis arguit collusionem.*

11 *Sententia lata in causa, quæ non fuit per partes defensa, non nocet tertio tanquam collusiua.*

12 *Appellatio omissa arguit collusionem inter partes.*

13 *Alimentis præteritis lex non fauet.*

14 *Appellatio admittitur à sententia super alimentis præteritis.*

13 *Appellari debet à sententia, & appellatio prosequi, vt noceat tertio non citato.*

16 *Sententia manifestè iniusta, & iniqua non officit tertio.*

17 *Alimenta quomodò taxanda.*

18 *Sententia, qua fundatur in sola confessione principalis, nec iustificatur ex alijs, non officit tertio.*

19 .. *lata*

19 .. *lata ex sola rei contumacia non officit tertio.*
20 .. *debet ex actorum productione iustificari, vt noceat tertio.*
21 .. *vt noceat tertio debet ipse citari, vt possit summariè iniquitatem, & iniustitiam ipsius deducere.*

Sententiam, & calculum pro crediti liquidatione factum inter litigantes, nocere tertio bonorum possessori in iudicio non citato, quando verum sit?

CAPVT LXII.



SI actio, quæ pro alimẽtis datur regulariter personalis tãtummodo est, prout latè in præcedenti disseruimus, consequens fit vt nulla sit sententia super hypothecaria lata contra tertios possessores bonorum Scipionis Morani fratris ipsius Eleonoræ: quo pertinet secunda nullitas proposita in Mag.Cur.Vic. pro parte Lucretiæ Ricchæ. Nam supponebatur in iudicio illo agitato contra fratrem, nullatenus fuisse citatam ipsam
1 Lucretiam. Vndè succedit vulgata regula, quod sententia contra vnum lata nõ potest exequi contra tertium non citatum, ad *tex. in l. de vnoquoque, & in l. sapè, vbi DD. communiter ff. de re iudic. Paul. Castrens. in l. à Diuo Pio §. si super rebus eod. tit.* dicens, quod processus factus contra debitorem non sufficit, vt executio possit fieri contra tertium possessorem.

Rursus sententiã illam latam con-
2 tra fratrem venditorem illorum bonorum, nõ potuisse officere emptori, etiam si ipse emisset lite pendẽte, sed tunc agendum erit reuocatoria, seu rescissoria, vt bene docuit *Bart. in l. creditores num.* 23. *C. de pignor. & in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudic.* cum alijs relatis per *Cacher. decis. Pedemont.* 65 *nu.* 5. *& Surd. decis.* 256. *num.* 7. *Dominic. Gaito de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 539.

Vlterius, nam quod *DD.* dicunt, sententiam latam contra illum cuius
3 principaliter interest, prçiudicare tertio non citato, qui in consequentiam læditur, eò pertinet vt valeat processus, & acta facta, quamuis is citatus non fuerit, nõ autem vt ei taliter præiudicet, quod possit exequi contra eum absque ipsius citatione, vt docet *Alex. cons.* 84. *num.* 10. *lib.* 3. *& in d. l. de vnoquoque in fin. de re iudic.* cum relatis per *Capyc. d. decis.* 107. *nu.* 4. *& Phanut. in tract. de inuent. par.* 5. *versic. explicitis num.* 23. Ideoque ad hoc vt
4 pignorum detentor possit condemnari, requiri ipsius citationẽ, censuit Sacrum Consiliũ re maturè discussa, iunctis Cõsiliarijs duarum aularum, & impositum perpetuum silentium refert *Vinc. de Franch. decis.* 524.

Et tandem, quia non tantum sen-
5 tentia, sed etiam calculus ipse, & liquidatio crediti facta ipsis tertijs possessoribus inauditis, exequi prætẽdebatur vigore illius sententiæ, quod quidem videtur valde iniquũ, & proinde Senatum Mantuanum nullam rationem de tali calculo habuisse testatur *Surd. d. decis.* 256. & faciunt tradita per *Menoch. cons.* 1187. *lib.* 12.

Sed contra dicebatur, quod licet
6 obligatio pro alimẽtorum præstatione

ne personalis tantum esset: tamen facta excussione bonorum principalis debitoris, sententia illa præiudicat tertijs possessoribus licet non citatis, vt contra eos possit hypothecaria exerceri, docet *Bald. in d.l.sæpè de re iudic. & in l.de vnoquoque eodem tit.* & tenet *Iacob.de Arena in suo opusculo de discuss. bonor.* quos refert, & sequitur *Capyc.decis.*107.*num.*7.ea quidem ratione, quia sufficit iudicium fuisse institutũ cum principali contradictore, idest cũ eo cui principaliter res tangit, nec opus est citare eos, qui in cõsequentiam habent interesse, prout ex *Alex. Ias. Paul. de Castr.* & alijs latè defendit *Phanut.loco proximè ci-*
7 *tato num.*24.*& seq.*qui exactè articulum disputauit, id in specie concludendo, quod calculus, siue liquidatio crediti facta cum principali interesse habente præiudicat his, qui in consequentiam læduntur, licèt non citatis in ipsius calculi confectione: nam vt ait *Bald.*quem ipse allegat *nu.*31.*in fine*, donec agitur de sola debiti liquidatione præambula ad iudicium hypothecarium, tertius possessor non habet ius contradicendi, nec est citandus.

Verum enimuero huiusmodi doctrina licet vera sit, non tamen est in praxi simpliciter admittẽda, nisi cum aliquibus modificationibus, quas breuiter hic collegi commodioris explicationis gratia.

Prima quidem limitatio est, vt tàm sententia, quàm calculus ipse tũc præiudicent tertio non citato, cum abest à iudicio ipso omnis inter collitigantes collusionis timor, ad *tex.in l.Præses C.de pignor.* nam satis est ad aufe-
8 rendam sententiæ fidem, quod sit suspecta de collusione, *Seraphin. decis.*1200.*nu.*4. & proinde hoc casu nullatenus officere tertio, docuerunt *Bald.& alij in l.ingenuum de stat. hom. & in l.sæpè de re iudic. Bart. in l. si superatus de pignor. Anton. Negusant. d. memb.*3.*sexta partis nu.*39. *vers.secundo limita, Surd. d.decis.*256. *nu.*12.*& Phanut. loco sæpius citato num.*30. *Ludouis.decis.*486.*nu.*12.*Christoph.Mart. decis.Senen.examin.*39 *num.*14.15.*&* 16. eleganter *Ioan.Andr.de Georg.aleg.*36.

Collusionis, & fraudis plura detegebantur in præsenti causa inditia.
9 Primum quidem strictissimum consanguinitatis vinculum inter prædictam Eleonoram, & fratrem: & hoc vrgentissimum est, vt docet *Decian. consl.*11.*num.*116.*lib.*1. *Menoch.de præsumpt.lib.*5.*præs.*26.*nu.*21.Secun-
10 dum taciturnitas ipsius Eleonoræ in petendo alimenta prædicta per plusquam quadraginta annos absque vlla iusta non petendi causa, cum venter dilationem non patiatur, *Menoc. loco citato num.*12. Tertium ex quo nihil fuit oppositum per fratrẽ ipsum pro eius iurium tuitione, quæ non minor collusionis demonstratio est, cum teneretur vtiliter causam defendere,
11 nàm aliàs sententia nõ nocet tertio, etiam si de per se esset nocibilis, vt probat *tex. in l. si seruus plurium*, §. *si quis ante*, ibi, *vel minus plenè defendit causam, de legat.* 1. & benè aduertit *Surd.loco citato nu.*5. post *Alciat. Molin.Dec.& alios, Christoph.Mart decis. Senen.*64.*nu.*11. subdens *nu.*12. hæc verba. *Quinimò etiam si nulla culpa, seu negligentia possit redargui principalis, sed alia quauis ratione causa non fuerit congruè agitata, & defensa, vel de ea non fuerit plenè cognitum, sententia inde emanans non potuit alijs obesse*, *Bart.in l.sæpè.quæst.*1. *de re iudic. &c.*
12 Quartum eo quod à sententia prædicta non fuit per ipsum conuentum appellatum, quod quidem manifestũ collusionem præsefert, vt docuit *Ludouic. Molin.de primog. Hispan. lib.*4. *cap.*8.

cap.8. nu.10. & sequitur *Menoch. loco citato num.6. Christoph. Mart. d. decis.* 64. *num.*13. cum tamen iustè appel-
13 lare poterat,& debuerat, cum agitur de alimẽtis præteritis, in quibus cessat omnis fauor, *l. de alimentis C. de transact. Vincent. de Franch. decis.*303.
14 *num.*2.& ratio exequutionis sententiæ, admittiturq; appellatio, vt docet *Ioan. Andr. ad Specul. in* §. *in quibus vers. sed numquid*, & post *Alberic. Cuman. Aretin.* & alios docet *Surd. de aliment. tit.*8. *priuileg.*60.*nu.*14. *vers. intellige tamen prædicta, Thesaur. decis.* 76. *in fine, Mauson. de caus. execut. ampliat.* 31. *num.* 30. & ad hoc vt talis
15 sententia noceat tertio non citato, necesse est, quod ab ea non solùm sit appellatum, sed etiam appellatio sit prosequuta, vt docuit *Felin. in cap. cum super num.* 10. *de re iudic.* latè *Dec. consi.* 445. *num.*36. *&* 37. *Martius d. decis* 64. *num.*13. & post alios *Gaito vbi supra nu.*670. *&* 679.

Secunda limitatio est, nisi senten-
16 tia cõtineat manifestam iniustitiam, & iniquitatem: quo casu nullatenus posse officere tertio non citato, docuit *Dec. cons.*445. *num.*41. *Bal. Paul. de Castr.* & alij, quos sequitur *Phanut. loco citato num.* 30. & tenet *Honded. cons.*28. *num.*47. *& seq.* & innumeros allegat *Cæsar Manent. decis.*15. *& Dominic. Gait. loc. cit. num.*676. *Christoph. Mart. loc. cit. nu.*14. & quæ maior iniquitas sententiæ,& liquidationis prędictæ, quàm vt pro dote ducat.2500.
17 taxentur tam excessiua alimenta, quorum taxatio semper fit in minori quantitate, quam importaret interesse dotis, vt benè colligitur ex insigni decisione Collateralis Cõsilij relata per *Ioan. Vinc. de Anna singul.*26. in causa Ill. D. Isabellæ de Aragonia, cum Excellentiss. Duce Montis alti, in qua etsi dotes fuissent ducatorum 80. mil. alimenta fuerunt taxata in ducatis bis mille tantum.

Tertia limitatio est, vbi sententia
18 cuius executio petitur contra tertiũ, fundatur solùm in confessione principalis, contra quem lata est: nam si nõ iustificetur ex alijs, nullatenus tertio præiudicabit, ad tradita per *Cuman. Castrens. & alios*, quos ad comprobationem adducit *Surd. d. decis.*256. *nu. num.*8. *Phanut. loco sæpius citato nu.*31.
19 Idemque si lata sit ex sola rei contumacia sine alijs probationibus, ad *tex. in l. Papinianus* §. *fin. & in l. qui repudiãtis in fin. de inoffic. testam.* quod quidẽ licet regulare sit in omni actu, vt præiudicium resultans ex contumacia, nõ egrediatur personam contumacis, *l. eius, qui delatorem, de iure Fisci*, fortiùs procedit in præiudicio, quod oritur ex sententia *Bar. Socc. in l. cũ filiusfamilias de verb. oblig. Hippolyt. de Marsi. singul.*4. *Abb. Alciat. Ludouic. Roman. & alij*, quos sequitur *Phanut. loco proximè citato*, quod intelligendum est iuxta distinctionem traditam per *Negusant. de pignor.* 3. *memb. sexta partis nu.*39. *vers. primò limitatur*, & alios quos sequitur *Dominic. Gaito d. cap.*2. *tit.*3. *num.*531. & nouissimè *Christoph. Mart. dec. Senen.* 64. *num.* 9.

Quarta limitatio est, si processus,
20 & acta facta in primo iudicio producantur in hoc secundo contra tertiũ, ita vt ex eis possit sententia probabiliter iustificari, vt docet *Phanut. loco citato num.* 22. nam ex ipsorum actorum inspectione constabit Iudici, an de meritis causæ sit plenè cognitum, quod omnino requiritur, vt sententia noceat tertio nõ citato, vt post *Alex. Mascard.* & alios tenet *Dominic. Gait. loco citato num.*669. *& seq.*
21 Quinta, vt sententia possit exequi contra tertium nõ citatum in iudicio principali, debet in exequutione ipsiùs citari, non vt ordinariè iterum iudi-

iudicium agitetur, sed vt summariè deducere possit iniquitatem, & iniustitiam illius sententiæ, siue collusionem inter colliigantes ipsos principales, prout benè aduertit *Phanut. loc. cit. num.* 22. & decisum per Aragoniæ Senatum refert *Ioseph Sessè decis.* 163. *vol.* 2. quos sequitur *Dominic. Gaito d. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 722. Idque est, quod sentit *Rota Bononien.* apud *Anton. Monac. decis.* 23. *in princ.* dum ait, quod sententia lata contra vnum super liquidatione crediti, præiudicat tertio non citato, non quoad plenum præiudicium, sed quoad aliquam præsumptionem insurgentem ex sententia, quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & ita refert iudicatum.

Hæc pro veris habendo Mag. Cur. Vic. iudicauit sententiam, & liquidationem in dicta causa factam nullam, sed Sacrum Cōsilium licet hæc omnia esse vera in puncto iuris, censuit tamen respicere iustitiā causæ, & esse reseruāda ad merita ipsius in iudicio appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Duplex delictum continetur in foriudicationis sententia.*
2 *Sententia foriudicationis ferri debet super crimine, quod mortis pœnam mereatur.*
3 *Contumacia delictum est.*
4 *Iudici permissum est propriam iurisdictionem criminali authoritate tueri.*
5 Text. in Constit. Regni pœnam eorum *declaratur.*
6 *Pœna foriudicationis, siuè bannitionis est pœna contumaciæ, non criminis.*
7 *Amicus inimici mei, inimicus meus est, & è contra.*
8 Pragm. 1. §. 2. sub rubr. de exulib. *habet se extensiuè ad* Constit. Regni pœnam eorum.
9 *Decisio Magnæ Curiæ Vicariæ in Collaterali Consilio.*

Pœnam foriudicationis, & bannitionis remittendam foriudicato alium foriudicatum occidenti, ex Constitutione pœnam eorum, esse pœnam contumaciæ non autem delicti.

CAPVT LXIII.



Imperator Federicus in constit. Regni, quæ incipit *Pœnam eorum*, ad faciliorem foriudicatorum extirpationem, præmium statuit, vt si foriudicatus alium foriudicatum occidat, foriudicationis, & bannitionis pœnam quam incurrerat, euitet.

Hinc dum ageretur in Magna Curia Vicariæ de expeditione causæ Francisci Bauaresij inquisiti de pluribus delictis, allegatum fuit pro parte ipsius sibi deberi beneficium impunitatis, & indulgētiæ suorum criminum ex dispositione illius Constitutionis, vtpotè qui viuum præsentauit alium foriudicatum per Magnam Curiam vltimo supplicio affectum.

Quæ quidem prætentio vt noua visa fuit, & vsque adeò nondum in iudiciū deducta, ita ansam dedit perqui-

quirendi fundamenta ipsius. Vnde
1 pro Fisco dicebatur in omni foriudicationis sententia duplex delictum contineri, & proindè duplicem pœnam, licet vna ab altera ortum habeat.

Primum crimen est, facinus illud, quod cõtra legis præscriptum patra-
2 tur, oporteтq; esse tale, quod mortis pœnam mercatur, & de eo cõstet per legitimas probationes, seù per inditia sufficientia ad torturam, vt per *Gizzarell. decis.* 13. nouissimè aduertit *D. Reg. Rouit. ad rub. de sent. foriud. nu.* 36. sicque obseruat moderna praxis Tribunalium Regni, de qua nouissimè testatur *D. meus Regens Tapia decis. Sacr. Cons.* 49.

3 Aliud est contumacia ipsa, ad *tex. in l. omne delictum §. contumacia de re milit. & in c. cordi nobis §. fin. de appell.* quidquid dicat *Bal. in l. fin. C. de crim. stellionat.* nàm contrarium comprobatur ex eleganter traditis per *Farin. tom.* 1. *de delict. & pœn. quæst.* 18. *n.* 26. *Andr. Gail. de pac. publ. q.* 5. *nu.* 8. consistitq; crimen huiusmodi in cõtemptu iudicialis authoritatis, ideòq; iustis-
4 simè legibus proditũ est, Iudices posse propriã iurisdictionẽ pœnali coercitione tueri, vt patet ex *tex. in l. vnic.* vbi *DD. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & in l.* 2. *ff. si quis in ius voc. non ierit,* & probat *glos. magna in d. l. vnic. §. fin.* latiusq; prosequitur *Foller.* & alij relati per *Farin. loc. cit. nu.* 27. Hinc fit, vt vtrumq; delictum diuersimodè coerceatur: nàm delictum primum habet suam pœnam vltimi supplicij, vt prędiximus; cõtumacia verò punitur banno, siue foriudicatione, cuius vigore foriudicatus efficitur hostis publicus, *d. l. contumacia de re iudic. l. Roma, ad municip. l. hostes de capt. & postlimin. reuers. l. hostes de verbor. signific. Gail. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. poteritque à quocunque impunè occidi, prout patet ex eiusdem *Constitutionis* serie, *l. amissione §. qui deficiunt*, ibi, *Sed & ij, quos Senatus hostes iudicauit; de capit. diminut. Claud. Seysell. in l.* 1. *§. iuris gentium de iust. & iure, Menoch. de arbitr. quæst.* 90. *num.* 43. *& sequent. Mastrill. decis.* 285. *num.* 13. *& seq.*

Ex ijsque facilè dignosci posse, quid nam sibi voluerit *Imperator Federicus* in eius *text.* dispositione, cum statuit bannitionis, siuè foriudicationis pœnam remittendam esse foriu-
5 dicato alium foriudicatum occidenti, vt scilicet remissio fiat pœnæ contumaciæ, non autem delicti, & ita expresè colligi ex primordialibus verbis ipsiusmet Constitutionis, vbi dum quid sibi agendũ proponit Imperator, his prosequitur. *Pœnam eorum, qui in contumaciam perseuerant, dignis stipendijs prosequi &c.* vndè *communis noster Præceptor Andr.* hunc esse verum illius legis sensum edocuit *ibidem, verbo quid si Vniuersitas*, vbi considerando rigorem statuti, hac ponderatione auget admirationem, quod pœna hæc contuma-
6 ciæ, non quidem crimini imponitur; & rursus inferius in *glossa Francisci de Pisis*, eadem quoque ratio repetitur in ea quæstione, an quemlibet foriudicatum occidere liceat, veluti foriudicatum in actione iniuriarum, subditur: *Alij primum putant verius quasi ratione contumaciæ, non criminis hoc eueniat*; & paulò post, *notatur ex ista constitutione, quod contumacia est delictum, quia cum iste textus non loquatur nisi de contumacia, ergo &c.*

Et cõfirmatur vlterius ex eademmet ratione decidendi illius constitutionis, quæ dum vult pœnam foriudicationis remitti foriudicato, qui alium occiderit, supponit iàm non posse pro hoste publico haberi eum, qui

qui alium hostem publicum occiderit, seù detexerit; sicut enim vulga-
7 riter dici solet amicus inimici mei, inimicus meus est, *l. liberi de inoffic. testam.* & secundum *glos. in l. 1. verbo cum inimicis de officio Praefecti Vrbis,* & pluribus exornat *Dominus Regens Constantius Marchio Corleti ad l. 1. C. de classic. lib. 11. nu. 131.* ita è conuerso inimicus inimici mei amicus meus erit.

Hæc quę diximus, adeo vera esse dicebantur, vt in eadem materia dispositum videamus per *pragmaticam primam §. 2. sub rubrica de exulibus,* in illis verbis. *Quello, che fusse fuorgiudicato, ò delinquente dalla data della presente à dietro, che nelle dette Prouincie ammazzarà, ò pigliarà priggione, & consegnarà in potere della Regia Corte vn'altro fuorgiudicato, ò vn'altro delinquente, che hauesse commesso delitto tale, che importasse pena di morte naturale, se li perdonarà la sua forgiudicatione, & delitti, per li quali fusse stato forgiudicato.* Ex quibus verbis expresse colligitur multum differre pœnam foriudicationis à pœna
8 delicti, & quod quando id voluit Legislator expressit, necnon per hanc pragmaticam voluisse Regium Collaterale Consilium extẽdere, & ampliare dispositionem *Constitutionis pœnam eorum,* circa præmium promissum foriudicato occidenti alium, vt non solùm gaudeat foriudicationis, sed criminis quoque abolitione. At si diceremus idem dispositum per *Constitutionem ipsam,* extensio hæc necessaria non esset, & proinde inanis, & frustratoria, quod esset absurdum.

In hac controuersia Magna Curia iudicauit in fauorem Fisci, referente meritissimo Iudice ipsius *D. Hieronymo Salamanca,* & iterum confirmatum fuit in gradu reclamationis in Supremo Regio Collaterali Consilio de mense Septembris 1632. quam decisionem ne vlterius disceptari de his contingat, hic annotandam curaui, præterquàm quod dispositio dictæ Constitutionis quoad hoc reuera nunquam fuit in obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* verè *excludit omnem fictionem.*
2 *Publicus, et famosus latro quis dicatur.*
3 *Grassatorum duo sunt genera.*
4 *Consuetudine furandi efficitur quis famosus latro.*
5 *Dictio,* famosus, *idem est, quod publicus.*
6 Tiber. Decian. *doctrina commẽdatur.*
7 *Capitulum Regni* frequens, & incffrenata *habet locum etiã contra furantes de nocte per Ciuitatem.*
8 *Immunitatis causa cognoscitur summariè, & sine partis citatione.*
9 *Informatio minor sufficit ad videndũ, quomodo sit procedendum, quàm ad reum de crimine condemnandum.*
10 *Inditia ad torturam sufficiunt ad priuandum reum immunitate Ecclesiastica.*
11 Decisio Senat. Lusitan. *cõmendatur.*
12 *Promittens patefacere delictum, vel vt dicitur ponere in vero, adimplet dando inditia sufficientia ad torturam.*
13 *Manifestum dicitur, quod desumitur ex coniecturis.*
14 *Priuilegium fori est maius priuilegiũ immunitatis.*
15 *Assassiniũ probatur per inditia in terminis* c. pro humani de homic. in 6.
16 *Verbum* probabilibus, *aliquando accipitur pro indubitatis.*
17 *Indubitatum inditium quod sit.*
18 *Probatio plena resultat ex pluribus inditijs.*
19 Decis. Senat. Catal. 17. *videtur dura.*

20 *Verba*

Publicum, & famosum latronem Ecclesiastica immunitate non esse tutandum, vbi per inditia ad torturam de furtis constet, & quis in hac specie dicatur publicus latro.

CAPVT LXIV.



Vblicos, & famosos latrones Ecclesiastica immunitate non esse tuendos pluribus Canonicis sanctionibus statutũ est; sic ex *text. in can. sicut antiquitus* 17. *quæst.* 3. *&* *in cap. inter alia de immun. Eccles.* cum alijs. Hos vulgus pragmaticorum intelligit, qui in itineribus grassantur vias obsidendo, ex *text. in l. capitaliũ §. grassatores, de pœnis,* qui videtur ad literam hoc decidere.

Vnde in causa quam sollemnitèr vidi agitari in Archiepiscopali Curia Salernitana super extractione Felicis de Amora ab Ecclesia Diui Matthei, dicebat Fiscus eiusdem Curiæ non esse prædictum inquisitum priuãdum Ecclesiastica immunitate, ex duobus.

Primò, quoniã furta, de quibus inquirebatur, non erant cõmissa in vijs publicis, vt posset dispositio sacrorũ Canonum practicari; nam publicus & famosus latro dicitur is, qui tale crimen committit habito respectu ad locũ in quo grassatur, vt tradit *Angel. in d. l. capitalium §. famosos de pœn.* quẽ sequitur *Io. Ant. de Nigr. ad cap. Regni ad hoc nu.* 5. cũ alijs quos retuli supra *cap.* 17. *nu.* 20. cum ergo omnia furta ab ipso patrata fuerint intus Ciuitatẽ Nuceriæ Paganorũ meritò tutandus erit Ecclesiastica immunitate.

Secundò, de huiusmodi grassationis qualitate debere plenè, & cõcludenter constare tali probationis genere, quod inquisitus posset pœna ordinaria delicti puniri; nàm prætérquam, quod id regulare est in omni qualitate, vt de ipsa debeat ante omnia concludenter constare, *l. 2. §. sed si dubitetur de iudic. cum concord. aliàs à nobis adductis*, expressè hoc cautũ esse dicebat motu proprio Gregorij XIV. vbi S. P. vsus est verbo *verè*, cuius est excludere omnem fictionẽ, vt
1 per *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 15. *nu.* 15. & idẽ importat, quod *propriè*, vt aduertit *Farin. in praxi crim. par.* 4. *quæst...* *n.* 8. qui sic in proposita quæstione consuluit *cons.* 76. *Aug. Barbos. de dictio. ver. verè cap.* 419.

At pro parte querulantiũ respondebatur.

Ad primum, publicum, & famosũ latronẽ definiendũ non tantum eum,
2 qui in publicis vijs, sed illum etiã, qui pluries cum diffamatione in priuatis domibus, vel in syluis, vel in mari, cũ armis grassatur. Huius sententiæ sũt *Cepoll. in authent. sed nouo iure num.* 106. *C. de seruis fugitiuis*, ita intelligens *text. in d. l. capitalium §. famosos ff. de pœnis*, & intelligendam esse *glos. in cap. si quis fortitudinem* 23. *quæst.* 3

 & ad

& ad hoc (si benè perpēdatur) videtur *text. expressus in d.l.capitalium, §. grassatores*, qui è contra allegatur, vbi
3 duo distingui videntur genera grassatorum. Alterum eorum, qui in itineribus publicis cum armis assistunt, atque homines spoliant. Alterum eorum, qui frequenter homines cum armis aggrediuntur, & spoliant; non tamen itratas obsidēt: priorem namque dici posse propriè grassatorem, posteriorem verò publicum latronē, ex *Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 9. num. 7. Anton. Gomez tom. 3. variarum cap. 10. & Farinac. 1. par. quæst. 28. de carcer. & carcerat. nu. 50.* tenent *Mo-*
4 *derni de immunit. Eccles. lib. 5. cap. 11. nu. 4. & 5.* Ratio est, quia per talem consuetudinem furādi efficiuntur famosi, *argum. tex. in d.l. capitalium, §. famosos de pœnis, & in d. authent. sed nouo iure;* ideòque nulla differentia
5 est inter publicum latronē, & famosum, cum vox *famosus*, idem importat quod *publicus*, vt testatur *Fulgos. cons. 157. & Alexand. cons. 110. num. 6.*
6 *vol. 4.* & post eos *Franc. Marc. decis. Delphin. 989. num. 6. col. 2. tom. 1.* & dixi *eodem cap. 17. num. 13.* ijsque relatis tenet *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. vers. sed posset dubitari*, vbi ait: *Extendenda erit ergo prædicta limitatio, vt latro publicus non sit tutus in Ecclesia, siuè in vijs publicis cum violentia solitus sit depredari, siuè etiam in domibus priuatorum, modò id cum violentia faciat:* nàm maius videtur delictum in domo propria quā in via publica, à quibus nō dissentit *Farin. de furt. q. 166. nu. 14. & de immunit. Eccles. c. 10. nu. 152.* & sequitur *Mastrill. tract. de indult. cap. 33. nu. 5. Marius Italia de immun. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 34. & seq. Alexand. Peregrin. eod. tract. cap. 6. nu. 7.*

Hinc fieri asserebant, quod dispo-
7 sitio *tex. in cap. Regni frequens, & inef-frenata*, per quod imponitur publicis latronibus pœna mortis naturalis ex depositione trium sociorum criminis; Sacrum Consilium plurès iudicauit habere locum etiam contra furantes de nocte per Ciuitatem, ex rationibus superius adductis, & alijs per *D. Præsid. de Franch. decis. 570.* Ex quibus prædictum Pelicem solitum, & consuetum publicè, & cum diffamatione furari tàm in Ecclesijs, quā etiam in domibus priuatorū, & quod peius cum interemptione hominum verè, & propriè dici publicum, & famosum latronem. Ideòque immunitate Ecclesiastica nullatenus frui debere iuxta interpretationem prædictorum Doctorum.

Ad secundum dicebatur verum non esse conclusionem superius insinuatam scilicet probationes, ex quibus pronunciandum est super immunitate Ecclesiæ tàm cōcludētes esse debere, quantum requiruntur ad infligendum pœnam ordinariam deli-
8 cti; siquidem communis *DD.* sententia semper, & vbique recepta tenet, satis esse causam immunitatis cognosci summariè, & sine partis citatione, quod expressè sentiunt *Aufrer. Iacob. de Beluis. Hippol. de Mars. & alij*, quos sequuti referunt *Moderni d. lib. 6. cap. 15. num. 5.* ea scilicet ratione, quia id commune est omni informationi, quæ fit ad finem sciendi, quomodo sit procedendum in causa, vt semper
9 minor sufficiat, quàm ad reum de crimine condemnandum, eo quod istæ duæ cognitiones sūt distinctæ, & impossibile cognoscenti de immunitate Ecclesiastica præcapere certā, & euidentem cognitionē delicti, seù qualitatis ipsius, quandoquidem hæ non nisi in fine causæ post longum tempus, post tormenta, defensiones à reo factas, & compilato processu assequi potest.

Vnde

Vnde accusatum de crimine, cui immunitas Ecclesiastica non patrocinatur, ea priuandum eo ipso, quod præsumptiuè, licet non plenè, sed rātum per inditia ad torturam probetur delictum, seu qualitas, quamuis exinde non possit reo imponi pœna ordinaria delicti. Ratio est, quia in tortura potest tale delictum confiteri, & sic redditur verum, & sufficiēter probatum: & cum adhuc probatio huiusmodi, quæ speratur per tor-
10 turam, non sit ad finem perducta, interim criminosum nō gaudere immunitate Ecclesiæ iustum est, ita eleganter differit *D. Anton de Gama dec. Lusit.* 129. & rursus refert *decis.* 281.
11 pluries fuisse decisum per Supremū illum Senatum, quas decisiones singulares, & sequentes in iudicando, & consulendo dicit *Blas. Flor. de Mena eius additionator*; & sequitur *Castill. decis. Sicil.* 156. *num.* 9.
12 Accedat prædictis id, quod quotidie seruatum videmus per M. C. V. nam quoties Proregis iussu promittitur alicui criminis indulgentia. *Ponēdo in vero il delitto.* Tunc ad hoc, vt inquisitus gaudeat indultu sufficit, quod delictum patefaciat, dando inditia sufficientia ad torturam, & ita fuisse decisum in Collaterali Consilio temporibus Excellentissimi D. Parafan de Ribera Alcalanorū Ducis in causa Magnifici Federi i Pignatelli refert Dominus Præsidēs Aegidius de Tapia recolēdæ memoriæ in quibusdā suis singularibus, quæ hodie manuscripta seruantur per Dom. meum Regentem Corolū de Tapia eius filium auunculum meum; & ita similiter decisum in Senatu Messan. refert *Giurba cons. crim.* 22. & rursus *Mastrill. de indult. cap.* 29. *num* 22.

Et comprobatur ex magistraliter traditis per *Affl. in Constit. Regni multa leges de crim. sacrileg.* vbi postquam *num.* 10. docuit sacrilegium duobus casibus puniri pœna capitali, nec non arbitraria, dum dicit, quod primus est, quando quis manifestè templum Dei fregerit, quærit nu. 12. quomodo accipiatur illud verbum,
13 *manifestè* subditque idē dicitur manifestum illud, quod desumitur ex coniecturis, & verisimilibus probationibus, vt patet *in l. licet de leg.* 1. *& notat Abb. Siculus in cap.* 1. *col.* 1. *de cleric. non residen. & magis in specie doctissimus Peguer. in add. ad decis.* 43. *vers. restat nunc*; dum quærit quænam probationes sint necessariæ in crimine raptus ex dispositione *text. in l. vnic. §. si autem post C. de rapt. virg.* vbi videtur constitutum, non sufficere præsumptiones, & coniecturas; cōcludit non habere locum, vbi præsūptiones sunt à iure cognit ; & approbata, cum præsumptiones iuris dicātur liquidissimæ probationes, vt per *DD. in l.* 1. *C. de testam. mil.* & ex his dicitur plenè probatum crimen.

Et vlteriùs confirmantur, quoniā
14 nemo negabit priuilegium exemptionis fori, quod iure diuino concessum est personis clericorum esse maius priuilegio immunitatis, & alio quocunque. De huiusmodi enim dixit Christus. Vos Dij estis; & rursus, nolite tangere Christos meos. Et patet *ex cap. si Imperator 96 dist. vbi glos. verbo, & discuti*, & multos cumulat *Scaccia de iudic tom.* 1. *cap.* 11. *nu.* 44.
15 & tamen Summus Pontifex *in cap. pro human. de homicid. in* 6. ad priuandum clericum committentem crimē assassinij priuilegio clericali; dicit sufficere probabilia argumenta, ibi, & postquam probabiliùs constiterit argumentis aliquem, &c. quod si interpretari velimus cum *Felin. in cap. afferte de præsu npt. num.* 6. Verbum
16 illud *probabilibus*, idest *indubitatis*, quasi quod necessaria sint inditia indubitata,

dubitata, quæ æquiparantur plenæ probationi, iuxta *text. vulgatum in l. ſciant cuncti C. de probat. l. ſi quis C. de adulter. Gram. conſ. 1. poſt deciſiones nu. 21.* & rurſus *voto* 11. *num.* 20. Adhuc
37 dicebant querulantes, cum inditium indubitatum illud ſit, quod arctat mentem Iudicis ita, vt omninò credat inquiſitum talia perpetraſſe; nec in contrarium poſſit inclinare, vt per *Caſtrenſ. in d. l. fin. num.* 5. *C. de probat.* nec diſſentit *Boer. deciſ.* 164. *num.* 3. *&* 4. cum alijs, vel vt *Bald. ait in l. ea quidem ſub num.* 8. *C. de accuſat.* ſit demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo, tanquam in proprio exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat; ſequitur *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſump.* 7. *nu.* 16. *Maſcard. de probat. quæſt.* 15. *n.* 11. & poſt alios tenet *Farinac. de indit. & tortur. quæſt.* 36. *num.* 36. *&* 37. certè in eo proceſſu ex depoſitionibus duorum ſociorum criminis, ex inuẽtione rerum furatarum penès inquiſitum, ex confeſſione ipſius extraiudiciali, ex vehementi eius diffamatione, & ex tot delictorum complicatione, quæ de per ſe tantùm ſufficeret ad ipſum puniendum pęna ordinaria delicti, ſi credendum eſt *Bartolo in l.* 1. *C. de ſuperexact. lib.* 12. non tantũ oriri inditia indubitata; ſed verã, plenam, & concludentem probationem ſufficientem ad condemnandum inquiſitum etiam pęna capitali, ex eleganti doctrina *Bald. in l. excipiuntur* 14. *per illum text. ad Senat. Conſult. Syll.* ibi ex multis inditijs reſultat ple-
8 na probatio, etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra non puberem *Gloſ. in l.* 2. *in princ. in verb. legitimis de excuſ. tutor. Gram. conſ.* 27. *col. fin.* Et in omni materia ſufficiens dicitur illa probatio, quæ inducit Iudicem ad credendum, vt per *Soccin. conſ.* 11. *lib.* 3. *Decium conſ.* 510. *lib.* 4.

Probare enim nil aliud eſt, quàm inducere Iudicem ad credulitatẽ eius, quod intenditur *l. quingenta in fin. de probat. cum ſimilibus, Bart. in l. admonendi col.* 4. *de iureiuran.* & quod inditia poſſint inducere mentem Iudicis ad huiuſmodi credulitatem; notat *Bald. in l. non hoc in fine C. vnde legitimi*; vnde licet non relata doctrina *Baldi Regius Cataloniæ Senatus* plures decreuit, plures ſemiplenas pro-
19 bationes coniungi in criminalibus ad puniendum reum pæna ordinaria 1
delicti, quod mirabile eſt, vt per *Ludouicum à Peguera deciſ.* 17. quidquid tamẽ velit *Farinac.* de huiuſmodi cõcluſionis veritate, *moderni DD. in expoſitione Bullæ Gregorianæ in illis ver-* 2
20 *bis. An verè crimina expreſſa commiſerint*, aduertunt, cum grano ſalis intelligenda eſſe, vt Epiſcopus eam veritatem aſſequi ſtudeat, quam ſummariè, & extraiudicialiter poteſt, ita vt conſcientiam ſuam informet, illum verè commiſiſſe delictum: etenim ſic id apertiſſimis verbis declaratum referunt per Summum Pontificẽ Clementẽ VIII. ad interrogationem Archiepiſcopi Panormitani, publicis ad eum datis literis in forma Breuis ſub
21 die 6. Februarij 1597. quæ ſic ſe habẽt in puncto, *ſi tibi ſummariè ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tua conſcientiæ informatione ſufficere tibi videbitur, conſtiterit, reos homicidium prædictum* (agebat enim de homicidio quodam proditorio, & ſub ſpe immunitatis propè Eccleſiã commiſſo) *perpetraſſe*. De hoc etiam Motu proprio præter alios meminerũt ad propoſitũ eruditiſſimus *Giurba conſ. crimin.* 70. *num.* 22. *&* 23. *&c.* & rurſus *conſ.* 100. *num.* 28. hiſque, & alijs fundamentis noſtram ſententiã defendit *Gratian. diſcept. forenſ. to.* 3. *cap.* 596. *num.* 22. *& ſequent.* aliàs à nobis prolixiori calamo relatus.

Cùm

Cùm ergò præter iuris dispositionē habeamus quoque mentem Bullæ declaratam per Summum Pontificem, non est *de Farinacio curandum d.cons.* 76. nam ipsemet fassus fuit postea malè inibi sensisse attento supradicto Motu proprio Clementis VIII. vt videre est in *cons.* 211. *num.* 19. *volum.* 3. quod ostendit mihi Dominus Alexand. Lucianus dignissimus
22 Auditor Eminentissimi Cardinalis Boncompagni, Archiepiscopi Neapolitani, non minus sanguinis splendore, quàm vitæ sanctitate, cæterisq; animi virtutibus præclarissimi, sed dato millies, quod *Farinacij* assertio posset substineri, dicebatur adhuc nostro hoc casu delicta superius enunciata, de quibus inquiritur Felix ille, esse plenè, & concludenter probata, adeò vt ex ijs probationibus posset Iudex ipsum damnare etiam pœna capitali: obseruo enim tot furta, & sacrilegia, & homicidia cōmissa per ipsum detecta fuisse per depositiones duorum sociorum criminis, vt prædixi, quæ in delictis exceptis, in quibus socius de consocijs potest interrogari, prout est in crimine furti *Farinac. de indit. ad tortur. quæst.* 43. *nu.* 45.
23 faciunt plenam probationem, sufficientem ad condemnandum: ita in terminis doctissimus *Anton. Gomez tom. 3. var. capit.* 12. *num.* 18. videndus omninò, cuius doctrinam, vti verissimam in puncto iuris tener, & sequitur idem *Farinac. in d. quæst.* 43. *num.* 71. *& sequent. præcipuè num.* 76. vbi vult indistinctè procedere, quoties depositio socij criminis adminiculatur alijs psūptionibus, & coniecturis

Hæc in causa fuerunt dicta, vt Curia ipsa Archiepiscopalis Cōsulto prius de omnibus Eminētissimo Cardinali de Trescio illius Ecclesię dignissimo quond. Præsule, & eximio Doctore eius extractionem non impediret. Omissa disputatione num Ecclesia possit hunc inquisitum de furtis in ea commissis tam grauibus tueri: attenta etiam dispositione Bullæ supradictæ, quo in casu excludendos esse ab ipsius immunitate, docuerunt quamplures grauissimi Auctores relati per *Gratian. discept. forens. tom. 3. cap.* 598. *num.* 20. *& c.*

SVMMARIVM.

1 *Hospitale gaudet priuilegijs Ecclesia.*
2 .. *si publicum sit.*
3 .. *publicum quodnam sit.*
4 .. *gaudet Ecclesiastica immunitate.*
5 .. *debet ab Episcopo in locum sacrum erigi, vt gaudeat immunitate.*
6 .. *diù erectum ex signis præsumitur consecratum.*
7 .. *ex quibus signis iudicetur consecratum.*
8 .. *in dubio præsumitur profanum, etiā si in eo hospitalitas exerceatur.*
9 *Exempla declarant, non restringunt regulam.*
10 *Episcopus in locis profanis non habet institutionem, neque destitutionem.*
11 *Ordinarijs locorum permissum est loca pia quęcunque sint visitare.*
12 *Hospitale, in quo Episcopus deputat Rectorem præsumitur sacrum.*
13 *Scripturam exhibere tenetur is, qui se fundat in aliquo actu, qui per scripturam solet explicari.*
14 *Testes deponentes tenorem scripturæ deperditæ, debent esse periti.*
15 *Rector hospitalis debet esse perpetuus.*
16 *Hospitale non religiosum non tenetur Episcopo ad iura Episcopalia.*
17 *Hospitalis fundatore mortuo, cura ipsius ad Episcopum pertinet.*
18 .. *debet expressè dotari, nec sufficit annuus redditus, vt sacrū censeatur.*
19 *Iudici deposito officio nō creditur de gestis in ipso & c.*

Ho-

Hospitalia gaudere Ecclesiastica immunitate; si tamen constet esse Episcopi authoritate consacrata: idque data temporis diuturnitate signis, & coniecturis probari posse.

CAPVT LXV.



1 OMnia priuilegia, quæ sacrosanctis Ecclesijs quibuscunque iura tribuerunt cõpetere etiam xenodochijs, siue hospitalibus, non est in dubium reuocandum, ex Imperiali rescripto *in l. omnia C. de Episc. & Cleric.* & tenet *Bal. in l. si quis ad declinandam C. eod. Archidiac. in cap. definiuit 17. quæst. 4. Io. Andr. in cap. quia contingit, de Religios. dom. & in clem. dispendiosam verb. beneficia de iudic. cum alijs per Farinac. in prax. crim. quæst. 28. nu. 36. Decian. tract. crim. lib. 6. tit. de extrahent. ab Eccles. cap. 25. num. 18. Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. num. 4. vers. 3. constat, Socc. in l. rem, quæ nobis, vers. 2. dubitatur de acquiren. possess.* cum alijs per *Anton. Gabriel. com. con. lib. 6. conclus. 2. num. 4.* si tamen huiusmodi hospitalia
2 non priuata, sed publica sint; *Bald. in auth. hoc ius porrectum vers. sed hic quæro C. de sacros. Eccles. Barbat. in cap. nulli vers. & pondera subtiliter de rebus Eccles. non alienan. Anton. Gabr. loco proximè citato num. 10. Rot. Roman. decis. 725. num. 2. 1. par. in nouiss. Aluar. Valasc. consult. 105. num. 12.*

3 Publicum hospitale vocant nostrates, quod est fundatum, siue erectum Episcopi authoritate ad *tex. in cap. ad hæc de religios. domib.* vbi *DD.* notant, quos nouissimè congerit *Augustin. Barbos. in collect. ad eundem latiusque in tract. de potest. Episcopi allegat. 75. nu. 3.* præter quos hanc cõclusionem pluribus comprobat *Dec. cons. 488. num. 4. & cons. 504. num. 1. Gratus cons. 204. num. 22.* & alios referunt *Tiraquell. in tract. pia causa in princip. num. 5. Farinac. de immunit. Eccles. num. 266. D. Reg. Carol. de Tapia Marchio Belmõtis Auunculus meus in Cõment. ad cap. Reg. 95. quod incipit; item statuimus quod Ecclesia num. 7. tit. de his, qui ad Eccles. confug. lib. 1. iuris Regni,* latè *Anton. Gabr. d. conclus. 2. num. 1. Aluar. Valasc. consult. 105. & sequent.*

4 Gaudebunt ergò hospitalia Ecclesiastica immunitate, quod est vnum, & præcipuum priuilegium concessum diuinis domibus.

Sed tamẽ errant ipsi hac nuda cõ-
5 tenti assertione: etenim nõ sola Episcopi authoritas immune reddit hospitale, nisi & illud in locum sacrum & religiosum erigat, ijs tamen modis quibus sacrosanctis legibus, & canonibus loca profana sacra, & religiosa efficiuntur; quę si rectè intueatur est vera, & genuina decidendi ratio, *ad tex. in d. c. ad hæc de religios. domib.* quã insinuat *glos. ibid. verb. authoritate Pontificis,* & eleganter disserit *doctiss. Felin. in cap. de quarta de præscrips. nu. 11.* his verbis; *secunda declaratio est; si hospitale non est ædificatum ad Missã celebrãdam, nec ibi est Rector perpetuus, nec habet dotem, non dicitur locus religiosus, nec gaudet immunitate, licet cũ authoritate Episcopi sit ibi Altare, in quo*

quo aliquando celebratur; ad quod allegat *Card. Zabarell. in c. fi. de censib.*

Fateor quidem, quod concurrẽte
6 longi temporis cursu, vt rectè post plures obseruat *Menoch. de præsum-ptio. lib. 3. c. 132. nu. 51. Barbos. d. tract. de potest. Episc. c. 75. n. 5.* vbi de tali sollẽni erectione specificè nõ cõstet, sit ad signa, & coniecturas recurrendum, *Felin. loco citato num. 13. circ. medium*. Sunt autem hæc illa dumtaxat, quæ locum sacrum, & religiosũ efficiunt, eorumque præcipuum,
7 si locus habeat formam Ecclesiæ, & in eo sit altare, siuè Oratorium consacratum cum campanile, & campanis, quibus ciues vocentur ad rem sacram, aliaque diuina officia audienda, non semel, raro, & priuatim, sed quotidie, & publicè celebranda, vt docet *Archidiac. in cap. nemo de consecrat. distin. prima Innoc. in cap. inter dilectos, de donation.* ex cuius dictis fuisse decisam Florentiæ magnam quæstionem refert *Felin. loco proximè cit.* & multos congerit *Mascard. de probation. concl. 869. in prin. Ant. Gab. loc. cit. n. 5. Guttier. canonic. quæst. lib. 1. c. 35. n. 20.* cũ sexcẽtis alijs nemine cõtradicẽte

His deficientibus signis, & coniecturis, hospitale iudicandum est profanum, & priuatum quantumcumque in eo hospitalitas, aliauè opera pia exerceantur *Bald. in d. l. si quis ad declinandam. vers. sed iuxta hoc quæro, Alexand. cons. 120. num. 3. libr. 1. Iason. cons. 218. num. 1. Cur iunior* latè *cons. 1. per totũ, Ioseph. Ludouic. dec. 90. n. 9. p. 2. Mast. decis. 110.*
8 *nu. 16.* vel saltim tale est præsumẽdũ, vt post *Federic. de Senis cons. 125. Roman. singular. 35. Riminald. senior. consil. 486. num. 13.* decisum per *Rot. Florentin.* testatur *Magon. dec. 61. n. 15.* eò quod non omnis locus pius sacer, & religiosus est, & proinde immunis; nam hæc qualitas distincta, & separata est à pietate, vt benè ad rẽ cõsiderat *Rom. cons. 477. in fine Bald. cons. 5. volum. 3.* cùm cæteris relatis per *Ant. Gabr. d. conclus. 3. n. 1. vers. contrarium*, & cum est fundamentũ intentionis, non præsumitur nisi probetur, vt benè aduertit *Regens de Ponte cons. 18. numer. 5.* vnde dicendum est *Paul. Staiban.* doctum certè Iurisconsultum incautè hos terminos confundisse in suo *consil. 95.* ideòque cautè legendum.

Deficere q̃ppè supiora, q̃ retulimus signa negari nõ poterat in causa Tiberij de Vincentijs Baronis Terræ Pizzuti, carcerati in Mag. Cur. Vicariæ pro homicidio commisso in personam Thomæ de Vincentijs eius patrui petentis reponi in hospitale Castri Pedemontis Abbatiæ Sancti Germani; sed videbatur ad alia esse re-
9 currendum, eò quod natura exemplorum hæc est, vt declarent non autem restringant regulam *l. regula in fine de iur. & facti ignorant. §. hactenus instit. de gradibus cap. Romana §. si autem de appellat.*

At respõsũ fuit, tũc recurrẽdũ esse ad alia, si talia sint, quæ locũ efficiant sacrũ, & religiosum, prout rectè sentit *Guttier. dicto cap. 35. numer. 26.* ibi, *vel alia signa sacrum indicantia, &c.* Hinc appositè tradit *Hostiens. in capit. cum olim il secondo §. Iudices autem circa finem de Priuileg.* quod ad hospitale erigendum debet antè omnia Episcopus locum Deo consecrare figens in eo salutis nostræ signũ prout eũ refert, & sequitur *Mar. Ital. de immu. Eccles. lib. 1. c. 4. in initio nu. 19.* dicens esse multum diligenter aduertendũ in fundatione huiusmodi locorum, quia in ea debet interuenire authoritas Episcopi, qui primũ lapidem imponat. Signa autẽ quę pro inquisito afferebantur, videndũ

eſt ſigillatim de vno quoque an id
præſeferant.

Quòad primum quod Epiſcopus
hoſpitale illud viſitet, rationeſque
adminiſtratorum recipiat, quod fieri
poſſe non videtur, niſi locus eſſet re-
ligioſus, & ipſius authoritate cõſtru-
ctus, eo ꝙ in priuatis, & ꝓfanis Epus
10 nõ habet inſtitutionẽ, nec deſtitutio-
nẽ vt dicit *Bal. in d. auth. hoc ius porre-
ctum*; vnde neceſſariò eſt ꝓſumẽdum
ipſius authoritate erectum, vt tenet
Reg. de Pont. d. conſ. 18. *nu.* 2. 3. *&* 8.

Sed reſponſum fuit, conſecutio-
nem nõ rectè procedere, nã Ordina-
11 rijs locorũ permiſſum eſt non ſolum
religioſa loca viſitare, ſed etiam pia
quæcũq; ſint quãuis profana, ex diſ-
poſitione *Sacroſancta Trident. Synod.
ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *&* 9. exceptis tantum-
modo ijs, quę ſubsũt immediatè Re-
gum protectioni; idq; efficiunt nõ iu-
re ordinario, ſed vt Sedis Apoſtolicę
delegati, & ita pluries cenſuit *Sacra
Rota Rom.* prout refert *Garzia de be-
nef. par.* 5. *c.* 1. *nu.* 602. *in fin.* & aliã de-
ciſionẽ eiuſdem corã *Card. Ludouiſio
poſtea Summo Pontifice Gregorio XV.*
refert *Farinac.* inter nouiſſimè recol-
lectas per eundem *deciſ.* 30. *nu.* 8. *p.* 2.
latiſſimè *Barboſa d. alleg.* 75. *per totam.*
Cũ ergò prouiſio eſt hęc ſpecialiter
facta in illis duobus caſibus tantum-
modo in eiſdẽ capitibus expreſſis; nõ
eſt trahẽda ad cõſequentiã, ſed in cę-
teris recurrendũ ad ius cõmune, pro-
ut doctè admodum ſcribit *Guttier. d.
cap.* 35. *num.* 18. *verſ. hæc tamen*.

Secundũ ſignum, quod re vera ma-
12 gis ſtringere videtur, illud eſt, vt .ſ. ſit
in eo hoſpitale deputatus Rector ab
Epiſcopo; vnde cõſequitur illud præ-
ſumendum erectum eiuſdem autho-
ritate, prout expreſsè deciſum
fuit per *Rot. Roman. deciſ.* 725. *num.*
1. *par.* 1. *in nouiſſ.* & tenet *Marius
Antonin. var. reſolut. lib.* 1. *c.* 14. *nu* 4.

Verumtamen hæc procedere di-
cebatur. Primò vbi de huiuſmodi
Rectoris inſtitutione conſtet per le-
gitimam, & authenticam bullam, nec
teſtes ſufficere, nam compertum eſt
13 in iure, cum qui ſe fundat in aliquo
actu, qui ſcripturam deſiderat, vel
ſaltim de cõmuni ſtylo ꝑ ſcripturã ſo-
let expediri, teneri eã exhibere, eo ꝙ
hoc caſu ſcriptura eſt de eſſentia,
prout docet *Anton. de Butr.* in propria
materia *in cap. in noſtra de reſcriptis*, &
latè diſſerit *Afflict. deciſ.* 253. *num.* 3.
& ſequen. & pleniùs *deciſ.* 398. vel ſal-
tim debet probari ſcripturæ, ſeu li-
terarum deperditio, ad theoricam
Bart. in l. ſicut C. de fid. inſtrument. &
notat. *Guid. Papæ in commen. ad ſta-
tut. Delphinat. ſi quis per literas in
proœmio num.* 23. *& queſt.* 474. vbi
14 *Ferrer. eius additionator*, & teſtes
deponentes ſcripturæ deperditæ te-
norẽ debẽt eſſe periti, vt cognoſcere
poſſint vitia ſcripturę, aliàs nõ proba-
rent, *ad not. per Bar. in l.* 2. *§. Diuus de
iur. fiſc. & in auth. ſi quis in aliquo n.* 19.
C. de eden. cũ alijs relatis ꝑ *Cãcer. var.
reſol. to.* 3. *c.* 3. *de priuileg. & reſcr. n.* 171.
15 Secundo talẽ Rectorem debere eſſe
perpetuum iuxta tradita per *Felin. in
d. c. de quarta nu.* 11. *verſ. ſecũda decla-
ratio*. Tertiò nõ ex eo ſolũ, quod Epi
ſcopus hoc vnũ ius Epiſcopale in hu-
iuſmodi hoſpitale exercuerit; exin-
de inferri debet neceſſariò fuiſſe
ipſius auctoritate conſtructum; nam
doctè ſatis, & eleganter in ſpecie
reſpondet *Abb. in cap.* 1. *num.* 5. *de
religioſ. domib.* nòn ideò hoſpitale
eſſe religioſum niſi aliunde conſtet;
nam, inquit ipſe, *contrarium conſu-
lit Federicus de Senis conſ.* 225. *quia
de poſſeſſione vnius articuli nõ eſt inferẽ-
dũ ad alios articulos, vt in d. cap. cum
contingat cum ſimilibus: non obſtat iſte
textus, quia locus iſte neceſſariò debe-
bat eſſe ſubiectus alicui Epiſcopo;*

idcò

ideò præsumptio est pro eo, qui exercuit
16 *ibi aliqua iura. Sed non sic est in hospitale, quia hospitale non religiosum non tenetur Episcopo ad iura Episcopalia cap. ad hæc, ideò sumus extra terminos huius capit. vt sic dicamus tantum fuisse præscriptum, quantum probatur fuisse possessum, & facit hoc ad multas quæstiones*; quam doctrinam meritò extollit *Mascard. dicta conclus.* 869. *num.* 8. Et tandem
17 potest id fieri ab Episcopo, eo quod mortuus sit hospitalis fundator, quo casu etiam in profanis, & priuatis cura ipsorum ad eum pertinet, vt docet *Abb. in c. de xenodochijs n.* 3. *de religios. domib. Federic. de Senis cons.* 111. *in princ. Steph. Gratian. discept. forens. to.* 3. *cap.* 481. *nu.* 9 *Barbos. d. cap.* 75.

Tertium quod affertur signũ, nẽpè habere annuum redditũ ducatorum sexdecim, neque sufficiens esse dicebatur, vt hospitale præsumen-
18 dum sit publicum, & religiosum, nisi constet de expressa dotatione ad tradita per *Felin. dicto cap. de quarta num.* 11. *Menoch. de præsumpt. libr.* 6. *capit.* 79. *numer.* 4. *Rota Romana decis.* 508. *par. prim. in nou ss.* & expressiùs post alios tenet *Caualcan. dec.* 17. *nu.* 65. *par.* 2. oportere quod sit instituta, & facta dotatio: nam aliàs si solũ salarium, vel introitus quorundam bonorum essent pro operibus pijs designati, tunc locus esset profanus, &c. Idque maximo cum rigore seruandum animaduertit *Mar. Ital. de immunit. Eccles. d. cap.* 4. *in init. num.* 22. *versic. hoc autem*; eo quod apud Gentiles in suorum templorum ędificatione huiusmodi sollemnitas celebrata fuerit, prout eleganter obseruat *Frater Hieronym. Roman. in tract. de las Republicas del mũdo par* 2. *de la Republ. Gentil. lib.* 3. *c.* 1. *col.* 4. *in fin.*

Et tandem non esse habendam rationem dicebatur de attestatione
19 Capitanei Auila, nam de his, quæ gessit in officio, eo deposito non statur dicto ipsius Iudicis, ex doctrina *Baldi in c.* 1. *col.* 2. *ver. extra quaro, qui success. tenean.* quam esse notabilem dicit *Vinc. de Francb. dec.* 185. *nu.* 3.

Ex quibus per Mag. Cur. Vic. delegatã in Supremo Collaterali Consilio fuit pari voto decisum huiusmodi hospitale, ex eo quia non habebat requisita à sacris canonibus præfinita ecclesiastica immunitate nõ gaudere; referẽte meritissimo Iudice Moles die 19. Octobris 1633.

SVMMARIVM.

1 *Delictorum grauitas augetur ex circumstantia loci.*
2 *Palatium, Principis, Prætorium Magistratus, Theatrum, vel forum dicitur quasi loca sacra.*
3 *Domus Principis securum debet esse omnibus asylum.*
4 *Carceratum si quis offenderit censetur Regiam Maiestatem offendere.*
5 *Bannitus eo ipso quod est carceratus nõ potest offendi.*
6 *Delinquẽs in Palatio Principis, siue Magistratus Prætorio arbitrariè punitur.*
7 *Pęna arbitraria contra delinquentem in Palatio Principis potest extẽdi vsque ad mortem inclusiuè.*
8 *Iniuria æstimatur plerũque ex qualitate personæ inferentis, & patientis.*
9 *Nobiles non tenentur iniuriam ferre, secus autem Plebeij.*
10 *... si ab alio aggrediantur non tenentur aufugere, secus rustici.*
11 *Prouocatio verbis iniuriosis facta alijs verbis est vlciscenda, non autem manu, & ferro.*
12 *Birroarij sunt viles personæ, & communiter infames reputantur.*
13 *... ad testificandum non admittuntur.*
14 *Verba iocosè, & communiter vsitata non sunt ad iniuriam referenda.*

15 D. Franc. Balboa Iudex M. C. Vic. *laudatur.*
16 *Delinquens ex ira, & animi motu mitius punitur.*
17 *Iracundia tollit deliberandi consiliũ.*
18 .. *excusat delinquentem à pœna ordinaria delicti.*
19 *Pœna ordinaria non irrogatur ei, qui sine dolo delinquit.*
20 *Causa iniusta excusat à delicto.*
21 *Honor maximum est bonorum omnium.*
22 .. *sicut vita æstimandus est.*
23 *Occidere licet pro honoris defensione aggredientem sicut pro corporis tutela.*
24 *Prouocato nedum licet occidere prouocantem, sed & tertium ad rixã superuenientem.*
25 *Iniuria, quæ verberibus fit vili, & ignobili personæ, dicitur atrox.*
26 .. *Verbalem ferro, & armis propulsans punitur tantummodo de excessu.*
27 *Delictum factum in Palatio Principis non præsumitur præcogitatum, quando nõ præcedũt inimicitia, & similia.*
28 Don Ioannes Franc. del Castillo Siculus *laudatur.*
29 Marius Muta Siculus *præconijs extollitur.*
30 *Delinquens in rixa in Ecclesia non amittit ecclesiasticam immunitatẽ.*
31 *Ecclesia sanguine polluta quando non sit reconcilianda.*
32 *Iudex pro iniuria vltione est regulariter adeundus, sed excipe casũ vt hic.*
33 *Author delicti acriùs punitur.*

Crimen calore iracundiæ ad vlciscendam grauem iniuriam commissum in Palatio Principis, Prætorio, vel carcere, non esse pœna ordinaria puniendum.

CAPVT LXVI.

1 AVgetur plerumque delictorum grauitas ex circumstantijs, & qualitatibus, inter quas vna est, & præcipua locus scilicet, in quo patrantur si credimus *Claudio Saturnino in l. aut facta §. locus ff. de pœn.* vtpotè si in theatro, vel foro, in Palatio Principis, seu Magistratus Prętorio, *l. Prætor edixit §. atrocẽ iũcta l. sed est quæstionis ff. de iniurijs*; hæc .n.
2 loca quia publica sunt, & Principis Maiestati dicata, quasi sacra reputantur, *ad tex. insignẽ in l. vn. C. de Palat. & dom. dom. lib. 11. vbi Luc. de Pen.* idque ad propositum nostrum obseruat *Frec. de subfeu. lib. 1. tit. de off. Mag. Siniscal. nu. 6. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 8. n. 35. Marius Burg. de modo procedendi ex abrupto cent. 1. q. 19. n. 209. Muta super Prag. Regni Sicil. to. 1 c. 45. nu. 8. & decis. 36. num. 16. & 21.* Ideo-
3 que domum Principis securum esse debere omnibus asylum, & cuicunq; tribuere securitatem tradunt *Bald. in l. 1. C. de his, qui per met. Iudic. non appellau. Alberic. in l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 9. nu. 57. D. meus Regens Tapia ad constit. vt participatio nu. 3. sub tit. de iniur. etiã Curial. illat. lib. 5. iur. Reg.* quod præcipuè procedit in loco car-
4 ceris, in quo si quis delinquat acriùs punitur; nam censetur Regiam Maiestatem offendere *Mar. Burg. loc. cit. nu. 208.*

num.208.*Mut.d.tit.45.num.*13. maximè si delictum sit commissum in personam eorum, qui in vinculis manēt; hi enim sub Regia custodia, & protectione sunt *Burg. loc. cit. num.* 208.
5 *Mut. decis.36.nu.*17. vndè Bannitus, qui aliàs à quocumque posset offendi eo ipso, quod carceribus mancipatur, tutus est ab omni molestia, & offensa, *Muta loco proximè citato*, idcirco officium Iudicis interponitur extraordinariè, & ex abrupto contra offendentem carceratos, prout peculiari lege constitutum esse in Regno Siciliæ referunt ijdem *Marius Burg. ibid.num.*209.*& Muta super pragmat. d.tit.*45.*nu.*13.

6 Pœnā autem quæ irrogari debet contra delinquentem in his locis esse Iudici arbitrariam, affirmant *Conrad. Alex.Crauett. Anton.Gomez,& Menoc. de arbitr.Iudic. casu* 263.*nu.*23. quos sequitur *Farin. de var.ac diuers.crim. quæst.*105.*num.*194.& posse extendi
7 vsque ad mortē inclusiuè, vbi Iudex coram Principe, vel ipso consulto ius dicit, ex *Farinac. tom.*1.*tit. de delict. & pœn.quæst.*18.*nu.*60. aduertit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.*1.*de prouis.fieri solit.*§.2.*num.*15. ibique conspicitur taliter fuisse pluries practicatum ipso consulente, & signanter cōtra eum, qui de mādato alterius vulnus intulerat in pueri faciem propè ianuam Ecclesiæ Societatis Iesu. Sic & *Cassan. in catalog. glor.mund. par.*5. *consider.*24.*num.*125. refert fuisse Bononiæ damnatū ad mortem quendā Gallum, qui in Palatio Papæ in rixa alapa percusserat alium; cuius exempli meminerūt *Frec.d.tit.de offic.Magni Siniscalc. Regens de Ponte, D.mens Regens Tapia, Mastrill. loc. cit. & D. Reg.Constant. ad d.l.vnic. C. de palat. & domib.Dominic. lib.*11.*num.*16. & secundum hæc bis fuisse iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ condemnando Vincentium Coqui inquisitum de homicidio in rixa commisso intus Palatium Magnæ Curiæ, necnon Hieronymum Riccardum, qui percussus alapa similiter alium occiderat in eodem loco, dicebat *D. Iulius Mastrillus eruditissimus Fisci Patronus*; vt proindè iusta videretur ipsius instantia, quod furcis suspenderetur Ioannes de Acito miles cohortis Campaneæ, qui dum quosdam Carceratos asportaret ad carceres Magnę Curię, Alexandrum Faraum carceratum intra cancellos existentem occidit, qui grauissimas ei intulerat iniurias vxoris pudicitiam denigrando.

Nec esse attendendam iniuriarum prouocationem, etenim scitum est
8 apud Iureconsultos iniuriam præcipuè ęstimari ex qualitate personæ inferentis, & patientis, vt inquit *text.in l.fin. ff.de iniur. cum concord. ibidem adductis per glos. in verb. persona*, & notat eleganter *Anton. Gomez de delict.cap.6.rubr.de iniur.lib.*4. *Iacob.de Graff. decis. cas. conscient. lib.*2.*par.*2. *& decis.*17. *nu.*3. *Peguer.decis.*13.*nu.* 19.*Menoch.de arbitr.d.casu* 263.*nu.*1. cum alijs relatis per *Farin. d.q.*105.
9 *nu.* 177. nobiles enim iniuriam ferre non solent, nec tenentur; at viles, & plebei facillimè eam tolerāt, parum de proprio honore curantes, vt pulchrè obseruat *Francisc. Pegna in directior.inquisit.*3.*par. schol.*123. *quæst.* 57. *col.*4.*vers.sed in hoc*, quem refert, & sequitur *Mascard. de probat. tom.*2. *conclus.*898.*nu.*25.& in propria quæstione *Muta d.decis.*36.*nu.*27. vnde descendit id quod tradunt *DD.* relati per *Boer.decis.*168.*num.*5. *& Ferd. Vasq.controu. lib.*1.*c.*18.*nu.*20. quod
10 rusticus, & vilis si ab alio aggrediatur ad fugiendum tenetur, nō sic nobilis; ideoque his casibus non esse licitum prouocato offendere prouocantem,

-cantem, tenuerunt *Felin.& Abb. in cap. dilecti de except.* cum alijs ad cõprobationem cumulatis per eundem *Mar. Mut. d. decis. 36. num. 30. & seq.* subdentem debere hoc casu prouocatum adire Iudicem, ad quod facit *text.* elegans in *l. fin. ff. quod met. caus.* ibi, *cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate praeditum, qui utique vim eum pati prohibuisset,* vel saltim, vt inquit *Bald. in l. 1. vers. sed numquid C. vndè vi,* prouocatio-
11 nem verbis iniuriosis factã alijs verbis esse vlciscendam, non autem manu,& ferro, sequitur *Angel. Aret. in tract. malefic. in verbo contumeliosa, vers. quid si aliquid dicto, vel facto, Iacobin. de Sancto Georg. in l. fin. ff. quod quisque iur. Menoch. cons. 41. num. 10. lib. 1.* & latè disputat *Cabal. resol. crim. centur. 2. casu 154.* quos, & alios ad rem sequitur *Mut. loc. prox. cit. nu. 34.*
12 sũt quippe birruarij, seù satellites viles personæ, communiter infames reputantur, omni vitiorum macula asperfi, vt scripserunt *Bald. in l. final. 8. quaest C. de edict. Diu. Adrian nu. 47. August. Bero. quaest. 84. nu. 1. Clar. S. fin. quaest. 7. vers. hab. s igitur in fine,*
13 Ideoq; nec in iudicijs admittuntur ad testificandum ex eodem *Bald. & Salic. in l. etiam C. de testib. Angel. in l. sciendum C. de usur. Gramat. vot. 21. num. 1.* cum mille relatis per *Farinac.*
14 *de testib. quaest. 56. num. 371.* Addebat Fisci Patronus huiusmodi verba potius iocosa, & communiter vsitata à carceratis, vt scitum est non esse ad iniuriam referenda, prout ex *Butrig. in l. si non conuitij in princ. C. de iniur. & text. in l. illud S. 1. in fin. ff. eodem,* & alijs notat *Farinac. d. quaest. 105. num. 125.* & in propria nostra specie *Muta d. decis. 36. num. 22.* & casus decisi per Magnam Curiam fortius conuincunt prædictum Ioannem pœnam vltimi supplicij pati debere, quia cessabat in illis consideratio huiusmodi de vilitate personæ; erat enim Vincentius Coqui nobilis, & Hieronymus Riccardo mediæ conditionis, & nihilominus ad mortem damnati fuerunt.

Ex his obtinuit Fiscus in prima instantia in Magna Curia Vicariæ de-
15 legata, referente *Iudice D. Francisco Balboa* nobilissimo, & eruditissimo Hispano, quemadmodum ostendit libellus ab ipso editus, quem inscripsit *Monarchia Regum Hispaniæ.* Sed introducta causa reclamationis in supremo Collaterali Consilio, dicebatur pro inquisito nimis duram fore sententiã Magnæ Curiæ, vtpotè, quæ vltimo supplicio afficit delinquentẽ
16 ex ira, impetu, & animi motu prouocatum, quod repugnat manifestè omni iuri: *Plato* enim Philosophorũ Princeps, & Legislatorũ Magister *lib. 3. de leg.* iustissimè sanxit eum, qui primo iræ impetu hominem interficit, quasi inuoluntarij homicidæ habere rationem, ideoque leuiùs puniendũ, prout refert *Euseb. ad Theodor. in praepar. Euangel. lib. 13. cap. 13.* idque ad imitationem *Moysis* primi omnium legumlatoris, de quo refertur *Deuteronom. cap. 19.* statuisse mitius puniẽdum eum, qui dolore commotus occidit occisorẽ proximi sui: vndè *Alex. de Ales in summa 4. par. q. 86. memb. 1.* in expositione *eius loci, multa,* inquit, *perpetrata instante dolore remanẽt impunita, quae si cessante dolore fierent, essent punienda,* quem refert *Tiraq. de pœn. temper. casu 1. nu. 16. & seqq.* multis exemplis hanc partem eleganter comprobando.

Sed & *Arist. lib. 5. moral. Nicomac. c. 8.* sic ait, *quae ob irã, aliasq; animi perturbationes, quaecumque necessario, vel natura hominibus accidunt iniuriam quidem faciunt, sed non id circo sunt iniusti, vel praui.*

Ideoq; *Iureconsultus in l. 1. S. quari ad Tur-*

ad Turpillian. ait, inconsultum calorem calumniæ vitio carere, & ob id nullam pœnam subire oportere, & *Paulus ratum non esse*, inquit, *quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, nisi perseuerantia appareat* in *l. quidquid* 48. *de regul.iur. & Impp. Dioclesian. & Massimian. in l. si non conuitij C.de iniur.* hoc idem statuerunt, & in *l. 2. C. de abolit.* idemque de iure canonico *in cap. si quis iratus, & ibi glos. 2. quæst. 3. & in cap. ira 11. quæst. 3. & in cap. si quem pœnituerit* §. *notandum 2. quæst. 3.* cum sexcentis alijs breuitati studens omissis.

Iracundia, dolor, & primi animi
17 motus, quia tollunt deliberandi consilium, ad *tex. in l. Graecbus ad l. Iul. de adulter. Bal. in cap. 1. §. si quis verò de pace iuram. firm. Tiraq. de pœn. temper. cauf. 1. nu. 6. Afflict. in cap. 1. in glos. 1. num. 16. de pace iuram. firm.* eleganter *Menoc. de arbitr. lib. 2. casu 361. nu. 9.* ex quacunque causa proueniant, excusant delinquentem à pœna ordinaria delicti, etiam si ipsa leuis, & iniu-
19 sta sit; etenim pœna ordinaria irrogari nō potest ei, qui sine dolo, & deliberatione delinquit ad *text.* insignē *in l. igitur vers. et generaliter de lib. cau.* ibi, *quoties quis iustis rationibus ductus, vel non iustis sine calliditate &c. dicendum est hunc in eam causam esse, vt sine dolo malo in libertate fuerit*, idque expressè docuit *glos. in l. 1. in fin. ff de*
20 *abigeis*, iniustam scilicet causam excusare à delicto, & *in l. Plagij 2. C. ad l. Flau. de plagiar. Bart. in l. 1. §. non autē vers. assessores ff. si quis testam. lib. ess. iuss. fuer. Bal. in l. procurator ff. de pœn. & in l. nouissimē §. si quis compulsus ff. quod fals. tut. & in l. criminis C. qui accus. non poss.* cum mille alijs relatis per insignem *Tiraq. de pœn. temper. caus. 43. num. 1. Angel. in l. Prator ait §. hac actione de vi bon. rapt. Grammat. decis. 23. num. 8.*

At si causa quælibet iniusta excusat à dolo, & proinde à pœna ordinaria delicti, quomodo iustum iudiciū patietur, vt qui proprium honorem defendendo prouocantem occidit, vltimum subeat supplicium. Est enim
21 honor bonorū omnium, quæ homini accidere possunt primum, præcipuū, & maximum, vt ait *Arist. 4. Ethic. c. 3.* & rursus lib. œconomiæ, *Multò*, inquit, *grauiùs fert aliquis si honore suo priuetur, quàm si bona ei auferantur: imo honor sicut vita existimandus est*, vt in-
22 quit *Consult. in l. iusta de manumiss. vindict. & Ecclesiast. cap. 20.* habetur, *meliùs est mori, quàm perdere honorem, & in l. isti quidem ff. quod met. caus.* ait *Consultus, cū viris bonis iste metus maior quàm mortis esse debeat*, ideoque celebris est; licet lugubris historia *Virginij* relata in *l. 2. §. initiū de orig. iur.* qui castitatē filię, vitæ ipsius præferendam putauit, & proinde arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit, vt morte virginis stupri contumeliam arceret; vndè & *Biessius de Republ. lib. 4. cap. 5.* ait, *& si quis aliquid ingenuitatis habet, non minus infamiam, quàm suppliciū pertimescit*, quæ omnia latiùs exornat *Cassan. in catal. glor. mund. consid. 1. Ferdin. Vasq. controu. lib. 11. cap. 18. nu. 13. Girard. de Petrasanct. sing. 82. Thom. Gram. cons. 29. num. 36. D. meus Regens Tapia ad constit. Regni si maritus nu. 24. sub tit. de adulter. lib. 5. iur. Regni, Castill. decis. 171. num. 2. Bouadill. in sua polit. lib. 2. cap. 14. lit. E.* iusta igitur est honoris causa, ideoque ardua dicitur per *tex.* in sua decidendi ratione in *l. si inimicitiæ in fin. de his quibus vt indign.* ad quod sacratissimę leges considerarūt verecundum esse vnicuique honorē suum inultum relinquere, vt inquit *text. in l. miles §. socer ad l. Iul. de adul-*
23 *ter.* Proinde pro honoris defensione licere aggredientē occidere sicut pro corporis

corporis tutela *Petraſanct. ſingul.* 33. *num.* 4. *& d. ſing.* 82. ſequitur *Caſſan. d. conſid.* 2. *in fine*, *Caſtill. d. deciſ.* 171. *num.* 6. *&* 30. eſtque ad hoc celebre *conſ. Gramat.* 39.

Sed & quod magis eſt ſi quis in
24 rixa, & eodem inſtanti non ſolùm prouocantem; ſed & tertium quoque ad rixam ſuperuenientem occiderit, non ideò ordinaria pœna puniendus erit, ſi credimus *Roman. in l. cum mulier ff. ſolut. matrim.* quem refert *Farinac. conſ.* 2. *num.* 18. *& Caſtill. deciſ.* 159. *num.* 34. Neque ab iniuriæ propulſatione excipluntur viles perſonę, prout conſiderabat Fiſcus; nam *Aret. in* §. *atrox in princ.* tenet
25 attocem eſſe iniuriam, quæ verberibus fit vili, & ignobili perſonæ, ſequitur *Caſtillo d. deciſ.* 171. *num.* 22. Rurſus non eſſe admittendum dicebarur vt iniuria verbalis non poſſit armis repelli, nam *Angel. in l. ſi adulterium* §. *Imperatorem ff. de adulterijs*, fatetur eum, qui iniuriam verbalem
26 ferro, & armis propulſauerit; modum defenſionis excedere, ſed non exinde mori debere, & tantummodo pro exceſſu eſſe puniendum, ſequitur *Hippolyt. de Marſil. conſ.* 25. *num.* 20. cum alijs relatis per *Boer. deciſ.* 169. dicentem pro hac parte fuiſſe cõcluſum in Senatu Burdegalenſi, *Farinac. de homicid quæſt.* 125. *nu.* 98.

Ex his facilè eſt intelligere quid ſit ſtatuendum in caſu propoſito; ſi enim honoris defenſio eſt iuſta vlciſcendi cauſa, iuſtaque eſt ira, & animi motus ex ea proueniens, non eſt in conſideratione qualitas, ſeù circumſtantia loci ex aduerſo conſiderata, prout in ſpecie notat eleganter *Iacob. Nouell. in tract. ad defenſam, cap. an inditia pro reo danda ſint num.* 140.
27 vbi probat, quod delictum factum in Palatio Principis, vel in Prætorio Magiſtratus, non ideò grauius dicitur, nec præſumitur præcogitatum, quando caſu fortuito, & in rixa, vel quando non præcedunt minæ, inimicitia, & ſimilia, & *D. Ioan. Franciſc.*
28 *de Caſtillo* vir quidem noſtra hac tẽpeſtate in iuris prudentia florentiſſimus *d. deciſ.* 171. *num.* 50. *&* 55. concludit ſe conſulente fuiſſe deciſum prouocatum, ſeù inſultatum in Palatio Principis miniori pœna eſſe plectendum, etiam ſi modum exceſ-
29 ſit; ſed & ſimilter alter doctiſſimus Siculus *Marius Muta*, cui ſua Trynacria debet veram lucem ſuarum legum ſæpius citata *deciſ.* 36. in ſimili omnino ſpecie de delicto patrato intus carceres ad iniuriarum propulſationem, tefert fuiſſe deciſum in Magna Regia Curia non eſſe reum puniendum pœna ordinaria delicti, etiam ſi modum exceſſerit inculpatæ tutelæ, & ſic pariter deciſum in Curia Archiepiſcopali huius Ciuitatis refert *Reuerendiſſ. Epiſcopus Riccius deciſ.* 245. *par.* 3.

Quod vel ex eo fortiùs conuincitur, nam maior debetur reuerentia Eccleſijs, & alijs locis Deo conſecratis, in quibus Rex Regum, & Dominus Dominantium aſſiſtir per eſſentiam, & nihilominus delinquens in
30 eis calore iracundiæ prouocatus, & in rixa, non ideò amittit beneficium Eccleſiaſticę immunitatis, prout vno ore fatentur *Canoniſtæ in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* & in ſpecie *Guttier. practicar. quæſtion. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 29. *Molina in repet. text. in cap.* 1. *de homic. cap. immunitas Eccleſiæ quali*
31 *homicidio amittatur nu.* 69. Imò hoc caſu ſi Eccleſia fuerit ſanguine polluta non indigebit reconciliatione, vt poſt *Dec. in l. vt vim num.* 8. *in fin. de iuſtit. & iure*, & alios tenet *Farinac. de homicid. quæſt.* 125. *num.* 22.
32 Et ad id, quod dicebatur pro vltione huiuſmodi iniuriæ debuiſſe pro-

prouocatus Iudicem adire, respondet *Gramat. d.consl.29.num.29.& decis.23.num.1.* iniuriam illam, quæ afficit vxoris verecundiam eius esse qualitatis, vt non sit conueniens Rectorem adire pro ipsius vindicta, eo quod res poneretur in derisum, & iniuriatus vilis reputaretur, proindeque licere propria authoritate illam sumere, & si moderamen excedat iniuriam passus.

33 Nec esse curandum de exemplis, & decisionibus pro Fisco adductis; nam vidi postmodum processus, ex quibus apparet illos, qui fuerunt vltimo supplicio damnati, fuisse authores rixæ, quo casu condemnatio illa legitimè processit ad tradita per *DD.* quos allegat, & sequitur *Farinac. d. quæst.125.num.*118.

Supremum ergo Collaterale Cōsilium, votante etiam eadem Magna curia, censuit circumstantiam loci in quo crimen fuit patratum grauissimā esse; sed non vsque adeò pœnam augere vt ordinariā vltimi supplicij debeat subire is, qui animi dolorem temperare non valens, iracundia motus proprium honorem defendendo deliquit, & proindè vestigijs inherendo decisionum vlterioris Regni Siciliæ Tribunalium, de quibus supra meminimus, censuit prædictum Ioannem de Acito extra ordinem puniēdum, sed tamen propter loci reuerentiam acriori pœna triremium vita durante. Die 16. Maij 1634.

SVMMARIVM.

1 *Delegationis potestate omnis defensio coangustatur, & appellatio tollitur.*
2 *Delegatio stricti iuris est.*
3 *... nullam admittit interpretationem extensiuam, aut subauditum intellectum.*
4 *Verba rescripti cui nō conueniunt, nec etiam conuenit eius dispositio.*
5 *Locus in quo delictum initiatur semper attendendus est.*
6 *Finis pendet necessario à principio.*
7 *Initium delicti attendi debet, quoties magis prodest defensioni delinquētis, quam finis.*
8 *Delictū commissum in personam existentis in Ecclesiā ab eo, qui erat extra illam, non priuat delinquentem ipsius immunitate.*
9 Tex. in l.1.C. vbi de crim. agi oport. *expenditur.*
10 *Persona patientis, non autem agentis attenditur in cognoscendo criminis naturam.*
11 *Locus vbi est persona patiens attenditur, non autem vbi est delinquens.*
12 *Qualitas delicti vbi augetur ratione loci, tunc non initium, sed consumatio delicti attenditur.*
13 *Crimen initiatum ex loco profano, & consumatū in sacro, ex circumstantia loci redditur atrocius.*
14 *Initium, & cōsumatio delicti aquè faciunt Iudices territorij competentes, sed inter eos præfertur, qui præuenit in captura.*
15 *Finis, & consumatio delicti attenditur magis quam initium, vbi agitur de pœna irroganda.*
16 *Locum, qui delinquenti magis prodest, attendendum esse quomodo verum sit?*

Qualitas delicti vbi ad pœnam irrogandam augetur ex loco in quo fuit consumatum, & perfectum, tunc non initium attendendum esse, sed finem, & consumationem ipsius.

CAPVT LXVII.

SI locus carceris sacer censendus est, omnibusque in eo existentibus tutissima mansio, & securum asylum iuxta ea, quæ in præcedenti capite adnotauimus, iustissima quoque erit existimãda prouisio facta per supremum Collat. Conf. vt scilicet in causis maleficiorũ inibi commissorũ Iudices M.C.V. procedant tanquam delegati, & nomine Regio. Qua pote-
1 state omnis defensio coangustatur, & appellatio tollitur, prout tradit *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de deleg. caus. nu. 6.* ex eoque manifestè conuincitur huiusmodi delicta cęteri grauissima, eo quod delegationes nõ dantur nisi coactè, & vt inquit de *Ponte ibid.* ob necessariam, rectamq; Regni administrationem.

2 Sed quia potestas huiusmodi stricti iuris est, eo quod opponitur ordinariæ iurisdictioni, ideoq; extraordinaria nuncupatur, vt post *Abb. in c. de cætero de transact. in 3. notab.* notat *Marc. Ant. Pereg. ad rubr. de offic. deleg. nu. 1. in fin.* circũscribitur rebus, per-
3 sonis, & præsertim locis de quibus rescriptum expresè loquitur, nullam admittendo interpretationem extensiuam, aut subauditum intellectũ, vt tradunt *DD. in c. cum olim de offic. deleg.* & sequitur *Marc. Ant. Peregr. loco prox. cit. nu. 39.* hinc prętereundũ non esse existimaui subtile (ni fallor) quęsitum excitatum in M. C. in casu antecedenti cap. relato, an scilicet vigore pręfatę delegationis posset procedi contra prædictum Ioannem de Acito pro eo homicidio, quod vt diximus patrauit existẽs extra carceres sclopum exonerando in personã carcerati. Et quidem difficultas augeba-
4 tur, nam si attendimus personã delinquentis, non ei conueniunt verba rescripti, quæ expresè dirigitur ad eas tantummodo, quæ delicta cõmittunt intus carceres, ergo nec poterit ei applicari eius dispositio, quod maximè procedit in nostra hypotesi, vt perbellè docuit *Bart. in l. libellorum nu. 7. de accus.* ibi. *Sed in quæstione proposita debemus aduertere ad verba statuti, &c.*

Siue namque inspiciamus locum, & tunc fortiùs dicendum est non esse comprehensum in delegatione prædicta; de iure enim vbi delictum in vno loco initiatur, & in altero perfi-
5 citur, & consumatur, est semper attendendus locus vbi initium sumpsit, ad *text.* quem aliàs præ cæteris commẽdauimus *cap.... nu. 8. in l. si quis in seruitute ff. de furt.* in sua decidendi ratione ibi, *quia origo furti in seruitute facti manifesti non fuit.* Finis enim
6 delicti pendet necessario à principio, ideoque non finem, sed principium attendendum fore in delictis, etiam si ille ab hoc dependeat sola necessitate causatiua, vt ex *Menoc. & aliis ibid. tradidimus nu. 10.* multis hanc partẽ comprobando, secundum quam retulimus fuisse decisum in casu illo.

Idque sine scrupulo procedere,
7 quoties vt initium non finis attendatur

tur, prodest magis defensioni rei delinquentis, secundum *Aegid. Boss. in praxi tit. de fauor. defension. lib.* 7. quē sequitur *Guttier. pract. qq. lib. 3. quaest. 2. nu.* 25. ex quo infert *nu.* 28. eum qui extra Ecclesiam existens telum, sagit-
8 tam, seu sclopum in existētem in Ecclesia emisit, non exinde amittere beneficium immunitatis, nam vt delictum dicatur in Ecclesia commissū non sufficit quod perficiatur in ea, si delinquens verè, & realiter extra eam sit, & hanc esse communem, & receptissimam sententiam, quamuis contra eam tenuerit *Couar. lib. 2. var. cap. 20. nu. 15. vers. 27.* in quo tamen ipse nihil firmare audeo in praesenti, quia magna equidem est *Couar.* authoritas. Quinimo in propria specie *Pater Azor institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 25. quaest. 2.* sic inquit, *deinde statuto ligatur aliquis quādo opus cœptum est in territorio, licet sit extra completū vt si quis sagittam mittat ex loco potestati, & iurisdictioni alicuius subiecto & in loco ab eius potestate exempto aliquem interimat, afficitur pœna statuti conditi ab eo, cuius iurisdictioni subiectus est locus vnde sagittam proiecit.*

Sed quod immò tum ex ipsius delegationis verbis, tum quoque ex natura loci delictum sit sub rescripti dispositione comprehensum suadetur. Primò, quod cum in eo agatur de puniendis criminibus commissis intus carceres huiusmodi verbū *commissis* non verificatur in loco vbi fuerunt inchoata, si in alio perficiantur ex
9 textu vulgato, sed mirabili si rectè ponderetur ad propositū in *l. 1. C. vbi de crimin. agi oport.* in quo locus vbi committitur crimen ponitur ad differentiam eius in quo inchoatur ibi, vbi *commissa, vel inchoata sunt*.

Secundò, nam regulare est in om-
10 ni delicto, vt in naturae ipsius cognitione attendatur persona patientis, non autem agentis, ad *text.* vbi *glos. in l. eum qui, §. penult. de iniur.* quem ad hoc commendat *Felin. in cap. fin. num. 14. de for. compet.*

Tertiò, nam etiā respectu loci non
11 est in consideratione ille in quo stat persona delinquētis, sed tantūmodo locus in quo reperitur patiēs, eo q ibi videtur quis interfectus vbi est percussus, *l. ait lex ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ex incendio, de incend. ruin. & naufr.* notat ad hoc *Bart. in d. l. libellorum nu. 7. de accusat.* subdens opinionem *Petri de Bellapertica* contrariam non esse veram, sequitur *Felin. loco prox. cit. Affl. in constit. Regni asperitatem nu.* 10. vbi ait. *Si existens in vno territorio cum arcu, vel balista emisit sagittam contra aliquem existentem in alio territorio, & illum occidit, quod Iudex illius territorij vbi sagitta percussit, cognoscit, & punit, & nō Iudex alterius territorij vnde balista misit sagittam, quia magis attēditur locus patientis, quàm locus agentis, l. palam ff. de ritu nupt. item quia quando balista traxit, delictum non erat cōsūmatum in locum patientis &c. Molina de bracch. secul. lib. 3. cap. 49. num. 15.*

Quartò id maximopere procedere
12 dicebatur vbi qualitas delicti augetur ratione loci in quo committitur, tūc equidē non initiū, sed cōsumatio delicti attendenda est. Exemplū ponunt nostrates in eo, qui ex loco profano sclopum, seu sagittā emisit, qua vulnerauit, seu occidit existentē in loco sacro, vel immune. quocirca negari nō potest iniuria affici Ecclesiā, & ex hac loci circumstantia crimen reddi atrocius, ideoq; attendendū esse locū illū, prout post *Bal. in l. si quis non dicā C. de Episc. & cler. & in l. multū interest col. penult. C. si quis alter. vel sib. Paul. Castrens. in l. si vt proponitur ff. de fideiussor. Hippol. de Marsil. in l. vnic. nu. 250. C. de raptu virgin.* tenet *Couar.*

lib.2.variar.cap.20.num.15.vers.17. quam ampliationem ex alijs comprobat *Guttier. d. quaest. 2. num. 30. & seq.*

Neque his obstabunt ea, quę latius tradidimus *cap. ...* vbi initium
14 in delictis esse magis attendendum, quàm finem statuimus: nam illa procedunt in casu inibi proposito ad cognoscendum scilicet quis erit Iudex competens, si diuersæ subsint iurisdictioni, locus initij, & locus consumationis delicti: qua in re non recedo ab opinione inibi firmata, quod scilicet Iudex inchoationis sit competēs, vel saltim quod iurisdictio sit vtriusque, prout inferius dicemus; at si de pœna irroganda, siue mauis augenda agatur, nulli dubium est attendendū
15 esse locum consumationis delicti, præsertim si ex loco augeatur qualitas illius, prout sentit *Guttier. d. quaest. 2. nu. 29.* sed meliùs declarat *doctiss. Pater Suarez de censur. disput. 5. sect. 4. num. 9.* id exemplificans in pœnis canonicis, seù censuris, inquiens, *Praeterea si quis occidat hominem in Ecclesia existentem quamuis incboet delictum extra Ecclesiam, inde proijciendo sagittam incurret censuram latam contra homicidam in Ecclesia: secùs vero esset si in Ecclesia inchoaret delictum inde proijciendo sagittam, & extra consumando delictum ibi occidendo.*

Et tandē ad id quod dicitur eum locum inspici debere, vbi quæritur de initio, vel fine delicti, qui ad excusationem rei magis prodest, respondebatur procedere quando ex duobus scilicet initio, & fine vnum est licitum, alter vero illicitum, prout in exemplis propositis per *Bar. in l. quod ait ff. de adulter.* hoc enim casu fauor rei, semper attendendus in dubijs id exposcit, vt ille locus attendatur, qui habet respectum ad actum licitum; at si tam initium delicti, quā finis, & consumatio sunt illicita, tunc attenditur locus consumationis quò ad pœnam irrogandam, vt præfati sumus, quò verò ad iurisdictionem statuendam vterque locus, ita vt potior sit in cognitione iurisdictio Iudicis præuenientis, secundum *Abbat. d. cap. fin. num. 25. de for. competen.* qui dicit esse communem *Cin. & Bald. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor t. Ioan. Andr. in reg. in obscuris, Afflict. in cap. 1. §. iniuria not. 4. num. 44. de pace iuram. firm. Farinac. quaest. 7. nu. 46. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quaest. 38. vers. item porrò,* sequitur *Guttier. d. lib. 3. quaest. 2. num. 21. & 22.* sic respondens obiectioni.

In præsenti difficultate noluit Fiscus expectare resolutionem ipsius Mag. Cur. quia dubij sunt litiū euentus, ideo adiens supremum Collaterale Consilium, nouā quatenus opus esset, obtinuit delegationem, cum qua fuit processum, vt visum est in præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegij instar est de Principis potestate disputare.*

2 *Princeps nec de plenitudine potestatis potest ius parti quaesitum tollere.*

3 *Offensis est solatium non videre maleficium inultum.*

4 *Princeps nō indulget criminosis absq; partis remissione.*

5 *Ratibabitio confirmat ea, quae ab initio subsecuta sunt.*

6 *Retrotrabitur ad tempus actus gesti.*

7 *Mandatum speciale ad remittendum non sufficit in Regno.*

8 *Ratibabitio vt valida sit, fieri debet intra tempus, quo actus principalis fieri posset.*

9 *Ratibabitio post tempus habita nil operatur vbi consensus requiritur certo tempore limitato.*

10 Tem-

Remissionem legitimò tempore nomine absentis factam non posse ratam haberi extra tempus præfinitum ad obtinendum Regale generalis abolitionis beneficium.

CAPVT LXVIII.



Qvamuis quodàmodo ad instar sacrilegij sit de Principis potestate disputare ad *text. in l. 2. C. de crim. sacril.* non tamen vsque adeò lata est vt possit ius
1 partibus quæsitum, ipsis inuitis tollere, etiam de plenitudine potestatis, prout doctissimè probat *Sarmiento lib. 1. select. interp. cap. 8. nu. 20.* cum alijs relatis per *Mastrill. tract. de indult. c. 24. nu. 1.* Cumq; in capitalibus iudicijs debeatur ius offensis, non solùm pro damnis, & interesse ei obuenientis ob patratum maleficium *l. liber homo, & l. qua actione,* vbi *DD. ff. ad l. Aquil.* sed etiam ob vindictæ pro-
3 sequutionem, quasi solatium sit ipsis maleficium non videre inultum *l. capitalium §. famosos ff. de pœnis* meritò
4 omni iure constitutum est, non licere Principi indulgere criminosis, siue delinquentibus nisi præuia partis offensæ remissione, notat *Andr. in cap. 1. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, Petra de potest. Princip. cap. 12. Carauit. ad rit. 273. nu. 2. Farinac. de inquisit. quæst. 6. num. 18. & seq.* cum alijs latè traditis, & coaceruatis per doctissimos viros *Ioannem Aloys. Catalan. & D. Garf. Mastrill. in tract. de indult. ille cap. 22. num. 31. & 32.* vbi limitationem ponit, nisi id fieret ex causa iusta, *hic cap. 24. num. 1.* Causas autem exemplificant *Lucas de Penn. in l. si apparitor col. 7. C. de cohort. lib. 12. & Ioseph de Seff. in tract. de inhibitio. iust. Arag. cap. 1. §. 5. num. 11.* & alij relati p *D. meū Regentem Tapia ad cap. Reg. misericordium, & indicium num. 5. sub tit. de abolit. lib. 5. Iur. Reg. Neap.*

Id qđ est extra omnem controuersiam in indulgentia generali, quæ passim conce-

conceditur ob nuptias Supremorum Principum, vel filiorum natiuitatem, siue alterius publicæ lætitiæ causam, cũ licet sit hoc de iure, adeò vt nulla expressione opus sit; nihilominus Serenissimi Reges nostri iustitiæ cultores exactissimi, vt sibimet ipsis priusquam alijs legem imposuisse ostendãt in eodem diplomate, quo indulgentiam prædictam elargiuntur, expressis verbis id statuunt, ibi, *quæ omnia locum habere declaramus quoad eos tantum, qui legitimam remissionem, & pacem ab offensis habuerint.*

Requiritur ergo ad cõsequendum Regale abolitionis beneficium partis offensæ remissio, sed tamẽ obtẽta ante ipsius publicationẽ, vel ꝗ intra sex menses immediatè sequentes corã Iudice ordinario exhibita sit. Euenit Marco Ritio cum Regio Fisco disceptare, vtrum ratihabitio post præfinitum sex mensium terminum sequuta sufficiens sit ad validandum remissionem factam legitimo tempore à duobus fratribus occisi, tàm proprijs nominibus, quàm pro parte alterius absentis, cum ratificationis promissione, vt reus obtinere possit criminis abolitionem vigore generalis indultus. Et augebatur ex eo difficultas; nam in ratificatione ipsa asseritur fratrem ipsum tunc ratum habentem, tempore remissionis factæ dedisse spetiale mandatum ad remittẽdum. Vnde siue spectemus tẽpus factæ remissionis, siue mauis tẽpus ratificationis, omnia sollemniter gesta videbantur. 5 Etenim id regulare est in omni ratihabitione vt prorsus cõfirmet ea, quæ ab initio subsequuta sunt, vt inquit *Imperator in l. si filius familias C. ad Macedon.* nec non retrotrahatur ad tempus illud quo ne- 6 gotia gesta sunt, vt idem statuit *in l. donationes la prima in fin. C. de donat.* *inter vir. & vxorem.*

Quod vel ex eo maximè in pñti sub stinẽdũ esse dicebatur; nã etsi verè ratificatio huiusmodi primum actum tãquam nullum sustinere nequiret; adhuc cum tales remissiones ipsarũ partium querelantium fauore requiri manifestum sit, vtpotè ad conseruãdum earum ius; consequitur talem nullitatem nõ licere alijs, quàm ipsis fratribus allegare, quod generaliter dispositum est in omni actu ad fauorẽ alicuius introducto, adeò vt sit in eius electione vel illum approbare, vel annullare, prout latiùs comprobaui *cap. 21. num. 11. & sequent.* ergò in tantum erit nulla hæc remissio, in quantum ius partis sit deterius effectum, quod incõueniens cessat, subsecuta iam ratificatione ipsa; vnde videbatur ipsum Marcum, non esse exclusum à Regali beneficio.

Verùm enim verò (quidquid sit de potestate fratrum remittentium, cum de mandato absentis non con- 7 stet, & adhuc si constaret, nec specialẽ sufficeret iure nostro municipali attento, ex dispositione Regiæ Pragmaticæ *7. de composit.* quæ dat certam formam faciẽdi huiusmodi remissiones, vt scilicet partes ipsæ, quibus ius querelãdi competit personaliter cõpareant in M. C. V. vel coram alijs Iudicibus ordinarijs, vt latiùs declarat *Carauit. ad rit. 275. nu. 8. vers. hodie verò*, & post *Baiardũ, & Foller.* notat *Mastrill. d. cap. 24. nu. 69.*) Respondebatur pro Fisco nullam esse de huiusmodi ratihabitione habendam rationẽ; etenim id generalissimè cõstitutũ est in ratihabitionis materia ad hoc vt valida sit, ꝗ fieri debet in tempo- 8 re habili in quo actus ipse principalis, qui ratificari intẽditur fieri posset *ex tex.* vulgato, sed mirabili ad rẽ nostram, *in l. bonorum ff. rẽ rat. haber.* vbi Africanus respondit; tunc demũ bono-

bonorum possessionem ab alio agni-
tam posse ratam haberi, si ratihabi-
tio fiat intra centesimum diem, quo
peti potuisset, & ibi *Bart.* magistrali-
ter materiam declarat, quem sequi-
tur cęteri classici, & innumeri relati
per *Tiraquel. de retract. lignag. glos.* 10.
§. 1. nu. 88. *Guido Papa decis.* 13. *Balb.*
dec. 126. *Ioseph Ludouic. dec. Luc.* 18.
num. 8. 9. refert, & sequitur *Reuerend.*
Episcopus Riccius collect. 937. pulchrè
Ozasch. decis. Pedamon. 119. *num.* 23.
Vnde cũ ad obtinendum regale abo-
litionis beneficium remissio debet
obtineri præcisè, & præsentari infra
sex mẽses immediatè post ipsius pu-
blicationẽ, aliàs reo nullatenus pro-
desse poterit, vt post *Decianũ, Oldrad.*
& alios aduertit *Catal. n. c.* 23. *nu.* 23.
certè non erit admittenda ratificatio
eius, quod ipsemet ratificãs principa-
liter facere nõ posset. Ad quod etiã
eleganter tradit *Bart. in l. si filius fa-*
9 *milias ff. ad Macedon.* quod ratihabi-
tio post tempus habita nihil opera-
tur quando consensus alicuius adhi-
bendus est certo tempore limitato
ad *tex. in l. si quis mihi bona §. iussum*
de adquirend. haredit. & in l. obligari §.
tutor de authorit. præstan. & in l. quid
ergo in princ. de his, qui not. infam. qua
in re quæstionem à *Dino* excitatã re-
fert *Bald. in d. l. bonorum num.* 6. in
terminis statuti disponentis, quod
homicida debet decapitari, verùm
si antequam in fortijs Curiæ perue-
nerit habeat ab offensis remissionẽ,
soluat tantummodo centum fisco: si
consanguineus homicidæ obtineat
pro eo remissionem, an possit eã rati-
ficare reus ipse postquam peruene-
rit ad manus Curiæ, respondit non
posse, si facto, & culpa sua tempus ra-
tum habendi elapsum est.

Rursus, cũ aliquid lege disponente
fieri permittitur intra certum tẽpus,
10 illa quidem temporis præfinitio di-
citur esse de forma, & sollemnitate
actus, *ad tex. in auth. qua supplicatio*
ibi, *nisi sub hac forma*, iuncta *glos. C. de*
precib. Imper. offer. vbi *Bald. Salicet. &*
Ias. ergò ratihabitio facta post tem-
pus non potest substineri, vtpotè quę
deficeret in sollemnitate, & forma,
cum & id quoque regulare sit in ma-
teria, quod & nos alibi diximus, vt
11 eadem sollemnitas requisita in actu
debeat quoq; in ratificatione ipsius
interuenire *l. si vt proponis la seconda*
C. de nupt. & l. nuptia C. de rit. nuptiar.
quomodo perbellè argumentatur
Tiraquell. d. §. 1. glos. 10. *nu.* 90. *Ozasc.*
dec. Pedamon. 166. *Ricc. d. collect.* 937.
12 Vlterius id, quod est ipso iure nul-
lum ratificari non potest, vt docet
Paul. de Castr. in d. l. bonorum num. 6.
Balb. decis. 253. *Ricc. loc. cit.* præsertim
si nullitas prouenit ex legis disposi-
13 tione cum qua durius agitur, quàm
cum homine in hijs, quæ respiciunt
nullitatem actus *l. si libertus de iur.*
patronat. & notat *Bart. in d. l. bonorum;*
etenim ex eleganti *Baldi* sententia in
cons. 44. *num.* 4. *lib.* 2. quem sequitur
doctissimus *Ioannes Bapt. Cost. in*
tract. de re integr. distin. 27. *num.* 7. om-
nis ratihabitio requirit potestatem
14 in persona, consumationem in actu,
& vt id, quod ratum habetur sit rati-
ficabile. Itidem ratificatio eatenus
vires habet, quatenus potest retro-
15 trahi ad tẽpus actus gesti, quod qui-
dem fictione iuris est introductum,
vt per *DD.* & præcipuè *Ias. in l. si is,*
qui pro emptore num. 129. *de vsucapion.*
vbi est sedes materię: at omnis fictio
vt operetur effectum suum requirit
extrema, & media habilia positiuè, &
realiter, id quod speciale est cuiusli-
bet fictionis, vt pluribus comprobat
Velasq. ad l. 40. *Taur. glos.* 7. *n.* 15. *Bar.*
in d. l. si is, qui pro emptore numer. 52.
verbo quod extremum Dec. cons. 147.
num. 3. *propè finem*, *Honded. cons.* 16.
nu. 47.

*num.47.volum.*1.quod intelligo in fictione translatiua de qua agimus, quæ transfert tempus secundi actus ad tempus primi, doctè *Ozasc.d. decis. 119. numer.23. Cost.d. distinct. 27. num.12.*

Ex qua ratione descendit, vt ratihabitio nō retrotrahatur ad tempus actus gesti, vbi ex legis dispositione medio tempore superuenit defectus, vt docet *Bart. in d.l. bonorum*, præsertim quia fictio non habet locum in dispositione legali, & specifica, quæ
18
19 nō potest impleri in suo æquipollēti, vt in casu nostræ pragmaticæ, ita latè differit *Ioannes Andr. in addit. ad Speculator. rubr. de feud. & Alberic. in dictionar. ver. feudum col.5. Bar. in auth. post fratres C. de legit. hared. Bald. in l. cū antiquioribus C. de iur. deliber.* & alij innumeri relati per *Petr. de Gregor. de conceß. feud. par.4. quæst.10. num.17.*

Huc etiam pertinet id, quod scripsit *Alex. cons. 78. nu.23. vol.5.* quod ratihabitio non habet locum nisi fiat
20 re integra, & in eodem statu, id est nō dum alteri medio tempore quæsito iure *Io. And. in reg. cap. si sine culpa col. 14. vers. ad tertium argumētum*, vbi ait quod in fictionibus, quæ ad principiū trahi debēt, oportet quod eadē causa, & essētia perseueret, sequitur alijs comprobando *Ozasc. dec.119. nu.24. Monter. dec. Aragon.25. num.53. Annæus Rober. lib.3. rer. iudicat. c.17. col. 4.* quos & alios refert *Cost. d. dist.27. num.1.* pulchrè *Afflict. dec.300. nu.2.*
21 etenim in præiudicium tertij ratihabitio nō retrotrahitur, vt docet *Alex. ad Bart. in d.l. bonorum, Ozasc. d. decis. 119. num.15. Afflict. dec.286.* & alios, quos refert *Ricc. collect.938.* cū ergo per lapsum temporis à Rege præfinitum, sit quæsitum ius fisco ad denegandum indultum, certum esse dicebatur non esse admittendam ratihabitionem factam, per querelantes ad beneficium ipsius Marci, prout sic determinauit Magna Curia referente eruditissimo Consiliario D. Ferdinādo Ezquerra.

SVMMARIVM.

1 *Barones habent iurisdictionem priuatiuam in suos vasallos.*
2 *Barones dicuntur Ciues Neapolitani, & sortiuntur forum M.C.V. sed de veritate num.16.*
3 *... nō possunt torqueri ex processu informatiuo.*
4 *.. dicuntur Regij Officiales.*
5 *Regio generali indultu non gaudet, qui offendit Barones.*
6 *M.C.V. sola cognoscit de delictis Officialium.*
7 *Par in parem imperium non habet.*
8 *Barones dicuntur quasi homines eximentis, & liberæ potestatis.*
9 *... vocantur Regij Consiliarij.*
10 *Monachus effectus Episcopus, vel Abbas eximitur à potestate ordinarij.*
11 *Forus delicti est potentior forus.*
12 *Officialis Regius si delinquit in terra Baronis poterit ab eo puniri.*
13 *... etiam si sit delegatus Principis.*
14 *Baro delinquens in terra alterius Baronis non consideratur vt Baro.*
15 *Archiepiscopus delinquens extra suam diœcesim punitur ab ordinario loci in quo delinquit nisi esset illi suffraganeus.*
16 *Barones non sunt Ciues Neapolitani.*
17 *Priuilegia non extenduntur de persona ad personam.*
18 *Precibus frustra impetratur quod iure communi debetur.*
19 *Exceptio firmat regulam in contrariū.*
20 *Barones quando dicantur Regij Officiales.*
21 *M.C. cognoscit de delictis Officialium, quando sunt circa exercitium officij.*
22 *Baro Ciuis Neapolitanus delinquens vti Baro cognoscitur ab ordinario.*

23 *Regula*

23 Regula text. in l. Ille à quo S. tempestiuum ad Treb. quando procedat.

24 In lex ciuilis si delictum committat poterit per Iudicem Criminalem eiusdem loci puniri.

25 Barones cognoscuntur per Mag. Cur. Vicariæ, sed non priuatiuè ad ordinarios locorum.

26 Dignitas, & administratio iurisdictionis amittitur propter delictum.

27 Capibl. to. 2. de Baron. cap. 85. n. 8. notatur.

Barones Regni, qui vasalli sunt alterius Baronis non esse exemptos ab eius iurisdictione, sed posse ab eo cognosci, & puniri. Examinatur decisio relata per Io. Baptistam Thoro in eius Compendio.

CAPVT LXIX.

1 BArones huius Regni meri, & mixti Imperij cõcessionem habentes Iudices esse suorũ vasallorũ, præsertim in primis causis priuatiuè ad Regiã iurisdictionẽ nõ est hodie indubiũ reuocãdum, prout latiùs nouissimè cõprobat *D. Garsias Mastrill. in tract. de magist. lib. 4. c. 15. n. 26. & c. 16. per totum, Marc. Ant. Pereg. de iurisd. ord. & deleg. ad rub. de off. ordin. n. 15. & 16.* Sed nũquid iurisdictionẽ huiusmodi exercere valeãt in vasallos suos qui feuda possidẽt quaternata, & pinde, Barones quoque sunt quæstionis fuit in M. C. V. inter Illu. Ducem Magdaloni vtilẽ Baronẽ Terræ Cerreti cũ Petro Petrõtio Barone Terræ Galli eius vasallo, qui vti talis prætẽdebat nõ nisi per M. C. V. posse cognosci de quodã delicto de quo inqrebatur. Dicebat. n. articulũ huiusmodi cõtra eũdẽ Ill. Ducẽ iam olim fuisse determinatũ per M. C. V. & rursus p S. C. vt refert eruditus *Io. Bap. Tho. in Cõp. suar. decis. par. 2. verbo Baro extera nationis fol. 37.* Re igitur in controuersiã deducta cũ nec deficeret, q. dubitaret de viribus pdictarum decisionum, oportuit earũ fundamẽta eximinare vnum post aliud.

2 Primum igitur suppositũ illarũ relatum per *Thorum* est, quod Barones dicũtur Ciues Neapolitani, & vti tales sortiuntur forum Mag. Cur. Vic. ex *Ritu* ipsius 301. ad quod allegat *Capibl. ad rubr. de Baronibus num. 19. & ad pragm. 12. num. 2.* & confirmari videtur ex gratia per Serenissimum Regem nostrũ PHILIPPVM cõcessa Baronibus ad postulationẽ Regni in generalibus Comitijs habitis in anno 1605. quæ *registratur in volumine Pragmaticarũ sub tit. de Baro. prag. 22.*

3 qua disponitur vt Barones non possint torqueri ex processu informatiuo, prout antea concessum erat Ciuibus Neapolitanis.

Secundum, quia Barones sunt Iudices Regia manu constituti suorum vasallorum, ideòq; dicũtur Regij Of-

4 ficiales ex *Vin. de Franch. dec. 274. nu. 3. & dec. 211. n. 7.* latè *Mastr. de magist. lib. 4. c. 15. per totum*, quo fit vt is qui offendit Baronem excludatur à Re-

5 gio generali indulto ſicut is, qui Re-
gios Officiales offendit, *Maſtril. loc.
cit. num. 17. & de indult. cap. 36. nu. 18.*
& ſic indiſtinctè practicatur in Regijs
Tribunalibus; cum ergo de delictis
6 Officialium ſola M. C. cognoſcat ex
ritu 49. conſequitur Barones nõ eſſe
ſubditos alteri iuriſdictioni, quam
ipſius M. Curiæ.

7 Tertium, quia par in parẽ Imperiũ
nõ habet, *ad tex. in l. ille à quo §. tẽpe-
ſtiuum, ad Trebell. l. nã & magiſtratus
de arbitr. c. innotuit §. quãuis de elect.*
vnde abſurdum videretur quod vnus
Baro puniret alium Baronẽ, prout in
ſpecie videtur ſentire *Felin. in c. pru-
dentiã n. 4. de off. deleg.* & ſequitur *Iul.
Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 38. nu. 3.*

Quartũ ratione dignitatis; etenim
8 Barones dicũtur quaſi homines exi-
mentis, & liberæ poteſtatis ex *Fre-
cia de ſubfeud. lib. 1. tit. de origin. Baron.*
9 *nu. 24.* & vocantur Regij Conſiliarij
*ad not. per DD. in l. quiſquis C. ad l.
Iul. Maieſt. Surgens de Neapol. Illuſtr.
c. 23. nu. 7.* cum alijs relatis per *Ma-
ſtrill. de magiſtr. lib. 4. c. 13. nu. 13. &
c. 15. n. 20.* ea enim dignitas eximit eũ
10 à poteſtate ordinarij; ſicut de Mona-
cho effecto Epiſcopo, vel Abbate,
docuit *Abb. in c. cũ olim il ſecondo n. 7.
de priuil.* proindeq; M. C. eſſe Iudicẽ
cõpetentem Baronum, ex *Frec. lib. 2.
tit. quis dicatur Marchio in fin. & Ca-
piblanc. d. rub. de Baron. n. 19.* Idq; ſta-
tutũ videtur per plures leges Regni,
vt potè per *Cõſtitutionẽ Regni Capita-
neorũ,* p quã expreſsè demandata eſt
iuriſdictio cauſarũ criminalium cõtra
Barones M. C. V. Itẽ per aliam *cõſti-
tutionẽ,* quæ incipit; *M. C. noſtra* vbi
Magiſtro Iuſtitiario cõmittitur cogni
tio cauſarum Baronum. Et tandẽ per
Ritũ M. C. V. 46. in ordine Carau. cuius
diſpoſitionẽ ſolũmodo ſeruari quòad
Barones teſtatur *Carau. ibid. n. 16. qui
omnes,* inquit ipſe, *ſubsũt ipſi M. C. &
ciuiliter, & criminaliter ibi citãtur,
conueniuntur, & carcerantur.*

Sed nihilominus tam facili ſcruti-
nio ruunt argumenta huiuſmodi, vt
neceſſariò fatẽdum ſit deciſiones per
Thorũ relatas alijs fundamẽtis fuiſſe
roboratas, prout paſſim in ſimilibus
euenire ſolet, ita vt nõ ſit vndequaq;
tutũ aſſeuerare fuiſſe per hos, aut il-
los terminos articulum aliquẽ deci-
ſum, vbi Relator deciſioni non inter-
fuerit, eò præſertim, q̃a factum potuit
eſſe diuerſum, put ad propoſitum cõ
ſiderat *Capibl. ad prag. 8. de Baronib.
p. 2. n. 78.* Tãta etenim eſt uis, atq; po-
teſtas ordinariæ iuriſdictionis, vt nul-
lus ab ea exẽptus cẽſeatur, niſi ſpecia
11 li priuilegio munitus ſit, præſertim ſi
illa fundetur ratione delicti, q̃ eſt po-
tẽtior forus iuxta tradita p *Io. And. in
c. 2. de cõſt Paul.* & alios relatos p *Vin.
de Frãc. dec. 37.* ſeqtur *D. meus R. Tap.
ad prag. 1. nu. 7. ſub tit. vbi de crim. agi
oport. lib. 3. Iur. Regn.* vnde deſcendit
id quod mirabiliter diſponit *textus in
l. in officiales C. de offic. Rector. Pro-*
12 *uinc.* vt ſi in terra Baronis delictum
committat officialis maioris Iudicis,
poſſit ab eo puniri, ſi tamen non ſit
de concernentibus officium, prout
*ex deciſ. 423. Capell. Toloſan. & Boer.
deciſ. 9. Carau. Caſſan. & alijs* ſpecificè
de Baronibus notat *Baiard. ad Clar.
d. q. 38. & latius q. 35. nu. 10. D. meus
Reg. Tapia. ad Conſt. Reg. Magiſter Iu-
ſtitiarius num. 21. titul. de offic. Ma-
giſtr. Iuſtitiar. lib. 2. Iur. Regn. Horat.
Viſcont. in ſuis concluſionibus iur. verb.
officialis maioris,* eleganter præ cæte-
tis *Anton. Faber in C. Fabr. titul. de
execution. rei iudic. diffin. 49.* vbi am-
13 pliat procedere in Iudice à Princi-
ce delegato, quod poſſit ab ordina-
rio loci in quo deliquit puniri.

Quod ſi ita ſit, vt Baro exercendo
ſuã ordinariam iuriſdictionem poſſit
punire eũ, qui aliàs ſibi ſuperior eſſet;
multò

multò ergo fortiùs puniret aliũ Baronem delinquentem in suo territorio, quia delictum efficit eum de foro
14 Iudicis ordinarij sicut quẽlibet priuatũ, nec tũc consideratur vt Baro, prout decisũ fuisse per *Rot. Rom. dec. 3. de for. cõpet. in antiq. ex Balb. dec. 116.* dicit *Baiar. ad Clar. d. q. 38. n. 8. & glo. in Const. Reg. vt vniuersis verb. militaribus*, sic inquit; *quia nõ in omnibus iuribus suis Barones, & similes habẽt Iudices speciales; sed tũc demũ, quãdo quaestio est super feudo, vel rebus feudalibus, omnes aliae quaestiones eorũ, & ciuiles, et criminales pertinẽt ad Iudices ordinarios eorũ*; idq; cõfirmatur perbellè ex traditis p *Abb. in c. cũ inferior de maior. & obediẽt.* quẽ allegat *Iul. Clar. post a-*
15 *lios d. q. 35. n.* 14. posse. s. Archiepiscopũ extra suã Diecesim delinquẽtem puniri ab Ordinario loci; nisi tñ ordinarius ille esset sibi suffraganeus; quia tunc absurdũ esset, vt inferior superiorem cognosceret; sequitur *Capib. loc. cit. Azeued. post alios ad l. 1. n. 87. tit. 16. lib. 8. nou. recopil.*

Ad argumẽta verò in cõtrariũ relata per *Thorũ* respõdetur. Ad Primum gratis supponi id, quod cum speciali prouisione indigeret nullibi cautum
16 reperitur, nempe Barones dici Ciues Neapolitanos, quia vt ij habeant fori priuilegium, specialiter constitutum est ex *Ritu* 301. *Mag. Cur. Vicaria*, quod priuilegium gratiosum, & ex meritis Neapolitanorum cõcessũ esse dicit *Carau. ibid.* & priuilegia
17 eius sunt naturę, vt non extendantur de persona ad personam, vt per *DD. in c. P. & G. de offic. delegat.* & notat *Girond. in tract. de priuileg. num.* 867. speciali ergo prouisione opus erat, quam vsque adhuc non habemus. Quod non alio euidentiori confirmatur argumento, quàm eodẽ quo vtitur *Thoro* pro illius sententiae cõfirmatione. s. quod Barones ad instar Neapolitanorũ nõ possũt torqri ex pcessu informatiuo; etenim vel hoc habẽt vt Ciues Neapolitani, & hoc casu nõ erat necessaria gratia specialis eis cõcessa in ann. 1605. nã frustra
18 pcibus impetratur, quod iure cõmuni debetur *vulg. l. 1. C. de Thesa. lib. 10.* aut cõpetit ex priuilegio, & tũc restat regula firmata in cõtrariũ. s. quod in alijs casibus priuilegijs Ciuiũ Neapolitanorum non gaudent, quia
19 exceptio firmat regulã in contrariũ *vulg. iuribus.* Quo argumento nouissimè vsus est *D. Capibl. in 2. tom. super Pragmaticis de Baron. cap. 85. num. 7.* dicẽs hãc nostrã opinionẽ esse verã.

Ad secũdũ, Barones tũc dici Regios
20 Officiales, qñ cõsiderãtur vti tales, idest circa exercitiũ iurisdictionis in sua Baronia, vt bene notat *Mastr. lib. 4. c. 2. & Carau. ad rit. 49. nu. 9.* ideoq; tũc habet locũ regula illa, q de delictis Officialiũ sola M. C. cognoscit, qñ
21 delictũ est circa exercitiũ officij *Vin. de Franch. dec. 274. & 326. Baiard. ad Clar. q. 38. n. 10.* cũ autẽ aliter delinquũt, nullo priuilegio gaudẽt, siue in sua deliquerint Baronia, siue extra il-
22 lã; nã & q fortiùs est etiã Baro Ciuis Neapolitanus si crimẽ cõmittat in Castro, vel inibi contrahat, tũc efficitur de foro Iudicis Ordinarij delicti, vel cõtractus *ad tex. in c. 1. de priuil. in 6.* et decisũ testatur *Capic. dec. 59.* quẽ seqtur *D. meus R. Tap. ad l. fin. de cõst. Prin. p. 1. c. 5. n. 16. Cara. ad Rit. 301. n. 7. Ann. sing. 57. Frec. de subfeu. lib. 1. de off. Magn. Cancell. n. 31. Capib. ad prag. 12. de Baron. n. 3. Ascia determ. 18. n. 9. Borrell. in specul. Princip. rubr. 11. §. videndum lit. F. vers. exempti.*

Nec obest tertiũ desumptũ ex *re-*
23 *gula tex. in l. ille à quo §. tẽpestiuũ ad Treb. cum cõcord.* nam regula parium procedit vbi in vno, eodemq; loco ambo habẽt iurisdictionẽ, ita vt vterque sit Iudex, vel vterq; Baro, vt ele-

ganter respondet *Marc. Antonius Peregrin.in tract.de iurisdict. ord. & deleg.in rubr.de offic.ord.nu.36.* nec rursus adaptari potest hoc casu,quia delictũ facit delinquẽtẽ subditũ iurisdictioni Iudicis Ordinarij, adeò quod
24 si in eodem castro duo sint Iudices (quod magis est) vnus ciuilis, alter verò criminalis iurisdictionis,si ille delictum committat poterit ab isto puniri ad notata per *Bart.in l.fin.per illum tex.de rer.diuis.& Capic.dec.27.* quem sequitur *Vincent. de Franch. decis.274. Baiard.ad Clar.d.q.35.n.9. & q.18.nu.20. Marc. Ant. Pereg. loc. prox.cit.*

Et vlteriùs argumentum illud cõuincitur *ex Const. Regni, vt vniuersis, & per cap.113.quod* incipit; *item statuimus, quod Comites*, ex quibus dispositum est, quod causæ Baronum siue ciuiles, siue criminales cognoscantur per compares Comites, siue Barones; quamuis hodie leges illæ non sint in obseruantia; eo quod cognitio huiusmodi sit demãdata Mag. C.V. vt per *Const.Regni Capitaneorũ, & alia iura* superiùs relata, vt bene aduertit *D.meus in d.Const.vt vniuersis sub tit.de iudicijs lib. 3. Iuris Regni;*
25 sed hoc non intelligitur priuatiuè ad ordinarios locorum; in quibus terminis intelligenda sunt tradita per *Carauit.d.rit.46.* vt bene aduertit *D. Capiblan. d.prag. 12.de Baronib.nu.6.*

Et tandem ad inconueniens traditum de dignitate Baronum dicebatur parum referre,tum ex superius traditis, cum inconueniens nõ sit vt ij cognoscantur a suis ordinarijs, tùm etiam, quia propter delictum amittunt dignitatem, iudicaturam, & administrationem iurisdictionis *ad textum,*vbi *DD.in l.2.C.de dignit.lib.*
26 *12.* idque in propria materia considerat *Bald. in auth. qua in Prou. num. 10.C.vbi de crim. ag.opor.* ex quo *tex.* notat ꝙ si delegatus Principis delictũ cõmittat circa exercitiũ causæ sibi delegatæ,potest pro eo conueniri corã ordinario loci delicti; nam licet in procedendo sit maior eo;tũ cum delinquit efficitur sub eo, quia reatus omnem honorem excludit *l. 1.C.vbi Senat.vel clariss.*& in specie, ꝙ ꝑsonæ Illustres ob delictũ amittũt fori priuilegiũ si ꝙ habent est *tex.*celebris *in l.penul.C.de dignit.eod.lib.*quem ad rẽ commendat *D.Reg.de Ponte de potest. Proreg.tit.7.de assens. Reg.§.7. nu.51.* eleganter *Azeue.ad d.l.1.tit.16.lib.8. nou.recop.n.116.& seq.* de qua re latè agit *Mastr.de magistrat.d.c.15.n.23.*

Quibus sollẽniter discussis in M.C. V.ad relationẽ Iudicis Albertini die 2.Iunij 1634. iudicauimus ad fauorẽ Illust.Ducis Magdaloni,fuitque productus alius ꝓcessus in bãca Cioffi in S.C.in quo apparet de anno 1614. fuisse remissũ ad Ill.Principẽ Roccęaspidis quendam Baronẽ nũcupatũ Amicũ Pandonem,qui erat vasallus.

Nec posse substineri distinctionem traditã per *D.Capibl.d.to.2.de Baron.*
27 *c.85.n.8.* vt s. Barones pro cõtractibus,& delictis in Baronia conueniantur apud Pręsidẽ Prouincię, pro cæteris autem sortiantur forũ M. C. V. ratione priuilegij Baroniæ, etenim reincidit in idem,de quo supra disceptatũ est, & per consequens cõtradicit rationibus per nos traditis, quas verissimas censuit M.C.

SVMMARIVM.

1 *Officia duo publica inter se compatibilia potest quis exercere.*
2 *Salarium duplex debetur ei,qui duo officia publica administrat.*
3 *Labor,& pecunia diuisionẽ recipiũt.*
4 *Salaria distribuere ad Principẽ spectat*
5 *Dietæ qua ratione soluantur commissarijs destinatis ꝑ Regni Tribunalia.*
6 *Alimentorũ natura est vt quod ipsorũ ratione*

ratione præstatur non sit reiterabile.

7 Text. in l.alimenta §. Basilicæ, & in l.Stichus, & in l.pen.§.qui fratres de aliment.legat.*expenduntur.*

8 Text.in cap.fœlicis vers.adijcientes de censib. in 6. *affertur.*

9 *Salaria totidem debentur ei, qui pluribus negotijs vacat, si tamen sunt inter se compatibilia.*

10 Bouadill. in sua politica lib. 2. cap. 20. num.68. *benè declarat dietarum materiam.*

11 *Dietæ non tantum soluuntur Commissarijs pro victu, et alimentis, sed etiã pro labore.*

12 *Legata regulariter strictè interpretantur.*

13 Text.in l.allmenta §.Basilicæ de aliment.legat.*in sua decidendi ratione ponderatur.*

14 *Alimentorum legatum reiterabile est, & multiplicationem recipit quando à diuersis sit.*

15 Text.in l.Titia §.qui Marco de ann. legat. *declaratur.*

16 Text.in auth. vt Iudices sine quoq. suffrag.*enucleatur.*

17 *Annona pro pane accipitur in iure.*

18 *Capitatio quid sit.*

19 Text. in cap.fœlicis §.adijciẽtes de censibus *enodatur.*

20 Decisio Senat.Panormit. relata per D.Ioan.Franc. del Castillo *in dubium reuocatur.*

21 D.Præses Ioannes Camillus Cacacius *laudatur.*

Duplex salarium pro dietis deberi Iudici delegato, seù Commissario, qui duobus negotijs distinctis, & inter se compatibilibus eodem tempore vacat.

CAPVT LXX.



1 VM exploratum sit in iure posse quempiam Principis iussu duo officia publica gerere, si tamen ea inter se inuicem compatiantur, ita vt exercitio vnius aliud nõ impediatur, ad *text.* quem ad hoc allegãt communiter *Nostrates in l. si Consul, vbi gloss ff.de adopt.l fistulas §.1.de contrah.empt.l.3.de ritu nupt. l.accipientis ff.de author.tut. l.quisquis C.de postul. l. hac parte C.de prox.sacror. scrinior. lib.* 12. iuxta intellectum *Bart.ibidem,* cum latè traditis per *Decium in cap.3. de probat.* quem cum iuribus suppradictis allegat *Didac.Couar.lib.3.variar. cap.13. num.6. Bald. in cap.1. de feud. guard.* Capyc.*decis.27.num.20. Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.de abundant. Ciuit.* §.6.*num.*11.*Sesse de inhib.Iustit. Aragon.cap.*1.§.8.*num.*10.*&* 11. *Mastrill.* post alios quos refert *lib.*1. *de magistrat.cap.*21.*num.*74.*& seq.* meritò etiã iure sancitur vt duplex con-
2 sequatur salarium, & emolumenta, argumento *text.in d.l.hac parte C.de prox. sacr. scrin. lib.*12. ibi, *plura in vnum se commoda collaturi, l. bis scholaribus C.de erogat.militar.annon. eod. libro,* & vt alios missos faciam est *tex.* qui apertis verbis hoc sanxit *in auth. vt Iudices sine quoquo suffrag.* §. *illud tamen decernimus, vbi glos.in verbo periculum, & ibi DD. Couar. de Ponte, Capyc. Sesse, & Mastrill. supra citatis locis,* cuius ratio non minus iusta, quàm elegans est, quæ desumitur ex
3 *text. in l. Seio amico de ann. legat.* ibi, *cum tam labor, quàm pecunia diui-*

diuisionem reciperent.

Verùm licet hæc vera sint iure cōmuni attēto: nouissimè tamen in hoc Regno ex literis Catholicæ Maiestatis prohibitū est officialibus duplex salarium exigere à Regia Curia, quāuis plura exerceāt officia; quod quidem ad Principem verè spectat permittere & vetare, ad *text. in l. vnica C. de prebend. salar. lib.* 10. vbi *Rebuff. & Ioan. de Platea*, & notat *Reg. de Ponte d. tit. de abundant. Ciuit.* §. 6. *nu.* 16. adeò quod super hoc non sit amplius controuertendum.

4

Dubitari vidi aliquando in Regia Camera Summariæ an idem sit statuendum in salario, quod multoties soluitur de fiscali pecunia Commissarijs, qui destinantur per Regni Tribunalia ad capiendas informationes, & alia nonnulla peragenda, ita vt Commissarius, qui duobus negotijs distinctis vacat, nec in exercitio vnius per aliud impeditur, duplex possit salarium exigere, quæ quidem salaria

5 grossiori vocabulo *dieta* appellantur, quia dietim soluūtur ratione alimentorum, victualium, & vecturarū, quæ quis iter agendo opus habet. Et dubium augebatur ex eo, quod ex pluribus consultationibus Regię Cameræ resolutum fuit dietas huiusmo di non comprehendi sub appellatione salarij; vnde pariter videbatur dicendum literas Catholicæ Maiestatis de his non loqui.

Sed pro Fisco respōdebatur, (quidquid sit de tenore Regiarum literarū) etiam ex dispositione iuris communis esse prohibitum, non nisi vnicum salarium pro qualibet dieta exigere; hoc supposito, quod ratione alimentorum, & vecturarū soluuntur dietæ

6 huiusmodi; ea quidem est alimentorum natura vt id, quod ipsorum causa præstatur non sit reiterabile, prout specificè in legato alimentorum docuit *Petrus de Bellapert.* quem sequitur *Bart. in l. Titia* §. *qui Marco de ann. legat. & in l. recontuncti num.* 42. *de leg.* 3. *& Bal. in l. dominus* §. 1. per illum *text. ff. de vsufruct.* cum alijs relatis per *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 5.

7 *num.* 6. *&* 7. & probatur *in l. alimenta* §. *Basilica de aliment. legat.* vbi Basilicæ libertæ cui à testatore decem pro alimentis legata fuerunt, non deberi alimenta generaliter legata libertis, libertabusq; respondet Scæuola. Et rursus *in l. Stichus eodē titulo*, ibi, *quæro an Stichus præter suum legatum, & alimenta percipere possit, respondis secundum ea quæ proponerentur non posse.* Et iterum in *l penul.* §. *qui fratres eodem titulo*, & proinde casus videtur

8 decisus ex *text. in cap. fælicis versic. adijcientes de censibus in* 6. vbi Prælatus non potest vltra vnam procurationem accipere pro qualibet die, licet plures Ecclesias visitauerit. Quibus non consideratis, ita ad fauorem Fisci decisum fuisse in Tribunali Regij Patrimonij Regni Siciliæ refert *Eruditissimus Dominus Ioannes Franciscus del Castillo decis.* 49. *tom.* 1. necnon sentire videtur *D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. reg.* §. 6. *num.* 36.

Sed quidem rem attentiùs considerāti facilè occurret veritatem esse

9 in contrarium, scilicet ex legis dispositione ei, qui pluribus negotijs vacat inter se compatibilibus, totidē deberi salaria, seù dietas, hoc vno adiecto moderamine, si negotia sint inter se distincta, nec vnum alij cohæreat, & sit annexum, ita namque tenet *Paris de Puteo* loquens specificè de salario quod soluitur pro accessu, & expensis in *tract. de syndic. verb. salaria*, latè *Ioseph de Sesse d. tract. de inhibit. cap.* 1. §. 8. *num.* 12. ibi, *quorum ratio potissima est, quia quando vltra administrationē, & onus proprij officij; super-*

fuperuenit aliud non coharens officio fuo debet habere aliud falariū, ideq; mordicus defēdit *Maftrill. loco citato nu.* 79. & latiùs cōfuluit *Marcell.de Mauro alleg*at. 19.*par*.2. vbi fundat deberi Dohanerio, cui fuit cōmiffa exactio quædam extra fuum officium duplicatum falarium, & emolumenta; fed meliùs, quàm cæteri omnes *doctiffi-*
20 *mus Hifpanus Bouadilla in fua politica lib.*2.*cap*.20.*num*.68.fic inquit. *Tambien fuele dudarfe fi eftando el Iuez en vna comifion fe le mandaffe por el Tribunal que fe la dio, ò por otro, que entendiefe en otro negocio al mifmo tiempo, fi podrà lleuar dos falarios por ambos negocios, fi fon todos tocantes al Rey, y de fu minifterio, y digo, que fiendo cōpatibles los negocios, y ocupaciones, y que no impiden vna à otra, fi no que folo fe acrecienta el trabajo, y induftria del Iuez, fe le deuen dos falarios, ò gratificacion del trabajo acrecentado por la fegunda commifion, porque affi como el dinero tiene fu precio, y eftimacion, la tiene tābien el trabajo, el qual no deue quedar fin fatisfacion.* Ex quibus manifeftè conuincitur non effe fimpliciter verum affumptum illud fupra pofitum,
21 quod fcilicet falariū huiufmodi detur ratione alimentorum, cum re vera potius detur pro labore, vt benè obferuat *Bouad.loco citato*. Vnde confequitur non obftare *text. in d.l. alimenta* §.*Bafilica cum concord.* fuperius pro Fifco adductis; præterquā quod argumentum à legatis non rectè defumitur ad cafum noftrum, quia in interpretatione vltimarum voluntatum lex præcisè deferuit nudæ teftatoris volūtati, eique taliter adhæret, vt eam tantummodo coniecturam admittat, quæ magis verifimilis eft,
22 & illi arridet, vnde regulariter legata ftrictè interpretantur *l. apud Iulianum* §. *Seio de leg*.1. *l. fummis de legat*.3. *l. vnum ex familia* §. *fi rem de leg*. 2. eo quod teftator præfumitur quanto minus potuerit hęredem grauaffe, *l. Titia* §. *qua in vita de legat*.2. notat in noftra fpecie *Surd.de alim.tit.*8.*priuil.* 58 *in fine*. Nil ergo mirum fi in fpecie illorum iurium in legato generali nō venit id de quo aliàs fpecialiter eft per teftatorem prouifum, quia contrario non probato, vt inquit *tex. in*
23 *d.*§.*Bafilica* non eft præfumendum in legato generali comprehendi id fuper quo fpecialiter difpofuerat teftator, idque perbellè colligitur ex ratione tradita per *Confultum Claudiū*, ibi, *quia deftinauerat alimētis eius vfuras pecuniæ quas fpecialiter prælegauerat*. Neque hoc euenit ex alimento-
24 rum natura, nàm quod imò legatum ipforum fit reiterabile, & multiplicationem recipiat quādo à diuerfis fit, docet *Surd.de aliment.d.tit.*9.*quęft*.5. *num*. 9. *in fine*; ideoque alimenta legata peti poffe, etiam fi legatarius habeat aliundè quo fe alat poft *Bald. Caftr. Alexand. Dec. & Soccin.* tenet idem *Surd. d. tit*. 7. *quæft*. 22. *num*. 12. Cui interpretationi non obftat
25 *text. in l. Titia* §. *qui Marco de ann. legat.* nam relictis alijs, ea vera eft in eius fpecie ideò vtrumque legatum deberi, quia diuerfa erant, & diftincta inter fe, nec poterat vnum fub altero contineri; etenim primum legatum erat annuæ præftationis; fecundum certæ, & determinatæ quantitatis octigentorum; iure igitur vtrumque legatum debetur; & rurfus præftatio annua non erat legata, quia in vita teftatoris foluebatur.

Sed etfi id verum effet, quod negamus, vt fcilicet dietæ, quæ Commiffarijs foluuntur habeant alimenmentorum naturam, adhuc pro duobus negotijs diftinctis, & inuicem fe compatientibus duplicatè poffe exigi, nō eft in dubium reuocandum ex
26 *tex.* ipfo quē communiter Noftrates

alle-

allegant in *d.auth.vt.Iudic.sine quoquo suffr.§.illud tñ*, vbi expressim cauetur de his rebus, quæ pro victu, & vectuxis tribuuntur à Fisco, ibi, *quod accipiet tantum propter duplex periculum annonas, & capita, quæ vtrumque pridem percipiebat officium*. Annonã pro
17 pane accipi constat in *l.1.C.de frum. Vrb.Constantinop.lib.11.vbi Alciat.* id obseruat,& rursus *Iacob. Spiegel. in lexicon iuris*; sic inquit, *annona non tantùm ad fruges, sed etiam ad obsonia refertur; vnde & annonã macelli Tranquillo auctore. Hinc annonas expensas vocat,eas frugum,pabuliq; species,quas prouinciales militibus expendunt*. Ca-
18 pitatio autem exponit *Glos. ibidem verb.capitum* pro pabulo, quod datur bobus,& alijs animalibus,quæ Magistratibus in Prouincijs deseruiebant, de quibus mẽtio fit apud *Ciceronem ad Atticum lib.5.epist.1.16.& vlt.* quę Gallica lingua *foraggia* appellantur, vt ex *Marcellino lib.22.histor.* obseruat *Contius in annot.ad text.in d.§.illud tamen*. Quibus non contradicit
19 dispositio *text. in d.cap.fœlicis §.adijcientes de censibus*, etenim in eius facti serie non erant plura negotia, nec inter se distincta,sed vnum,& idem, idque de sui natura ad officiũ visitantis spectans, & proinde non potest allegari ad casus nostri decisionem.

Quibus sic elucidatis, nescio an
20 de iure substineri possit id quod resolutum fuisse tradit *doctissimus alioquin Regius Consiliarius D. Ioannes Franciscus del Castillo d.decis.Sicil.49. num. 7. & 8.* vtpotè quod manifestè contradicit expositioni *tex. in §.illud tamen*, nisi tamen (quod veriùs credo) dicamus eam decisionem processisse potiùs ex viribus pandectæ illius Regni, de qua inibi mentio fit.

Concludendum est igitur non esse improbatum in iure duplex salarium exigere pro qualibet dieta vbi Iudex,seù Commissarius duobus negotijs vacat, nec vnum per aliud impeditur, idque vel ex eo maximè cõuincitur; quoniam ex hac solutione non est Fiscus in damno, cum secundum negotium necessariò erat alteri committendum,cui solui deberet salarium,& sic regula succedit vulgata, quod tibi nõ nocet, & alteri prodest non esse ei denegandum.

Dum hæc excitassem in propria causa vertẽte in Regia Camera Summariæ super reditione computorum Francisci de Vrso Magistri Actorum Regij Tribunalis Campaniæ die 18. Maij.1634. fuit secundum præmissa iudicatum iunctis aulis, & nemine ex votantibus dissentiente, vt audiui. partes Fisci doctissimè, vt assolet,
21 tuente insigni Iureconsulto *Ioanne Camillo Cacacio eiusdem Tribunalis Fisci Patrono, & nunc Præsidente meritissimo*.

SVMMARIVM.

1 *Princeps suo arbitrio potest terminum iuriudicationis abbreuiare.*
2 *Dispensatio quid sit.*
3 .. *fieri non potest sine causa.*
4 .. *sine causa facta non per hoc inualida est.*
5 *Princeps nunquàm cẽsetur aliquid detrahere publicę,vel priuatæ vtilitati.*
6 .. *nisi rescribat cum clausula* non obstante.
7 *Nec præsumitur velle statutis derogare.*
8 .. *Censetur nolle dispensare vbi in rescripto non seruat id quod consuetum est.*
9 *Rescriptum contra ius sine clausula* non obstante *nullum est.*
10 *Dispensatio non tantum fit expresiè, sed etiam tacitè.*
11 *Dilationes,& termini omnes sũt Principi arbitrarij.*

12 *Iudex*

12 *Iudex ex causa potest terminos legales minuere.*
13 *Rescriptum in his rebus, quæ sunt in libera Principis administratione valet sine clausula* non obstante.
14 *Clausula* non obstante *necessaria non est vbi Princeps rescribit ex certa scientia.*
15 .. Glos. in clem. 2. verb. obseruari de rescript. *notatur.*
16 *Principem ex certa scientia dispensare aliquibus coniecturis præsumitur.*
17 *Rescriptum emanatum ad relationem Iudicis, seù Magistratus, censetur emanatum ex certa Principis scientia.*
18 *Clausula* nõ obstante *nõ est necessaria vbi rescriptũ Principis est geminatũ.*
19 *Principis secũda iussio habet vim clausulæ* non obstante.
20 *Expressum dicitur, quod ex scriptura colligitur.*
21 *Verba generalia, quæ non nisi in specie verificari possunt, inducunt dispositionem specialem.*
22 .. *Etiam si expressio requireretur pro forma.*

Principem dispensando tenori alicuius legis, non semper teneri de lege ipsa dispensata specificè mentionem facere in rescripto, nec vti clausula non obstante, &c.

CAPVT LXXI.



Iximus superiori *c.47. nu.1.* esse in potestate
1 Principis terminum anni ad sententiam foriudicationis proferendam cõtra reos statutum per *Constit. Regni* quæ incipit *Pœnam eorũ*, restringere, & abbreuiare nõ solùm generaliter, & per viã legis condendæ, prout existimauit noster Præceptor *Andr. in ead. constit.* verùm etiam in casu particulari, ex *Luc. de Pen. in l. fin. n. 13. C. de censib. & censit. lib. 11.* alijsq; inibi relatis. Quod & demonstrat hodierna praxis; nàm videmus quotidiè per supremũ Collaterale Consiliũ dispensari prædictæ Constitutionis tenori, concedendo potestatẽ Tribunalibus Regni abbreuiandi terminum prædictũ; si tamen criminis atrocitas, & causæ grauitas id suadeat, vt animaduertit *And. ibid. verb. & quod fieri non debuit;* est enim
2 dispensatio, iuris cõis relaxatio ab habente relaxãdi potestatẽ facta, prout definit *P. Sances lib. 8. de matr. disp. 1.*
3 *nu. 13.* & cum receditur à iure cõmuni, fieri non debet sine notabili causa, vt eleganter tradit *Oldr. cons. 327. n. 1.* notat *Ricc. collect. 2067. par. 5. Pet. Rebuff. in praxi benef. par. 2. tit. de dispens.*
4 *nu. 1.* quamuis si absq; causa facta sit, non perinde inualida censeatur, quia tunc legislator vtitur in re propria sua potestate, vt latiùs declarat *P. Sances loc. cit. disput. 17. nu. 24.*

Sed an hoc casu teneatur Princeps expresè de eadẽ Constitutione mẽtionem facere in dispẽsationis rescripto, videlicet clausula apponi solita *dispensando pro hac vice tantum &c.* vel *non obstante tali lege, seù constitutione*. Dubium enim non est sic de Cãcellariæ stylo seruari in huiusmodi rescriptis; sed omissum fuit in delegatione, & potestate abbreuiãdi terminum anni ad triginta dies concessa M.C.V. per Collat. Conf. in causa Anelli Genouese inquisiti de proditorio homicidio, & furto. Quærebatur

tur an vigore illius rescripti possit procedi ad foriudicandū illum, elapso termino prædicto, nec expectato anni circulo. Ratio dubitandi in eo versabatur; nàm terminus vnius anni est inductus fauore rei, vt scilicet in eo possit comparere, & se defendere, notat
5 *Andr. loc. cit.* at Princeps nunquā per suum rescriptum censetur aliquid detrahere publico, vel priuato commodo, & vtilitati, *l. 1. ff. ne quid in loc. publ. l. nec damnosa, & l. rescripta C. de prec. Imper. offer. cum concord* nisi rescribat
6 cum clausula *non obstante tali lege*, vt per *DD. in l. fin. C. si cōtra ius, vel vtil. publ. & in c. nonnulli de rescript.* & notat eleganter *Oldr. cons. 326 nu. 2. Ias. in d. l. fin. in fin. C. si cōtra ius, & Felin.*
7 *in d. c. nonnulli nu. 9.* vbi subdit, *Principem nusquam præsumi per rescriptum derogare statutis, eò præsertim quia dispensatio est actus sollemnis, & proinde sollemniter expediendus Oldrad. d. cons.*
8 *326. nu. 6.* & cum Princeps in rescripto dispensationis nō seruat id quod consuetum est, censetur nolle dispensare, *Oldr. d. cons. 327. nu. 4.* Vnde di-
9 cebatur rescriptum Principis contra ius sine clausula *non obstante &c.* nullum dici, non quidem ex defectu potestatis, sed voluntatis, vt post *Salic. in d. l. fin. sub nu. 4. C. si contra ius, vel vtil. publ. Menoc. cons. 158. n. 22. et cōs. 411. nu. 19.* tenet *Barbos. de claus. vsufreq. claus. 83. nu. 2. Azor. inst. moral. par. 1. lib. 5. cap. 24. vers. septimò queritur*, & elegāter præ cæteris obseruat *D. meus Reg. Tap. in rub. de const. Princ. c. 2. n. 9.*

Sed nihilominus M. C. ad mei relationem, iudicauit transacto iam mense legitimè procedi posse ad lecturam sententiæ foriudicationis cōtra prædictum Anellum, quamuis in rescripto delegationis non esset ex-
10 presse derogatum dispositioni *dictæ Constitutionis Pœnam eorum*. Primò, quoniam derogatio, siuè dispensatio prioris legis nō sit tantummodò expressè, potest quoque & tacitè fieri, *Pet. Rebuff. loco supra citato nu. 5.* vndè quoquo modo constet de Principis mente derogare volentis, non est necessaria alia expressio vt legi, siuè statuto derogatum censeatur, prout ex *Felin. in d. cap. nonnulli nu. 7. & 8. &*
11 *Feder. de Sen. cons. 335. col. vlt.* notat *August. Barbos. in d. claus. 83. nu. 24.*

Secundò, omnes dilationes, & termini sunt in potestate Principis, & in eius arbitrio positi, *ad text. in cap. ex ore, vbi DD. de his, quæ fiunt à Prælat.* & notat *Gizzarell. decis. 17. nu. 18.*
12 imò Iudicem ex causa posse terminos legales minuere, etiam si in lege esset clausula taxatiua, vt post *DD.* communiter in *cap. cum sit Romana de appellat.* & alios quamplures tenet *Ferdin. Vasquez lib. 1. controuer. cap. 5. nu. 20.* at rescriptum cōtra ius si ver-
13 setur in his rebus in quibus Princeps habet liberam administrationem, valet etiam sine clausula *non obstante*, vt per *Anton. de Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Felin. in d. cap. nonnulli nu. 18. vers. fallit 9. de rescript.*
14 Tertiò cum Princeps aliquid rescribit de certa eius scientia, licet sit contra ius, non est necessaria clausula *non obstante &c.* quia cum cesset timor subreptionis, necessariò credendum est eum sic rescribentem voluisse iuri derogare, per *text. in l. idem Vlpianus §. fin. ff. de excusat. tutor.* per quem ita docet *Andr. de Isern. in const. Regni prosequentes, verb. est exequata conditio, & glos. in cap. ad hæc de rescript. Paul. de Castr. cons. 223. in fin. Abb. in cap. nonnulli de rescriptis*, cum alijs relatis per *Felin. ibid. nu. 12. vers. fallit quartò.* Hæc autem certa scientia non tantum colligitur ex expres-
15 sione eiusmodi clausulæ, prout falsò existimarūt *glos. in clem. 2. verb. obseruari de rescript. & in cap. statutū, verbo litte-*

litterarum in fine de rescript. in 6. Bart. in l. fin. num. 4. C. sent. rescind. non poss. cum alijs per Ant. Gabr. commun. opin. tom. 3. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 8. nu. 5. decepti ex tex. in cap. si motu proprio de rescript. in 6. cui aptissimè respōdit Staphil. de litter. grat. quem re-
16 fert P. Sances lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 5. Colligitur ergo Principem ex certa scientia dispensare ex coniectu-ris, quas præclarè enumerat idem Felin. earumq; nonnullæ cōueniunt nostræ hypothesi. Prima est si rescriptū emanauit de Curia, vtpotè parte nō petente. Secunda vbi scientèr Princeps disponit contra ius; nàm censetur disponere remoto iuris obstaculo d. l. idem Vlpianus de excus. tutor. scienter verò disponere Princeps censetur vbi ipse in rescripto factum narrat, vt latè differit Felin. ibidem, conciliando opinionē Canonistarum cum Legistis. Tertia vbi id, quod Princeps rescribendo disponit, non concernit factum sed ius, tunc censetur disponere ex certa scientia. Quarta, quæ ponit falcem ad radicem in casu no-
17 stro, censetur Princeps disponere ex certa sciētia vbi rescribit ad relationem Iudicis, seù Magistratus, ex Caphal. cons. 439. nu. 45. lib. 1. tenet Barbos. de claus. vsu freq. claus. 59. num. 59. tale enim erat rescriptum huius causæ scilicet expeditum ad relationem Mag. Cur. Vic. prout fieri solet in Collaterali Cōsilio. Et tandem cum aliquid Princeps disponit causa cognita, vt post Alex. cons. 122. num. 22. lib. 4. & Cardin. Tusc. cons. 341. nu. 9. & 10. notat idem Barbos. loco citato num. 63.

Quartum, rescriptum Excellentissimi Proregis, & Collateralis Cōsilij continens potestatem abbreuiandi terminum foriudicationis esse geminatum, quo fit vt voluntas Principis enixa demonstretur, ad text. in l. Ba-lista, vbi DD. ff. ad Trebell. & hoc ca-
18 su nō esse necessariam appositionem clausulæ non obstante, quia satis dicitur constare de Principis mente, docet Ioan. Andr. in cap. porrecta de confirmat. vtili, vel inutili, quem inibi sequuntur omnes; etenim secunda illa
19 iussio habet vim clausulæ non obstante, vt benè declarat Felin. in cap. nonnulli nu. 14. de rescript. & tenet Barbos. d. claus. 83. nu. 26. 27. & 28. & alia referēs sequitur Dominus meus loco proximè citato nu. 14. & seqq.

Et tandem dicebatur satis expressè de dicta Cōstitutione pœnam eorum mentionem esse factā in rescripto, eo quod ex verbis ipsius manifestè, & apertè colligitur ad illam Collaterale Consilium respectū habuisse, quod quidē satis sufficit, quod pro expressa
20 habeatur; etenim id dicitur in scriptis redactum, quod ex scriptura colligitur l. 1. §. fin autem, vbi Bart. ff. de hered. instit. & scribit Philipp. Dec. cons. 64. col. 4. quem sequitur latiùs exornando Tiraq. ad ll. connub. glos. 7. in verbo expres, numer. 85. & seq. Minor pars huius assertionis probatur euidenter ex dictione qua Princeps vtitur in rescripto, ibi, Vi concedemo potestà, che possiate abbreuiare il termine della forgiudica &c. Illa enim abbreuiare relatiua est, nec potest verificari nisi ad annum cōrentum in dicta Cōstitutione pœnam eorum, quæ sola lex est in Regno super hoc disponens, quamuis aliæ sint pragmaticæ, quæ abbreuiationem concedunt in casibus particularibus. At scitum est
21 in iure, ꝙ verba quātumuis generalia si non nisi in vna specie verificari pōssunt, censetur dispositio specialis, specialiter cōtinere rem de qua disponit ex text. quem ad hoc cōmuniter extollunt DD. in l. 2. de lib. & posth. cum alijs concordantibus adductis per Tiraq. d. glos. 7. nu. 128. subdentē nu. 141.

141. id procedere etiam si expressio requireretur pro forma secundum *Ias.in l.Gallus, §.& quidam rectè de liber.& posthum.* Ex quibus colligitur rectè fuisse per Magnam Curiam iudicatum, prout iterum re sollemniter discussa cēsuit in causa Francisci Antonij de Costantio inquisiti de homicidio in personā Fratris Horatij Marchese, referente *Eruditissimo tunc Collega nostro D. Ferdinando Muñoz nuper meritissimo Regio Consiliario.*

SVMMARIVM.

1 *Rescissio contractus intendi potest ex capite falsæ assertionis.*
2 *,, secus vbi fundus est capax vtriusq; obligationis.*
3 Text.in l. si quis in pignore §.fin.de pignorat.actio.*quomodo procedat.*
4 *Actio de dolo cessat, vbi contrahenti non affertur praiudicium.*
5 *Prohibitio alienandi vbi fuit facta filijs demonstratiuè nō extenditur ad nepotes.*
6 *,, Facta filijs nominatim ad nepotes non porrigitur.*
7 *,, Facta per verba relatiua ad filios nominatos nō comprehendit nepotes.*
8 *,, Facta filijs nominatim etiam cum clausula in perpetuum, nec etiam ad nepotes protrahitur.*
9 *Verbum* in perpetuum, *aliquando pro vita durante accipitur.*
10 *Fideicommissum, vbi est certa designata persona, ad aliam non extenditur etiam ex identitate rationis.*
11 *Prohibitio facta, vt bona conseruentur in familia, extenditur etiam ad descendentes.*
12 *Fideicommissum efficitur reale, & perpetuum, vbi eadem est ratio prohibitionis in filijs, ac in cæteris descendentibus.*
13 *Natura rei fideicommisso supposita demonstrat an sit reale, an perpetuum.*
14 *Ratio conseruationis bonorum in familia nō egreditur personas nominatim expressas.*
15 *Fideicommissum regulariter non extenditur de persona ad personas.*
16 *Dictio* detti, *seù* predetti, *est relatiua ad primò nominatos.*
17 *Fideicommissum & si reale sit, si tamen nulla supersit persona, cuius fauore sit facta prohibitio, extinguitur.*

Rationem conseruationis bonorum in familia non adeò reddere fideicommissum perpetuum, & reale, vbi prohibitio alienationis fit certis nominatis personis.

CAPVT LXXII.



1 Vamuis communiter receptū sit in Regijs huius Regni Tribunalibus, resolutionē, siue rescissionē contractus annui cēsus præ cæteris intendi posse ex capite falsæ assertionis, vtpotè cum vendens asserit fundum super quo census constituitur esse liberum, & francum ab omni onere, hypotheca, & obligatione, & tamen alteri reperitur obligatus, ex traditis per *Gratian. decis.* 13. quem mordicus sequitur *D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. de censibus num.* 34. non tamen hæc praxis adeò secura est, vt locum habeat
2 vbi fundus vtriusque obligationis

capax

capax est ex *textu* qui id expressè probat *in l. si quis in pignore §. fin. de*
3 *pignorat. act.* quem procedere etiam in casu prædictæ falsæ assertionis pluries decisum fuit per *Rot. Roman. vt per Farinac. decis. 126. inter decis. crim. & test. num.* 5. ea scilicet ratione quia
4 actio de dolo in qua fundatur rescissio cessat vbi contrahenti præiudiciū non affertur, vt bene alloquitur *Beltramin.* quem allegat *D. Reg. Rou. ibid.* & alias *Rota decisiones* citat hanc opinionem tutando *Mangil. in tract. de euict. quæst.* 24. *nu.* 39.

Verumtamen in causa liquidationis instrumenti vertente in M. C. V. inter Guglielmū Bruscel cōtra Franciscum de Stantione dictum fuit impertinenter agi de hac quæstione, nā domus super qua fuit constitutus cēsus supponebatur nō solū esse affectā simplici obligatione, sed onere fideicommissi: vnde res redditur incapax cuiusuis obligationis. Tota ergo vis in eo stabat vtrū verba prælegati, seu fideicommissi facti per quondam Petrum Paulum Stantionem prædicti debitoris auum, perpetuum, & reale, an verò personale, & ad tempus imporrarenr fideicommissum?

Ad fundandam contractus validitatem dicebat debitor, prohibitionem alienandi fuisse factam à Petro Paulo auo tribus eius filijs hære-
5 dibus institutis demonstratiuè, quo fit vt ad nepotes extendi nequeat iuxta *glos. magistralem in §. nos igitur auth. de restit. fideicommiss. DD. omnes*, & præcipuè *Bart. in l. filiusfam. §. diui num.* 21. *& Ias. in* 1. *lect. num.* 109. *de legat.* 1. *Bald. in l. Titius in princ. de liber. & posth. Alciat. in l. liberorū nu.* 7. *de verb. signif. Couar. lib.* 3. *var. resol. cap.* 5. *nu.* 4. *Peregr. de fideicomm. art.* 1. *nu.* 28. *Tiraq. de vtroq. retract. par.* 1. *glos.* 5. *§.* 1. *nu.* 19. *Rustic. ad l. cum auus lib.* 6. *cap.* 11. *nu.* 17. *ff. de cond. & demonstr. Surd. dec.* 125. *cū alijs* lata manu congestis per *doctiss. Vinc. Fusar. in tract. de substitut. quæst.* 679. *nu.* 1. *Rot. Rom. apud Farinac. decis.* 125. *par.* 1. *Camill. de Medic. cons.* 19. *num.* 2. *Molin. de Hispanor. primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. *D. meus Reg. Tapia decis.* 56. *Sac. Cons. Neapol. num.* 2. *&* 6. *Thomat. decis. Rot. Macerat.* 23. *sub num.* 49. *&* 54. *Fontanell. de pact. nuptial. clausu.* 4. *glos.* 25. *num.* 83. *& seq.*

Item prohibitionem fuisse factam
6 filijs ipsis nominatim, ideòquo ipsorum personas non egredi qui est casus propositus *in d. §. cum igitur auth. de restit. fideicom.* ibi *verbis ipsis inuenimus hæredibus demonstratis filijs alienationem interdictam Bart. in l. liberorum num.* 5. *vers. sed non videtur de verb. signif. Surd. dicta decis.* 125. *num.* 7. *Rustic. loc. cit. nu.* 18. cum alijs relatis per *Fusar. loc. cit. num.* 4. idque procedere tàm in vltimis volunratibus, quàm in contractibus, inuestituris, & priuilegijs ex *Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestit. feud. verb. & fœminis num.* 3. docet *D. meus d decis.* 56. *nu.* 9.

Et idem esse si prohibitio sit facta
7 proprijs nominibus expressis filiorū ac si fuerit concepra per verba relatiua ad filios nominatos, vtpotè si testator dicat *eisdemque filijs vel nepotibus meis quos hæredes institui, alienationem prohibeo Ias. in l. filiusfamil. §. Diui lect.* 2. *de legat.* 1. *Petra de fideicom. quæst.* 5. *num.* 95. *Surd. dec.* 125. *num.* 1. *&* 2. *Rustic. d. cap.* 11. *nu.* 18. *vers. & quando, Fusar. d. quæst.* 679. *num.* 5. 6. *&* 7.

Sed & quod mirabile est etiam si in perpetuum facta fuerit prohibi-
8 tio, si tamen nominatim imposita est certis personis adhuc eorum vitam non egreditur ex *Surd. cons.* 123. *n.* 14. *& Menoch. cons.* 376. *num.* 46. vbi pluribus probat verbum *in perpetuum*
9 hoc casu pro vita durante accipi iuxta

xta

xta *tex. in cap. vlt. de rescript. & in l. 1. ff. pro soc.* & sequitur *Peregr. dec.* 133. *num.* 22. cum alijs relatis per *Rustic. d. cap.* 11. *num.* 24. *Fusar. d. quæst.* 679. *num.* 7. & 17.

Horum quidem ratio est quia fideicommissum vbi est certa designa-
10 ta persona etiam si sit identitas tationis de vna ad aliam non extenditur *Surd. d. decis.* 125. *num.* 7. *Menoch. cons.* 1216. *nu.* 24. & *seq.* & alios citat *Fusar. loc. cit. num.* 14. *Peregr. d. decis.* 133. *nu.* 2. & 3.

At pro creditore supponebatur instrumentum esse omninò rescindẽdum, & bona adhuc sub alienationis prohibitione existere: etenim hæc facta fuit vt ea conseruarentur in familia testatoris, quo casu, & si certis personis nominatim sit facta, ad omnes descendentes extenditur iu-
11 xta *glos.* magistralem *in l. quoties C. de fideicommiss.* & tradit *Bart. in l. pater filium §. fundum de legat.* 3. *Anton. Padill. in l. voluntas num.* 21. & 26. *C. de fideicom. Couar. d. lib.* 3. *var. cap.* 5. *n.* 4. *vers. causa igitur, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 20. & *lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 23. *Petra de fideicom. quæst.* 5. *num.* 66. *vsque ad num.* 100. dicens esse communem opinionem, *Mascard. de probat. concl.* 1236. *num.* 78. & 92. *Molina de hispan. primog. cap.* 4. *num.* 29. *Peregr. de fideicom. art.* 1. *num.* 28. & *art.* 11. *num.* 54. *Rustic. d. cap.* 11. *nu.* 19. *Cacheran. dec.* 49. *nu.* 5. & 6. *Capic. dec.* 108. *nu.* 3. *vbi n.* 17. refert sic fuisse iudicatum, quos & alios refert, & sequitur *Vinc. Fusar. loc. sæpe cit. num.* 13. *Rot. Rom. apud Farin. decis.* 143. *num.* 1. *tom.* 1. Ratio huius
12 conclusionis est quia vbi conseruatio bonorum in familia est causa prohibendi alienationem, tunc eadẽ militat in nepotibus cæterisque descendentibus, ac in filijs: ideoq; fideicommissum efficitur reale, & perpetuum *ex Bart. in d. l. Pater filium §. fundum num.* 2. *de legat.* 3. cum alijs consideratis per *Capic. d. decis.* 108. *et Rustic. d. cap.* 11. *nu.* 19. subdentẽ *nu.* 21. quod licet *text. in d. §. nos igitur* hoc etiam casu disponat fideicommissum non extendi vltra quartum gradum, id tamen intelligitur nisi aliter cõstet ex mente testatoris qui voluerit etiam illum gradum trascẽdere *Couarr. d. cap.* 5. *num.* 4. *Suarez in l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. Molin. d. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 30. & *alij* quos ipse allegat.

Huiusmodi autem coniectura desumitur præcipuè ex natura rei fidei-
13 commisso subiectæ, iuxta exemplum positum per *Glos. & Cinũ in d. l. quoties ab omnibus C. de fideicomm.* vnde mirabiliter ad propositum nostrum notat *Ludou. Rom. in l. si quis filiũ §. fin. de acquiren. hæredit.* quem allegat *Capic. loc. cit. nu.* 4. quod prohibitio, quæ aliàs ad hæredem hæredis non extẽderetur, si tamen imposita sit rei ad quam testator affectionẽ habuit, veluti domui, vel sepulchro quod fuit maiorum, tunc certè extenditur de persona ad personam, sequitur *Ias. in l. filius familias §. Diui lect.* 2. *nu.* 147. *de legat.* 1. *Fusar. loc. sæpius cit. nu.* 28.

Sed replicabatur pro debitore rationem conseruandi bona in familia
14 ad personas in prohibitione nõ cõprehensas nullatenus extendi, vbi hæc fuit facta personis nominatim, licet eadem videatur in omnibus ratio vt post *Imol. Crot. & multos alios* notat *Fusar. loc. cit. num.* 14. Rursus quando est restricta ad certas personas, & ratio conseruandæ agnationis ad eas possit referri, vnde testator nõ dispositiuè videatur rationem cõseruationis bonorum in descẽdentibus assignare, quo casu fieret extensio fideicommissi de persona ad personam
15 vt per *Farinac. dec.* 200. *num.* 20. & *seq.*

& seqq. par. 1. Sed continuatiuè,& illatiuè,tunc enim non extenditur vltra personas quibus fuit facta prohibitio *Bart.in d.l. Pater filium* §. *fundū de legat.* 3. *Pereg. de fideicommiss. art.* 11.*num.* 56.*Petra d.quæst.* 5. *num.* 46. verba enim fideicommissi de quo in præsenti agebatur hęc erant *Voglio che semper, & in perpetuum detti beni siano in dominio de detti miei figli, & heredi, & di loro figli legitimi, & naturali, &c.* & sic conseruatio bonorum ad filios,& nepotes restricta est,ideoque vltra eos non est licita extensio, vt post *Riminald.iunior.Berrett.Petra, & alios* notat *Fusar. loco sæpius citato num.* 15. Cuius argumentationis vis mirè admodum augetur ex dictione
16 illa *detti*, seu *predetti*, quæ est relatiua ad filios tantum, quo casu nec etiam dispositio vltra eos extenditur *Peregr. de fideicom. art.* 11. *num.* 55. *Petra d.q.* 5. *num.* 26. *Fusar. q.* 678. *nu.* 10.

Et demum dato quod in fideicōmisso prædicto essent inclusi nepotes,& successiuè ipse Franciscus Antonius cum post eum nemo superfit cuius fauore facta fuerit prohibitio,
17 liberè posset alienare bona prædicta fideicommisso subiecta *l. cum Pater* §. *libertis ff. de leg.* 2. *ibique Bart. Bald. Paul. de Castr. & alij DD.* & probatur etiam *in l. quoties, & ibi Bald. C. de fideicomm.* quod adeo est verum, vt nec ipse alienans valeat reuocare alienationem à se factam *Castr. conf.* 454. *in fine lib.* 1. *& Fusar. de fideicomm. alien. probib. quæst.* 735. *num.* 3.

Non fuit hæc controuersia meo tempore nec adhuc, vt audiui, decisa.

SVMMARIVM.

1 F*Orma censetur inducta quoties statutum inducit aliquid de nouo cū certis designationibus.*
2 *.. omissa etiam in minima parte vitiat actum.*
3 *Voluntas non trahitur ad incognita.*
4 *Mandatum speciale debet continere potestatem iurandi in animam constituentis.*
5 *Mandatū speciale dicitur quod datur ad certam designatam causam, & personam.*
6 *Clausulæ generales non supplent defectum potestatis iurandi in animam constituentis.*
7 *Contumax æquè dicitur non comparens ac nulliter comparens.*
8 Bart. *distinctio* in l. filiusfamil. nu. 9. ff. de donat. *ab omnibus amplectitur, sed de veritate num.* 9.
10 *Mandato speciali opus est ad petendam in integrum restitutionem.*
11 Tiraquell. *doctrina* de ll. connub. Glos. 7. num. 109. *commendatur.*
12 *Mandatum generale cum libera habet vim specialis.*
13 *Voluntas subsequens sufficit ad constituendum procuratorem, etiam ex actu nullo.*
14 *Ratificatio mandati habet vim specialis.*
15 *.. tacita operatur conualidationem gestorum, etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum.*
16 Speculator in tit. de procurat. §. 4. *declaratur.*
17 *Mandatum specialissimum, & indiuiduale quod dicatur.*
18 Ritus 166. M.C.V. *declaratur.*
19 *Iuramentum dum non est obligatoriū, venit in mandato generali.*
20 *Mandatum speciale ad iurandum tūc requiritur, quoties lex desiderat proprium iurare debentis iuramentum.*
21 *Generale comprehendit etiam lites futuras, vbi agitur de modico præiudicio.*

Quodam

Quodnam dicatur speciale mandatum in terminis Pragmaticæ 7. de liquidatione instrumentorum?

CAPVT LXXIII.



Er *Regni Pragmaticam Sanctionem, quæ est 7. sub rub. de instru. liquid.* statutum est, vt debitor infirmus citatus super tenore instrumenti publici, teneatur trãsmittere fidem infirmitatis, & insimul constituere procuratorem cum speciali mandato, ad allegandum eam exceptionem, & respondendum super tenore instrumenti.

Hinc mandatum præsentatum In Mag. Cur. Vic. per I. V. D. Bartolomeum de Marinis ad allegandum infirmitatem Illustr. Principis Auetranæ citati ad instantiam Magnifici Cæsaris Lubrani Baronis Celliarum pro summa ducatorum nouem mille, ex duobus dicebatur esse reijciendũ. Primò quoniam stipulatum fuit ferè per annum ante citationem. Secundò eo, quod non erat speciale ad hanc causam.

Et ad fundandum Primum; ponderabantur pro creditore verba *Pragmatica*, ex quibus clarè colligitur constitutionem procuratoris ad allegandum, & proponendum exceptionem infirmitatis esse faciendam simul, & eodem tempore quo transmittitur fides infirmitatis: sunt enim, *Che quando alcuno sarà citato super tenore instrumenti, & si ritrouarà fuori di questa Fidelissima Città infermo, debbia inuiare fede authentica della sua infirmità nel modo che s'è fatto per il passato, & giontamente con inuiare detta fede, debbia constituire vn procuratore speciale, il quale possa in suo nome comparire in detta Gran Corte.* Quæ pragmatica cum loquatur per modum præsentis temporis, & actuum coniunctionem desideret, idest procuraroris constitutionem, & fidei in

1 firmitatis transmissionsm, videtur inducere formam: nam quoties statutũ inducit aliquid de nouo cũ certis designationibus, siuè modificationibus, quidquid ibi exprimitur reputandum est pro forma, *vt per Dec. cons. 344. in princ. Ancharan. cons. 241. & alios per Muscatell alleg. ito. in sua praxi par. 3. 1. par. principal. gloss. nomi-*

2 *net num. 20. Cacher. decis. 126. num. 11.* at formæ omissio in qualibet parte, etiam minima vitiat torum actum, *l. Iulianus §. si quis ff. ad exhiben. Rot. Roman. in nouiss. collect. per Farinac. decis. 30. num. 3. par. 1.* etiam in actu fauorabili, vt tradit *Bald. in l. testamẽtum non ideò C. de testam. quem & alios refert Frecc. de præsent. instrum. par. 5. num. 11.*

Et cõfirmatur, quia voluntas Principis cõstituentis ex huiusmodi mãdato stipulato non solùm ante ipsam

3 citationem, sed quod magis est, antequam cessisset dies solutionis, ad huiusmodi iudicium de nouo superueniẽs, & incogitatũ referri non poterat, prout aliàs eleganter considerauit *Cõsultus in l. mater decedens vers. cæterum* ibi; *Nec enim quæ ex testamẽto adijt, quod putat valere, repudiare legit mam hæreditatem videtur, quam quidem nescit sibi deferri ff. de inoffic. testam.* quem *text.* exornat *Afflict. dec. 53.*

*decis.*53. cum de rebus futuris quis cogitare non præsumatur, *Boer.decis.* 147. & plura alia ad materiam cumulat *Peguera decis.*146.

Et quoad secundum, quia desiderat specialem potestatem in personā procuratoris ad comparendum, & præsentandum scripturas, & allegandum exceptiones, ibi; *Debbia constituire vn procuratore speciale.* At mandatum præsentatum, quod tantùm genericè tribuit procuratori facultatem comparendi aduersus liquidationes instrumenti, generaliter nō facta mentione huius liquidationis,
4 non dicitur sufficiens, neq; speciale, quia speciale dicitur cum datur ad certam designatam causam, & personam, prout formaliter ponit *Speculat. in titul. de procurat.* §. 4. *num.*11. & in simili materia testamenti docet *Couarr.de testamen.* 2.*par. rubr.* & *Speculatorem* sequitur post alios *Salicet. in l.* 1. *nu.*5. *C. etiam per procurat. caus.in integr.restit.agi poss.*

Tertiò, quoniam mandatum debebat continere potestatem iurandi
5 in animam constituentis *ad tex. in cap. qui ad agendum, in fine de procur. in 6.* eo quod debitores interrogati super tenore instrumenti, debēt præuio iuramento respondere iuxta formam traditam per *rit.* 166. & tamen pragmatica supradicta requirit, quod
6 procurator agere teneatur omne id quod suus principalis, & clausulæ generales appositæ in mandato talem defectum non supplent *ex tex. in d.c.qui ad agendum.*

Ex quibus dicebatur Principem
7 omnino esse habendum vti verum contumacem, cum par sit causa non comparentis, & nulliter comparentis, *l.* 2.*de author.tutor. Vant.de nullit. tit.de nullit. ex defectu inhabilitatis mandati num.*121.

At pro parte Illust.Principis Auetranæ respondebatur in huiusmodi hęsitatione attendendam esse mentem *Pragmaticæ*, & finem legislatoris: hęc enim circa duo versantur, nempè prouidere actori, & Fisco, vt habeant legitimam personam cum qua procedi possit, sufficienter instructā, eo quod priscis temporibus ante illius legis promulgationem, debitore existente infirmo supersedebatur in causa, donec ipse personaliter posset comparere, nec non prouidere reo infirmo, vt possit iura sua proponere per procuratorem in hoc iudicio, quod antea non concedebatur. Vtrumque hoc consequitur ex mandato in actis deducto, ergò satisfactum est pragmaticæ, actus validitatem non quidem temporis desideranti: non enim sunt attendenda verba legis, sed ipsius mens, & intellectus, *l. scire leges ff. de legib. vbi DD.*

Et ad secundum, quod ad hoc vt dignoscatur, an speciale mandatum debeat exprimere causam
8 in genere, vel in specie, recurrendum est ad doctrinam *Bartoli*, quem ad hoc omnes sequūtur *in l.filiusfamilias num.*9. *ff. de donat.* nempè quod aut mandatum requiritur ad fauorem mandantis, & tunc sufficiet expressio causæ generalis, aut verò requiritur ad fauorem aduersarij, vt sciat an constituens intellexerit de sua causa, ne fortè aliàs negaret dicendo talem procuratorem non constituisse ad illam, & tunc requiritur expressio causæ specialis, *Bartolum* sequuntur *Bald. in l.* 1.*num.*2. *C. etiam per procurat caus. restit.in integr. Alberic.n.*1.*Salicet.n.*3. *Angel.nu.*1.*Paul.de Castr.nu.* 1. Idem *Bal.in l.illud n.*1.*ff.de minor. Ias. in l.* 1.*nu.*13.*ff.si quis in ius vocat.non i.r. Alex.de cōmuni cōs.*189.*n.*8.*lib.*7.*D c. cōs.*20.*n.*4.*lib.*1.*Crauett.cons.*126 *n.*6.

lib..1 Mynsing.obseru.26. nu.3.cent.2.
vbi de cõmuni, *& Vant.de nullit.tit.de*
nullit.ex defect.inhabilit. mandat. nu.
96.Couar.lib.1.var.c.6.num.2.Rolan.
cons.26. vsque ad nu.35.lib.2. Grat.
cons.159.n.6.lib.2.Caßador.dec.1.n.3.
de procurat. Bertaz. cons.crim. 407. in
Princ.lib.2.Menoch.cons.260.n.9.lib.
3.Surd.cons.245.nu.37.lib. 2. Bimius
cons.219.n.31.lib.2. & cõs.219. nu.4.
& 5.lib.3.Honded.cõs.86.nu.39.lib.2.
Berou.quæst.33.n.10.Riminal iun. cõs.
203.n.58.lib.2.D.Reg.Valenzuela cõs.
88.n.85. iudicatũ fuisse dicit *Alberic.*
d.n.1.& Fulgos.in ead.l.1.n.2. quãdo
mandatũ est iã factũ, dicit esse admit-
tendum. Inde applicando terminos
distinctionis dicebat Aduocatus
Principis, quod pragmatica deside-
rat mandatum speciale, non quidem
in fauorem actoris, cuius commodo
magis esset prospectum per contu-
maciam debitoris, quam ex compa-
ritione ipsius. Ergò dicendum est
per eam fuisse prouisum debitoribus
infirmis non valentibus aliter iura
sua pponere, & se defẽdere, & pinde
sufficere expressionẽ causæ in gene-
re, iuxta primũ distinctionis mẽbrũ.

Sed hæc respõsio pace Aduocatorũ
Principis mihi nõ satisfecit: quãdoq;
dẽ certũ est, pragmaticã voluisse prin
cipaliter fauere creditori, obuiando
dilationibus debitorũ, qui vt plurimũ
sub colore infirmitatis deludebãt cre
ditores, reddẽdo immortales causas
liquidationis instrumẽtorũ, quæ tàm
celerẽ expeditionẽ requirunt. Vnde
aptior est, & quidem securior meo
9 sensu distinctio *Baldi in l. sed si*
quis §. quæsitum num. 18. *ff. si quis*
caution. quod vbicunque lex requi-
rit speciale mandatũ, respiciendũ est,
an constituens agat de iuris sui per-
secutione, & tunc nõ requiritur ex-
pressio causæ, & personæ, sed suffi-
cit, quod qualitas causæ exprima-
tur in genere: si verò agatur de iuris
renunciatione, & tunc vtriusque
expressio requiritur, vnde *Tiraquell.*
singulariter admodum suo more
10 *de ll. connub. glos. 7. num.* 109. in
puncto docet, quod quamuis ad
petendum in integrum restitutio-
nem speciale mandato opus sit, *l.*
illud §. 1. de minor.glos. cap.sciscitata,
& ibi Abb. de in integr.restit.Farinac.
decis.53. num.1. post cons.crimin. nec
sufficit si constituens dicat se con-
constituere talem procuratorem in
omnibus causis in quibus requiritur
speciale mandatum, tamen si dicat
11 se constituere ad petendum in inte-
grum restitutionem cum opus fue-
rit, sufficiens est mãdatũ etiã si nõ di-
cat in tali causa, & hãc esse cõmunẽ
sentẽtiã quã seqtur dicit *Sfort Odd.de*
in integ.rest.p.1.q.31.ar.14. Quæ do-
ctrina decidit sanè casum nostrum, in
quo constituitur Bartolomeus de
Marinis ad comparendum in Mag.
Cur. in causis liquidationis instru-
mentorum ad instantiã cuiusuis cre-
ditoris, & ad allegandum omnes, &
quascunque exceptiones, & præsen-
tandum scripturas infirmitatis, &c.

Rursus dicebam, quod mandatum
12 prædicti Bartolomei erat generale
cum libera, quod habet vim specia-
lis *dicto capit. qui ad agendum de pro-*
curat.in 6.l.procurator cui, & l.man-
dato generali, & ibi Bar.de procur. Fa-
rin.d.dec.53. nu.2. vbiplures concor-
dantes adiungit *eius Additionator.*

His accedat mandatum huiusmo-
di esse roboratum subsequenti vo-
luntate Principis, dum in pede cita-
tionis super tenore instrumenti sibi
intimatæ institit stante sua infir-
13 mitate, intimari dicto suo procu-
ratori; quæ quidem voluntas sufficit
sic declarata ad cõstituẽdũ procura-
torem etiam ex actu nullo, *vt per*
glos.in clement. 1. in verb. ex literis
de pro-

de procurat.D. Reg. Rouit.in comment.
14 *ad pragm. Regni in rubr. de procurat.*
*num.*51. ex quo actu saltem sequitur
ratificatio mandati, quæ vim specia-
lis habet, *Dom. Borrell. tomo 1. decis.*
*vniuers.titulo de procurator.num.*239.
15 imò tacita ratificatio operatur con-
ualidationem gestorum etiam in his,
quæ requirunt speciale mandatum,
doctrina est *Geminian.in c qui ad agẽ-*
dum de procurat.in 6. quã refert *Alex.*
Trẽtacinq.var.resol.lib.3.c.4.n.12.&
post multos Surd.cõs.43.n.15.& cons.
60.n.14.Schrad.de feud.p.6.c.3.nu.12.
Greueus lib.1.pract.cõclus.Camer. Im-
per.concl.47.num.13.
16 Neq; doctrina Speculatoris à parte
allegati negotium facit: nam potius
contrarium tenet dum dicit, man-
datum speciale fieri cum expressio-
ne causæ generalis, *& DD. per Sa-*
licet. allegati loquuntur in specie *te-*
xtus in l. si quis mihi bona §. iussum,
de adquir. hæredit. scilicet, quando fit
mandatum ad adeundum hęredita-
tem, quod satis diuersum est, eo
quod aditio hæreditatis potest dam-
num afferre adeunti, & propter ta-
le periculum requirit lex, quod in-
diuidualiter constet de voluntate
volentis adire, ideoq; non admitti-
tur mandatum nisi cum expressio-
ne causæ, & personæ. At in casu
nostro periculũ esset solum si actus
contentus in mandato non adimple-
retur per procuratorem: nam repu-
taretur Princeps contumax, & in-
cideret in pœnam periurij. Ergò du-
bitandũ non est de volũtate ipsius.

Veritas enim ea est, quod quando
lex requirit expressionem causæ, &
personæ, tunc dicitur requiri man-
17 datum cuiusdam tertiæ speciei inter
generalem, & specialem, quod *Bal-*
dus appellat specialissimum, indiui-
duale,& singulare, *in d.l.1.nu.2.C.etiã*
per procur. caus.in integr. restit. Natta
cons.673. num.17. lib.4. & eleganter
ad propositum colligitur ex traditis
per *Rot Rom.dec.779.n.4.& 5. inter*
collect. per Farinac.nouiss.par.2.

Ad tertium obiectum circa pote-
statem iurandi in animam consti-
tuentis deficientem in mandato ex
18 pluribus satisfieri dicebatur. Et Pri-
mò, quia Ritus re vera desiderat cre-
ditoris iusiurandum in actu interro-
gationis; nàm debitoris esset frustra-
torium, cum ipse iurauerit in instru-
mento. Idque suadetur ex verbis
ritus, ibi; *Et facta responsione per de-*
bitores, si non probauerint suas exce-
ptiones, teneantur ad pœnas iuramento-
rũ in instrumẽto cõtentas; ad quid ergò
aliud iuramentum? Secundò dato,
millies, quod debitor iuraret, ta-
men huiusmodi iuramentum est nul-
lius præiudicij, ex quo debitor nul-
lam contrahit obligationem, sed
contractam persoluit, & ideò siue
neget, siue fateatur debitum, sem-
per carceribus mancipatur nisi com-
19 pareat sacculo parato, *Dom. Regens*
Rouit. ad pragm. 4. de instrum.liquid.
num. 42. Tertiò dum iuramentum
non est obligatorium, venit in gene-
rali potestate facẽdi omnes,& quos-
cunque actus *Grat. cons.159. num.8.*
lib.1. Quartò hoc defectũ quatenus
talis esset, respiceret actum interro-
gationis tantum: at verò cum de
exceptionibus, & scripturis præsen-
tatis agitur validum est, quia vtile
per inutile in diuiduis non vitiatur,
vulg.iurib.

Ego proprius ad rem accedendo
respondebam, præsentem obiectio-
nem tollendam ex *doctrina Carau. ad*
20 *rit.228.nu.20.* vbi docet, quod tũc req-
titur speciale mandatũ ad iurandum,
quoties lex specificè desiderat pro-
prium iurare debentis iuramentum,
veluti in casu *Constitutionis Regni*
statuimus, de offic.Magist. Iustitiar.

vbi ad iurandum de perhorrescentia dicit contrario debere præstari corporale iuramentum: at cum simpliciter fiet mentio de iuramento, potest per alium præstari ex clausulis generalibus mandati.

Minus obstat Quartum, nam mandatum expressè loquitur de causis futuris liquidationis instrumentorum, ibi; *Et omnes, & quascunque alias scripturas tàm publicas, quàm priuatas aduersus liquidationes instrumentorũ liquidandorum ad instantiam quorũcũque eius creditorũ.* Et quamuis consti-

21 tués fuisset loquutus verbis generalibus, dicẽdo tantùm aduersus liquidationes instrumentorum, adhuc cõprehẽderet liquidationes futuras, ex quo agitur de modico præiudicio, *Alex.ad Bar. in l.dãni infecti §.si is qui verb. futuras ff.de dãn. infect. Put. dec. 37.lib.3.Verall.dec.300. lib.2.* & alias Rotæ decisiones ponunt *Mantic. & Steph.Grat.* quas sequitur *D.Reg. Rou. in 4.rub.de procurat.num.61.*

Ex quibus Mag.Cur.censuit comparitionem prædicti procuratoris ritè, rectèq; processisse, & proinde admittendam. Sed tamen controuersia hæc in causa fuit, vt Regiũ Collaterale Consil. ad huiusmodi obuiandas controuersias post hæc scripta ederet pragmaticam sanctionem *sub die 21. Ianuarij 1632. vbi cap. 8.* statuitur mandatum requisitum in tali casu debere cõtinere specialissimam expressionem causæ, & personæ de qua igitur.

SVMMARIVM.

1 *Causa preiudicialis prius terminari debet.*
2 *Incidens, seu emergens assumit naturã causæ principalis.*
3 *Doctrina* D.Regentis Caroli de Tapia *commendatur.*
4 *Decisio Regij Collateralis Consilij.*

Appellationem interpositam à decreto Mag.Cur.Vicariæ quod expediatur citatio super tenore instrumenti non esse admittendam.

CAPVT LXXIV.



Dmisso, vt in prçcedẽti dictum est, procuratore Illustr. Principis Auetranæ in præsenti causa liquidationis instrumẽti, excepit de nõ nullis, tùm ordinem, cum etiam iustitiæ causam concernentibus. Et Primum quòad citationem super ipsius tenore, dicebat nullam esse vtpotè expeditam pendente relatione facienda in Sacro Consilio super appellatione interposita per ipsum Principem à decreto, quod expediantur citationes, facto prius per eamdem Curiam super requisitoria eidem intimata. Nulli enim dubium est, quod appellatione pendente, nihil est innouandum, *vulg. iurib.* & licet natura huiusmodi iudicij exequutiui liquidationis instrumenti appellationem, seu supplicationem non admittat, nisi cum requisitis traditis per *Ritum Magn.Curia Vicaria, & per Regiam Pragm.9. §.7.sub tit. de offic. Magistr. Iustit.* adhuc videbatur esse admittendam in præsenti. Tùm quia iudicium est ciuile.

uile. Tum etiam quia hoc primum
1 adeò est secū lo præiudiciale, vt decisio secundi pēdeat ab eo tanquam illi præambulum, ideoq; omnino supersedendum in secundi determinatione, donec primum diffinitiuè determinetur, prout eleganter respōdet *Summus Pontifex in cap. super eo, il primo, de appell.* ibi. *Et si principalis causa sine illis terminari non poterit, ei nihilominus supersedeatur.* vbi *glos. in verbo & si principalis causa*, ibidemq; *Francus num.* 8. articulum disputat in causa connexa cum principali, quando tamen connexitas est talis, quæ præiudicet causæ principali, dicit *num.* 9. *in fine*, esse supersedendum, ita intelligēdo doctrinam *Innocentij*, & benè determinat *Bald. in l. edita in 1. lect. C. de edendo*. Videbatur ergò esse omninò supersedendum, & expectandus exitus dicti verbi faciēdi, in quo maximè intererat Principis audiri ciuiliter, cum tale sit huiusmodi incidens, vt diximus.

Verum enimuerò quamuis huic
2 obiectioni non esset satisfactum per Aduocatum actoris, tamen respōderi poterat, quod hoc incidēs, seu emergens debebat assumere naturam causæ principalis, ita quod eadem summaria cognitione qua tractatur vna, debebat & alia tractari, prout docuit *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. summariè nu.* 22. *Ias. in l.* 2. *nu.* 5. *in fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Dec. in cap. pastoralis num.* 4. *in fin. de appell.* ideò si statutum dicat, quod in causis damni dati stetur iuramento damnum passi, tunc omne id quocunque modo tangens causam illā, debet per iuramentum terminari, quod latiùs prosequitur *Menoc. de arb. Iudic. lib.* 1. *quæst.* 45. *num.* 9. *& seq. Lancellott. de attent. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 9. *Rota diuers. decis.* 245. *num.* 5. *par.* 1. vbi decisum fuit, quod prohibita appellatione à sententia lata in iudicio, censetur etiam prohibita ab omni eo, per quod peruenitur ad dictam sententiam, modò causam principalem attingat, eamq; opinionem sequutum fuit Sacrum Consilium teste *Vinc. de Franch. decis.* 513. nosque latiùs diximus in *cap.* 15. Præter quas rationes habemus etiā controuersiam in puncto decisam ab eodem Sacro Consi-
3 lio, vt refert *communis Præceptor Dominus meus Regens Carolus de Tapia in tit. de liquid. instrum. lib.* 4. *Iur. Regn.* vbi inquit, *quod licet in requisitoria causa ciuilis sit, quando autem decernitur, quod expediatur citatio super tenore instrumenti sit criminalis, mutando naturam, & amplius non admittitur procurator.*

Sed tamen licèt hæc vera sint, noluit Mag. Cur. super his suum interponere iudicium, aderat namq; conflictus plurium supplicationū spectabilis Præsidis Sacri Cōsilij pro parte Principis, quod seruaretur Regia decretatio de verbo faciēdo, & pro Lubrano plurium decretationum Regij Collateralis Consilij, quod procederetur in causa seruata forma Ritus; ideò iniunctum fuit vtriq; parti, quod adirent Regium Collaterale Consilium, à quo expectaretur nouissima in hoc resolutio, cum qua posset Magna Curia, vel procedere in causa liquidationis iuxta Lubrani instātiam, vel verbum facere in Sac. Consil. iuxta petitionem Principis.

4 Demùm ad relationē eiusdem Domini mei fuit in eodē Collaterali determinatum ad fauorē Lubrani, quod procedatur ad vlteriora in causa liquidationis instrumenti, circumscripta relatione fieri ordinata in Sacro Consilio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MVtuum palliatum præsumitur, quoties pecunia soluitur anticipatè.*

2 *Vsurarius præsumitur contractus speciei, qui posteà reducitur ad pecuniã.*

3 *Vsura est lucrum exigere ex ea re, cuius periculum penes debitorem semper fuit.*

4 *Contractus emptionis specierum vulgo dictus* alla voce, *iure communi, & municipali permissus est.*

5 *Interesse quantiplurimi ob moram debetur per non consignantem rem venditam.*

6 *.. succedit loco rei.*

7 *.. ex mora debetur, & si non sit promissum.*

8 *.. semper crescit vsque ad sententiam, & illius executionem.*

9 *.. diuersimodè taxatur.*

10 *Instrumentum exequi debet tàm pro sorte principali, quàm pro interesse.*

11 *Interesse quãtiplurimi aliud est extrinsecum, aliud intrinsecum.*

12 Text. in l. vnica C. de sent. quæ pro eo, quod interest, *nihil derogat iuri digestorum.*

13 *Interesse quantiplurimi extrinsecum non debetur in venditione specierum.*

14 *.. extrinsecum non venit in contractu emptionis etiam in solito negotiari.*

15 Bart. in l. vnica C. de sent. quæ pro eo, quod inter. *declaratur.*

16 *Interesse quantiplurimi extrinsecum plura requirit, ad hoc vt tuta conscientia exigi possit.*

17 *Lucrum cessans debet esse paratum promptum, & certum, ad hoc vt pariat interess. quantiplurimi.*

18 *Confessio debitoris in materia vsurariã non probat requisita ad illarum exactionem.*

19 *Lucrum cessans non nisi præuia creditoris protestatione exigi potest.*

20 *Interesse quantiplurimi non debet esse excessiuum, vt exigi possit.*

21 *Lucrum excessiuum quodnam dicatur.*

22 *Praxis Sacri Consilij circa taxationẽ lucri, vel damni.*

Interesse quantiplurimi regularitèr non deberi ex lucro extrinseco proueniente ex negotiatione in venditione specierum, citra vsuræ vitium.

CAPVT LXXV.



CVM videret Princeps Auetranæ esse omninò tractandũ in Mag. Cur. de instrumenti liquidatione, opposuit illud esse vsurarium, & feneratitium. Et quidem supponebatur in facto pretium olei emptum à Cæsare Lubrano anticipatè solutum, prout communiter dicitur *alla voce*, fuisse de partium consensu æstimatum ad rationem ducatorum duodecim pro qualibet salma, ob cuius cõsignationem in tempore non secutam, asseritur in instrumento, Cæsarem ipsum multa dãna esse passum, & præcipuè habito respectu ad alias olei quantitates tunc temporis per ipsum Venetijs venditas deducto omni periculo, & expensa ad rationem ducatorum viginti cũ dimidio pro qualibet salma, ad quam facto calculo Princeps remansit debitor in ducat. 4541. in vno instrumento, & in alio in alijs ducat.

ducat. 4940. vndè apparebat interesse capitalis ducatorum 5872. solummodò spatio mensium octo ascẽdisse ad summam ducatorum 3572.

Ideòque dicebatur contractum esse ex pluribus vsurarium. Primo quoniam in vtroque instrumento datur pecunia anticipatè pro consignatione olei facienda de mense Nouẽ-
1 bris 1626. Hæc anticipata solutio in pecunia est virtuale, seù palliatũ mutuum, *Nauar. de vsur. nu. 4. Bannes ad D. Thom. secunda secundæ quæst. 78. col. 3. vers. secunda limitatio, Reginald. tom. 1 for pænit. vers. de vsu autem in quarto casu, Bonacin. de cõtract. disp. 3. quæst. 2. punct. 4. nu. 20. vers. siue tamen non sequitur.* Secundo fuit promissa cõsignatio secundum vocem Ostuni, sed sumptibus Principis paciscitur oleum esse transmittendũ in posturis Lubrani in Terra Cæliarũ, qui sumptus vecturæ ascendebant ad summã ducatorum mille, ideò contractus efficitur vsurarius, *Farinac. tom. 5. prax. crim. q. 163. n. 105.* Tertio à principio fuit pecunia soluta pro consignatione olei ad tempus, deinde receditur à contractu speciei, & contractus ite-
2 rum reducitur ad pecuniã, hæc præsumptio est vsuræ, & mera vsura *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs.* 122. *num.* 115. *Farinac. d. quæst.* 163. *nu.* 85. & in casu præsenti aliud maius vitium cõsiderabatur; nàm redacto demum dicto contractu ad pecuniam, adhuc Lubranus recepit frumẽtum, & oleũ, sed tamen pretium voluit ęstimari ad minorem rationem quã ipse exegit, & emit. Et tandẽ nam primus cõtractus non fuit emptionis, & venditionis, sed Princeps promisit solũmodò oleum consigare secundum vocem Ciuitatis Ostuni in mẽse Nouembris 1626. vnde consequi videbatur Lubranum non posse lucrum exigere illius rei, cuius possessionem, & dominium adhuc nactus non fuit, & cuius periculum semper penès Principem remãsit, quo casu sufficere debet creditori, si pecuniam habet solutã vna cum interesse, nec petere potest extimationem rei promissæ cum lucro, siue fructu, prout communiter teneri asserunt *Alex. cons.* 121. *lib.* 4. *Decian. cons.* 2. *num.* 35. *lib.* 1. *Bimius cons.* 15. *num.* 15. *lib.* 1. *Anna allegat.* 42.

At pro Lubrano respõdebatur. Prinon esse vsurarium, nec improbatum emere frumentum, oleum, siuè alias
4 species quascunque *alla voce*, vt in Regno dicitur, eo quod etiam de iure communi permissum est emere, aut vendere, quæ nondum nata sunt, ad *tex. in l. nec emptio de contrah. empt.* & in Regno Siciliæ practicatur dare pecuniam ad metam, *Mastrill. decis.* 245. *num.* 26. & 27. & idem est, quod emere pro pretio posteà communiter currẽte; nàm alias certificato pretio ab initio, contractus esset vsurarius, vt probat idem *Mastril. dec.* 106. *num.* 8. 9. 30. & 45. qui punctualiter *num.* 12. exemplum posuit in emente frumentum in herba eodem modo. Et propterea cum inde adueniente tempore solutionis, seù potius consignationis olei promissi, certum erat Cæsarem non esse creditorẽ ampliùs pecuniæ, sed rei consignãdæ, scilicet olei, cuius consignatio dum effectualiter facta non fuerat, subsequitur ob moram per debitorem contractam
5 deberi interesse quãtiplurimi: etenim illud debetur per non consignantem rem venditam, vt post *Rotam Genua decis.* 211. *num.* 1. notat *Mastrill. decis. Sicil.* 16. *num.* 8. & ad præstandum interesse prædictum cogi posse de iure, ex *Osasc. decis.* 129. *num.* 16. *Ruginell. practic. quæst. cap.* 20. *num.* 9. affirmat *Gratian. discept. forens. cap.* 852. *nu.* 36.
6 postquam tale interesse quãtiplurimi succedit loco rei, *Surd. dec.* 267. *nu.* 7. & *decis.*

& decis.306 num.7. Rota Genuæ decis. 177.*nu.*4.sequitur *Amat.decis.Ancon.* 24. *sub num.* 17. & ideò præstandum esse comprobat *Surd. decis.*306.*nu.*7. Hinc est, quod tam ob consignationem non factã de frumento præstando, ad interesse quantiplurimi condemnatum fuisse debitorem, affirmatunt *Surd.decis.*81.*& Giurb.decis.*115. quàm etiam pro consignatione olei promissi aliter non facta in tempore decisum tradunt *Rota Genuæ decis.* 211.*& Amat. in d. decis.*24. *num.*13. Ex quibus omnibus desumitur tale interesse omnino deberi creditori. Sed cum interesse quantiplurimi ex mora proueniens tacitè resultans
7 ex cõtractu, & si specificè promissum non fuerit, vt quoque probat *Ant. de Ballis vbi supra num.*33.semper enim
8 currit *Surd.d.decis.*267.*num.*7. immò semper crescit vsque ad sententiam, ac illius executionem, *l.ratio* §.*cum per venditorem de action. empt. l.in fideicommisso in princ.de vsur.Bart.in l.*3.§.*in hac actione nu.*3.*ff.commodati, Surd. decis.*81. *in fin.* cum alijs relatis per *Stephan. Gratian. disceptat.forens. tom.*2.*cap.*243.*nu.*76.*&* 77. *Mascard.*
9 *d.decis.*16.*num.*8.*Giurb.d.decis.*115.*in princ.* cuius taxatio, vel per communem extimationem fieri deberat, vt per *Mascard.de probat.conclus.*931. *à num.*18.*cum seq.* vel per iuramentum partis si ita conuentum fuisset, idem *Mascard. conclus.*635.*nu.*35. *Muta decis.Sicil.*42.*sub num.*4. vel per Iudicis arbitrium *Rota Genuæ decis.* 117. *Borgn. decis.*13.*par.*2. *num.*65. *&* 68. vel demum per ambarum partiũ consensum vt idem *Borgn.* aduertit *ib d. num.* 38. quemadmodum fuit obseruatum in casu prædicto fuisse tale interesse inter partes ipsas taxatum, & liquidatum, & tàm de capitale, quam de interesse promissa solutio in pecunia intra certum tempus iam elapsum. Nec improbata videtur talis conuentio, nam alias fuisse de tali interesse quãtiplurimi transactum inter partes testatur *Rota Auenion.decis.* 187.& per Senatum admissa. Ex quibus videbatur rectè omnia processisse absque labe vsurariæ prauitatis. Quapropter dum de executione instrumenti capitalis, & de interesse agatur non esse potiùs ordinariè, quã executiuè agendum, ita *Ballis vbi supra num.*33. *vers. contrariam partem, Giurb. d.decis.*115.*sub num.*15.*versic. caterum in electionè, ex Ruginell.loc.cit. in fin. Gratian.d.cap.*852.*sub nu.*36.

Verum ex parte Principis replica-
11 batur, omne lucrum, siuè interesse quantiplurimi, duplici differentia cõplecti. Aut enim est intrinsecũ, quod quidem nil aliud est, quàm æstimatio rei etiam quantiplurimi in loco promisso: vel est extrinsecum, quod scilicet rei non inhæret, sed ex negotiatione prouenit, quæ distinctio mirificè colligitur ex insigni Iuriscõsulto respõso *in l. si cũ sterilis* §. *cũ per venditorẽ de*
12 *act.empt.*nec Cæsarũ temporibus incognitam fuisse elegãter conspicitur *in l.vnica C.de sent.quæ pro eo quod inter. vbi Bar. nu.*17. ex cuius decisione nihil iuri digestorum immutatum fuisse, obseruant *Ioan. Bapt. Lup. in l.curabit comment.* 1. §.6. *nu.*106. *de actio empt.& Nauar.de vsur.num.*46. *vers. septima.*
13 Qua distinctione præhabita, subsequitur hæc iuris determinatio, quod interesse extrinsecũ de quo agimus, debetur in pecunia, non autem in venditione specierũ, vt potè frumenti, vini, olei, & aliarum, ita *Bart. in l. nummis ff. de in litem iurand. vbi Ias. num.* 3. *&* 4. & de communi testatur *Rebuff. in d. l. vnica C. de sentent. quæ pro eo quod inter. num.*27.28. 443. *&* 558. *Menoch.de arbit. lib.*2.*casu* 119. *num.*125. *Ioan.Francisc. de Ponte de*

potest.

*poteſt. Proreg. tit.*4. §.4.*num.*3. & nouiſſimè *Franciſc. Niger Cyriac. controuerſ. forenſ. cap.*165.*num.*25.*tom.*1. & in ſpecie quod in contractu emptio-
14 nis, & venditionis etiam in ſolito negotiari, & habente paratam negotiationem iuxta terminos *d. l. vnic.* non venit intereſſe extrinſecum prouenìens ex negotiatione, ſed ſolùm pretij quantiplurimi in loco promiſſæ conſignationis, ſcribunt *Bald. ibidem num.*57. *Odofred. num.*11. *Fulgoſ. num.*49. *Caldas de empt. & vendit. cap.*29.*num.*47. *Couar. lib.*3.*variar. cap.*4. *num.*2. *Molin. de iuſtit. & iur. de contract. diſput.*368.*num.*10. & poſt alios *Sigiſmund. Scacc. de commerc & camb.* §.7.*gloſ.*2.*num.*57. & ſecundum hanc opinionem iudicaſſe Sacrum Conſilium teſtatur *Capyc. deciſ.*19.*nu.*6. & ſequitur *Put. deciſ.*231.*lib.*1.*in fin.*

Neque his aduerſantur tradita per
15 *Bart. in d. l. vnic. nu.*18. & 19. & relatos per *Magon. deciſ. Florent.*32.*nu.*15. & *Caccialup. in l.*1.*nu.*83. & 84. *C. de Sum. Trinit.* nàm procedunt in caſibus exemplificatis *per Baldum in d. l. vnic. num.*57. non autem quando agitur de promiſſione conſignationis olei, vel alterius ſpeciei, conſignatione deinde non ſequuta. Nàm hoc caſu verum eſt quod diximus, non poſſe exigi intereſſe lucri ceſſantis, quod eſt extrinſecum, & inhærens non rei meæ, ſed mihi debitæ, ſed tantum intereſſe pretij quantiplurimi eo tempore, & in illo loco, & non alibi, prout accuratè conſiderat *Caietan. ad D. Thom.*2.2.*q.*78. *art.*2. *ad primum, & Afflict. deciſ.*313.*nu.*8.

Quod ſi hæc vera ſunt in foro fori,
16 fortiùs dicendum eſt in foro poli, vbi ſtrictiùs proceditur, plura requiri vt tuta conſcientia tale intereſſe extrinſecum exigi poſſit. Primum quidem
17 requiſitum eſt, quod tale lucrum ceſſans fuerit certum, indiuiduale, promptum, & paratum, ità quidem docet *Angelicus Doctor dicta quæſt.* 78. *artic.*2. *verſ. ad primum, vbi Caietan.* oſtendit exempla, & ſignanter quod lucrum ſit certum deductis expenſis, ſalarijs, & laboribus, *Petrus Nauarr. de reſtitut. lib.*3.*cap.*2.*nu.*301. *Medin. Tolet. & alij Summiſtæ paſſim, Paul. de Caſtr.* ex noſtratibus *in l.*3.§. *nunc de eo ff. de eo, quod certo loco*, & ſic pluries iudicaſſe Rotam Romanam refert *Farinacius deciſ.*20. & accuratè *Maſtrillus deciſ.*245.*num.* 36. & 45. *Gratian. tomo* 1. *diſceptat. forenſ. c.*66. dicens hanc eſſe veriorem opinionem, latè *Peguera deciſ.* 33. *num.*11. *Menoch. de arbitrar. caſu* 119. *Aluar. Valaſc. conſultat.* 107. *Barboſ. in l.* 2. *par.*1.*num.*48.*ſolut. matrim.* & nouiſſimè *Chriſtoph. Mart. deciſ. Senen.*14. *num.* 12. qui omnes concludunt huiuſmodi lucrum debere perneceſsè, & certitudinaliter probari. Et quod lucrum remotum exigere ſit vſura, tenet *Bannes quæſt.*78. *colum.*7. *verſ. ſeptima concluſio, & verſ. pro huius intelligentia, Cagnol. in rubr. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. num.*22. *Leſs. de iuſtit. & iure lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 11. *num.* 82. *& quod ibi Bannes* intelligit lucrum remotum in frumento quando prouenit ex negotiatione, *Leſſ. num.*86. intelligit proprium in pecunia parata, & deſtinata negotiationi, non habendo aliam pecuniam otioſam in arca. Nec ad hoc probandum ſufficit confeſſio partis in inſtrumento emanata, nàm hoc præcipuum eſt in omni contractu de vſura ſuſpecto,
18 quod requiratur effectualis, & realis probatio vt per *Bald. in l. rogaſti* §. *ſi tibi, & in l. cùm alleges colum.*3. *C. de vſur. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tit. num.*152. latè *Gaſpar Roder. de annuis reddit. lib.*3.*quæſt.*5.*num.*40. quos ſequuta eſt *Rota Romana in vna Ianuenſi pecuniaria coram Vbaldo, quæ*

eſt fin. num. 8. *inter* 372. *collect. per Farinac. & iterum decis.* 775. *num.* 2. *tom.* 4. *in nouiſſ.*

Secundum principale requiſitum, & conditio eſt circa lucrum ceſſans, pręmonitio, & proteſtatio creditoris ſine qua exigi non poteſt, *Innoc. & alij in c.* 1. *de vſur. Azor lib.* 3. *Inſtitut, moral. cap.* 5. *verſ. tertia conditio in fine, Paul, de Caſtro in l. final.* §. *nunc de officio num.* 3. *in princip. de eo quod certo loco, Afflict. decis.* 20. *num.* 2. *Puteus decis.* 237. *lib.* 1, *Rota apud Farinac. decis.* 52. *nu.* 2. *par.* 1. *& in d. decis.* 775. *& rurſus decis.* 142. *num.* 2. *&* 211, *num.* 5. *inter* 372. *deciſiones criminales recollectas per eumdem, Silueſter in ſumm. verbo vſura, il primo num.* 26. *in fine, Sotus de inſtit. lib.* 6. *quaſt.* 1. *art.* 3, *Franc. Niger Cyriac, d. controuerſ. forenſ.* 175. *nu.* 34. *& alij paſſim.*

Tertiò, & principaliter requiritur,
20 quod lucrum non ſit exceſſiuum, *Rota Auenion. decis.* 187. *Plota de in lit, iuran. tit.* 4. *& ſeq. Ripa de peſte par.* 1, *num.* 75. nec totum exigatur, ſed Iudicis arbitrio, *Conrad. par.* 1. *quaſt.* 229, *verſ. demonſtrationis eſt, Petr. Nauarr, de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 296. Cæteri ferè omnes Summiſtæ tenent viginti pro centenario eſſe lucrum illicitum, & vſurarium. *Petr. Graff conſ.* 2. *nu.* 10,
21 *tit de vſur. lib.* 2. Item quindecim pro centenatio, *S. Antonin. in ſumma tom,* 2. *cap.* 8. §. 7. & taxationem decem pro cẽtenario exceſſiuam vocat *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 143. *num.* 6. ad quod vide *Cardin. Tuſch.* quem ſequitur *Chriſtoph. Mart. dicta decis.* 14. *num.* 32. *&* 33. In iure ciuili non datur maior vſura centeſima, duodecim ſcilicet pro centenario, *Scaccia de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 53. *Decian. conſ.* 76 *num.* 32. *lib.* 4. Inter negotiatores Belgij licitum eſt paciſci duodecim pro centenario, & non vltra, ceſſante pacto exiguntur ſex tantùm pro centenario, *Chriſtin. dec.* 154. *nu.* 8. *tom.* 1, *& decis.* 193. *in princ.* Inter mercatores Sabaudiæ exiguntur ſex tantùm pro centenario, *Anton. Faber C. de vſur. deffinit.* 2. In Sacro Conſilio non exiguntur vſuræ centeſimæ, *Praeſ. de Franch. decis.* 21. habetur tamen ratio
22 lucri, vel damni quod inter mercatores Sacrum Conſilium decernit decem tantùm pro centenario, vt quotidiè videmus. Lucrum autem quod Lubranus exigere intendit, iàm eſt dictum pro dúc. 5877. reſidui capitalis ſpatio menſium octo ducatos 3575. qui ſunt ad rationem 75. pro centenario, & facto calculo pro integro anno, eſſent duc. 112. cũ dimidio pro centenario; eſſe ergo dicebatur lucrũ non ſolũ exceſſiuũ, ſed inauditum, prout tale eſſe viſũ fuit Magnę Curiæ Vicariæ Regni Siciliæ in caſu relato per *Maſtrill. d. decis.* 16. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *EXceptio vſurariæ prauitatis non impedit iudicium executiuum.*

2 *Iuris quaeſtio dubia, & intricata æquiparatur quæſtioni facti, & non impedit executionem inſtrumenti.*

3 *Exceptio vſurariæ prauitatis eſt prōptuaria,*

4 *,, Reſultans ex uentre inſtrumenti ipſo iure repellit agentem.*

5 *,, etiam ſi requireret altiorem indaginem, debet admitti ad impediendam executionem.*

6 *,, dicitur probatio probata, & facit rẽ notoriam.*

7 *Ius ſui natura ſemper eſt certum.*

8 *Iudex ſtatim pronunciare debet ſuper exceptionibus conſiſtentibus in Iure.*

9 *Exceptio vſurariæ prauitatis impedit quodlibet iudicium executiuum, & executionem ſententiæ.*

10 *Iudex ex officio debet reſiſtere vſurario,*

rio, ne vsuras exigat.
11 Text. in cap. debitores de iure iur. declaratur.
12 Statutum dans executionẽ instrumentis, intelligitur de validis.
13 Iuramentum de soluendo vsuram palliatam, non est obligatorium, neque indiget absolutione.
14 In contractu contra bonos mores nõ est obligatorium.

Exceptionem vsurariæ prauitatis non friuolam, & calumniosam, sed quæ in promptu iustificetur, impedire instrumenti executionem, & aliud quodpiam iudicium exequutiuum.

CAPVT LXXVI.



AGnoscens Cæsar Lubranus vim eorũ, quæ dicta sũt in præcedenti pro Principe Auetranæ, cõtinuò cõfugit ad asylũ erectũ per *Summum Pontificẽ in cap. debitores de iure iurãdo*; in quo securus redditur creditor à suo debitore dicẽte instrumentum esse vsurarium, non enim ei permittitur nisi pro obseruantia iuramẽti soluerit prius vsuras, & posteà indebitè forsan solutum repetat, vt notant etiam *Guttier. de iurament. confirmat. cap. 2. num. 34. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 115. num. 4. & seq.* latè *Crass. de exceptionib. except. 28. num. 5. vers. sed difficultas consistit.*

1 Inde clarè elicitur per talem exceptionem iudicium executiuum impediri non posse, vt pluriès decisum per *Rotam Romanam* testatur *Farinac. decis. 490. tom. 3. nouiss. collection.* & in terminis hãc partem neruosè defendit egregius consulẽs *Petr. Surd. cons. 327. nu. 15. & seq. vol. 3.* dicens, quod propter exceptionem vsurariam etiã in promptu probatam, executio ordinata à statuto in fauorem instrumenti publici retardari non debet, eumq; sequitur *Sigismund. Scaccia in tract. de commerc. & camb. §. 7. glos. 5. quæst. 4. nu. 66. & seq.* vbi materiam latè examinat, & post eum *eruditissimus Auditor Dominic. Gaito in tract. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 1046.* dicens opinionem *Surdi* in praxi esse veriorem.

Vel saltem cum quæstio prædicta, an interesse per Principem promissum sit verè licitum, vel potius vsurarium admodum dubia sit, vt reddatur ius incertum, & requirens lon-
2 gam altercationem, quę æquiparatur quæstioni facti, & de ea non dicitur in continenti apparere, tunc certum est huiusmodi exceptionem non impedire exequutionem instrumenti, quomodò post grauissimorum *DD.* auctoritates decisum per *Rotam Roman.* testatur *Farinac. decis. 540. num. 10. in vltim. collect.* & rursus apud *Cassador. decis. vnic. de mut. petit.* & alias refert *Ludouis. decis. 234. nu. 1. vbi Beltram. & decis. 406. nu. 17.* & in Regia Camera refert *Ioan. Baptista Thor. in compend. decis. tom. 1. verbo exceptio vsuraria prauitatis.*

Verum enimuerò neque his satisfacere omisit Princeps, dicens huiusmodi exceptionem vtpotè resultan-
3 tem ex ventre ipsiusmet instrumenti esse promptuariam, & incontinenti

probari, vt per *Menoch. de arbitr. centur.* 1. *casu* 17. earumque exceptionum eam esse naturam vt ipso iu-
4 re, & officio Iudicis repellant agentem, *Cassador. decis.* 10. *de rescript. Rota Roman. diuersorum Sacri Palatij par.* 1. *decis.* 626. *num.* 10. *& decis.* 123. *nu.* 6. *par.* 2. *Dominic. Gaito in dicto tractatu de credit. quæst.* 2. *tit.* 8. *nu.* 3162. adeò
5 quod etiam si requireretur altiorem indaginem, & maximam causæ cognitionem deberi admitti ad impediendam executionem, vt decisum per *Rotam* testatur *Nicolaus Garsia de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 489. *& sequent.* & pluribus relatis comprobat *Eminentissimus Consultus D. Ioannes Baptista Valenzuela, qui post adimpleta præclarissimè supremorum huius Regni Magistratuum munera, dignissimè agit Regiæ Cancellariæ Granatēsis Præsidem cons.* 48. *nu.* 28. subdens non solum præfatas exceptiones debere admitti, sed quascunque alias legitimas, quæ sint claræ, aut probentur incontinenti, *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *casu* 9. *&* 12. *Gars. d. cap.* 5. *num.* 544. *& sequent. Muscatell. in praxi par.* 5.
6 *glos. reseruatis numer.* 21. & dicitur probatio probata, & facit rem notoriam non indigentem alia probatione, *Bald. in l.* 2. *C. quando fisc. vel priuat.* & continet veritatem apparentem, vt non indigeat discussione fori, & non censetur talis probatio reiecta per pactum, siue statutum de non opponendo, *Milanens. decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 21. *& sequ. Dominus Regens Valenzuela cons.* 88. *num.* 57.

Et confirmatur, quoniam exce-
7 ptio huiusmodi consistit in mero iuris articulo, at ius sui natura est certum, *l. ornamentorum de auro, & argento legato*, vbi *Bart. & Bald. in l. cum proponas C. de furt. Rota Romana diuersor. decis.* 57. *nu.* 3. *Dominus Regens de Ponte cons.* 21. *num.* 39. *lib.* 1.

8 Ideòque super exceptionibus consistentibus in iure statim est pronunciandum, *Bald. in l. ancillæ C. de furt.* nec requirunt altiorem indaginem, *Rota in vna Romana domus* 2. *Decembris* 1597. *coram Rubeo*, quamuis exceptiones huiusmodi sint iuris dubij, & intricati, quia sollemnitas, & ordo iudicij necessarius non est ad discutiendum ius, vt post *Bal.* & alios singulariter defendit *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 53. *num* 5. *& seq.* & latiùs *cons.* 367. *num.* 5. & sequitur *Mastrill. decis.* 8. *num.* 7 *& seq.* Hinc in specie docuit *Bald in l. cum allegas col* 3. *num.* 7. *vers. item in sententia C. de*
9 *vsur.* quod exceptio vsurariæ prauitatis impedit executionem sentētiæ, & magis in specie retardare etiā executionem instrumenti publici, quando ex eodem resultat, latè probat doctus *Ioseph de Sesse in tract. de inhibit. cap.* 4. *§.* 2. *num.* 7. *&* 8. cuius meminit *D. Regens Rouitus ad rubr. de instrumentor. liquidat. in comment. ad pragmat. Regni num.* 32. & nouissimè idem *Dominic. Gaito* post plures *dicto tract. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2498. tenet quodlibet iudicium executiuū impediri, & retardari per exceptionem vsurariæ prauitatis, notoriam tamen, & manifestam, taliter quod nulla alia indigeat probatione, quod intelligo iuxta tradita per *Menoch. cons.* 109. *num.* 40. *lib.* 2. quem refert *Gratian. disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 118. *nu.* 48. vbi in promptu constet talem exceptionem non animo calumniandi, & differendi solutionem opponi, sed iustificetur talibus coniecturis, & præsumptionibus, ex quibus contractus de vsura reddatur suspectus, qui quidem intellectus est cōformis prædictis decisionibus in contrarium allegaris *Sacra Romana Rota*, vt patet in illa 490. *num.* 3. ibi, *Excluditur autem in hoc casu vsuræ suspicio*, & in

alia

alia 540. *num.* 10. ibi; *Cum vera, & recepta conclusio sit exceptionem vsurariæ prauitatis, non impedire executionē instrumenti iurati, quando est dubia*; Et ex eo saluæ fiunt diffidentiū opiniones: nam affirmatiua procedit, quando vsuræ vitium est adeò obscurum, & dubium vt nulla in continenti iustificetur commissi fœnoris præsumptio, idque generaliter in omni exceptione, quæ in promptu iustificari possit, quamuis alias à statuto quęcūq; exceptiones repellantur, cōstituit in terminis *eiusdem ritus 166. M.C.Carau.ibid.num.*37.

Hanc ergò exceptionem Iudex ex
10 officio nemine petente cognoscere, & opponere debet, resistendo vsurario ne vsuras exigat non obstante quouis iuramento, ac absolutione non obtenta, *Capic.decis.*175. *num.* 1. *Viuius decis.* 304. *in princ. lib.* 1. *Dominus Camill.Rattha cons.* 90. *nu.*69. *Borrell.tom.*2. *decis.vniuers.tit. de instrum.liquid.num.*45. *Sesse loco cit. Caualcan.decis.*35.*nu.*32. *lib.* 1. *Galles.de obligat.Cameral.tit.de instrum.obligat. num.* 1. *Scaccia de commerc.*§.7.*glos.*5. *num.*78.

Nec obstare debitorem iurantem soluere vsuras, posse à creditore cogi, & teneri ad obseruantiam iurisiurandi, saltem in faciendo depositum,
11 quod deinde repetere potest, *ad tex.in cap.debitores de iur.iur.* & tenet etiam *Sanct.Raymund. in summ. lib.*2. *tit.de vsur.*§.14. *Bilotta de absolut. iurament.lib.*1.*cap.*15. *Pater Molfes. in summ.tom.*1.*tract.*11.*cap.*9. *num.*21. *& tom.*2.*tract.*12.*cap.*23.*nu.*76. nam respōdetur prædicta bene posse procedere respectu debitoris, & creditoris, sed ad Iudicem, eiusque officiū pertinere resistere creditori volenti vsuras exigere, in quo Iudicis officio fundata est prefata Sacri Consilij decisio 175.*apud Capic.* quem sequuntur *DD. citati*, & est *tex. in cap. tuas de vsur.* de quo doctè scribit *Anton. Corneus de absolut.forens. par.*3. *quæst.* 26.*num.*34.*&* 36.

Secundo contractum vsurarium iuratum esse nullum, & inualidum, iuramentum verò solum obligare iurantem, prout de communi testatur *Seraphin.de priuileg.iuramen. priui.*61. *num.* 14.*latè Vinc.Mancin. in tract. de iurament par.*4.*effect.*1.*quæst.*3. *nu.*4. concludens, quod tàm de iure ciuili, quàm canonico iuramentum nō firmat contractum ipso iure nullum vt contractus valeat, sed de iure Canonico tenetur iurans ad obseruantiam, & sequitur *Farinac.de fals. & simul. quæst.* 160. *num.*253. Statutum autem, vt est noster Ritus dans exe-
12 cutionem instrumentis de validis intelligitur, non de nullis, & inualidis, vt aduertit *Carau.ad rit.*167. *num.*4. & subdit *Laderch. cons.*210. *in princ.* sic illa obseruantia iuramenti venit quidem in ordinario, non autem in executiuo iudicio.

Tertiò dispositionem *tex. in cap. debitores*, procedere vbi debitor vult agendo venire contra contractum iuratum, non autem ad finem excipiendi, vt docent plures relati per *Borrell.loco prox.cit.num.*55.*&* 60.

Et tandem locum habere in debitore iurante expressè vsuras soluere, pro quibus se obligauit, secus in iuramento præstito in vsura palliata,
13 & velata, vt in hoc casu, idcircò nō requiri absolutionem, nec esse obligatorium, docuerunt *Cardinal. Tusc. lit. I. verb. iuramentum conclus.* 516. *num.* 11.*tom.*5. *Farinac.in prax.crim. tom.*5.*quæst.*160.*num.*346. *Paris.cons.* 55.*num.*22 *lib.*1. *& cons.*86.*num.*26. *latè Io.Baptista Lup. in l.*2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi plures congerendo tenet, quod etiam si debitor egisset pro annullatione contra-

tractus

tractus ex causa simulationis absolutio nõ requireretur, & qui contrariũ tenent, sunt communiter reprobati, & subdit notandum, quod iuramentum facit magis suspicari de simulatione, ideò cum non firmet contractum, frustra petitur absolutio; eum sequitur *Christof. Mart. decis. Senens.* 1435.*num.* 4. *&* *Molfes. cons.* 43. *num.* 2. *&* 3. Idque generale est, iusiurandum nullam obligationem inducere quoties appositum est in contractu contra bonos mores, *Couarr. in rub. de testam. par.* 2. *num.* 4. *Vincen. de Franch. decis.* 594. *num.* 11. *Guttier. de iuram. par.* 1. *cap.* 11. *Christof. Mart. examinat.* 21. *num.* 11. *ad præfatam decis.* 35. sic quoque visum fuit Mag. Curiæ iniquum fore executiuè agi posse huiusmodi instrumento tali exceptione ex ipsiusmet ventre resultante, vulnerato. Ideò iudicatum fuit super his esse iudicio ordinario cognoscendum, receptis præcipuè probationibus super quantitate interesse passi per Lubranum, *iuxta decisionem Sacr. Rot. Romanæ* relatam per *Farinac.* cuius meminimus in præcedenti *cap. num.* 18. referente D. Ioanne Aloysio Pisicello nobilissimo patritio Neapolitano, & eruditissimo Iudice de mense Ianuarij 1630.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio præsumitur facta à debitore in causam duriorem, & pro debito proprio, & non pro quo extitit fideiussor.*
2 *Creditor potest declarare in quam causam vult recipere pecuniam, si debitor in actu solutionis non declarauerit.*
3 Glos. in l. 1. verb. solutum de solutionib. *commendatur.*
4 *Electio creditoris in quam causam vult recipere solutionem, debet fieri præsente debitore.*
5 *Creditor in eligendo causam solutionis tenetur vti arbitrio boni viri.*
6 *Solutio intelligitur facta in eã causam cuius liberatio soluenti vtilior est.*
7 .. *præsumitur facta pro debito quo quis liquidò, & absque exceptione tenetur.*

Solutionem debiti in dubio præsumendam esse factam in causam debitori vtiliorem.

CAPVT LXXVII.



NOn omittendum censui alium articulum de quo in eadẽ præcedẽti causa disceptatum fuit; nã Princeps Auetranæ excipiebat etiam de satisfactione, quæ est vna de exceptionibus admitti solitis in hoc iudicio super tenore instrumenti, vt patet *ex ritu* 166. *vbi Carauit.* etenim tenebatur Lubrano duobus publicis instrumẽtis. In vno ipse Princeps solus, super cuius tenore hodie fuerat citatus, & in alio cum nonnullis Ciuibus Terrę Meaneæ, nec negabatur Lubranũ recepisse solutionem ducatorum qua-
1 tuor mille. Dicebatur ergò pro Principe solutionẽ pdictã intelligi factã in causam grauiorem, & duriorẽ, & pro debito proprio, non alieno, vel pro quo extitit fideiussor, *l.* 4. *de solut. Menoch. de arbitr. casu* 493. *nu.* 16. *lib.* 2.

Rota

*Rota Genua decis.*154.*in fine*,& ex plu-
bus notat *Grat.discept.forens. c.* 224.
*num.*27.*Gaspar. Thesaur. lib.*2. *quaest.*
*forens.quaest.*33.*num.*2. vbi refert sic
iudicatum,& proinde non posse con-
tra ipsum agi via executiua,prout de-
terminauit *Rota decis.*92.*num.*1.*&* 6.
*par.*1.*in nouiss.Gratian.loco cit. nu.* 65.
Sed pro parte Lubrani responde-
2 batur, quod postquam Princeps ipse
debitor in actu solutionis non de-
clarauit in quam causam volebat so-
lutionem cedere,statim est acquisitũ
ius eligendi ipsi creditori *ex tex. in l.*
1.*C.de solut.vbi glos.fi. in verb. in sor-
tem,Bald.nu.*1.*Odofred. nu.*2. *Alberic.*
*num.*2.*&* 3.*Salicet. num.*2. *Muta dec.*
11.*num.*2. *& probat Gratian.discept.*
*forens.cap.*224. *num.*1. *& tom.*4. *cap.*
771.*num.*1.*Christof.Mart.decis.Senen.*
27.*num.*2. & proinde cum ipse in ci-
tatione ad sui instantiam expedita
iam declarauerit solutum velle reci-
pere in extinctionem quantitatis de-
bitae per particulares, recte procede-
re interrogationem super instrumen-
to in quo Princeps erat ipse solus
obligatus.
Replicabatur pro parte Principis,
veram esse conclusionem, quod non
facta electione per debitorem, deuo-
luitur ius eligendi ad creditorem,
dummodò hoc faciat in actu solu-
3 tionis, vel statim post: sed illud sta-
tim post debet intelligi solutione in
parte facta,& sic nõ pfecta,nec abso-
luta, *glos.in d.l.*1.*verb. solutũ ff.de solu.*
Vnde cum in casu nostro actus so-
lutionis fuerit iam longè perfectus,
non admittitur amplius declaratio
creditoris, *Rot.decis.*92. *num.*4.*tom.*4.
*in nouiss.Steph.m.Gratian. d. cap.*224.
*nu.*8.*Costa de re integra dist.*57. *Paul.*
4 *Bellon.in tract.de potest.cor.quae incont.*
*fiun.cap.*117. Imò electio, seu decla-
ratio creditoris est facienda praesen-
te debitore, vt possit si velit contra-
dicere, *Bart.in d.l.*1. *num.*7. *de solut.*
5 sed quod magis est creditor in hu-
iusmodi electione se gerere debet tã-
quam bonus vir,idest tenetur eligere
eam causam, quam si ipse esset debi-
tor vellet eligere, *Fulgos. cõs.*7. *Cabal.*
*cons.*170.*num.*5.*lib.*1.*Gratian. d.cap.*
224.*num.*9.*Rot.Roman.in nouiss.decis.*
294.*num.*13.*par.*1.*& decis.*695.*nu.*2.
*par.*2.*latè Christof.Mart.d.decis.Senẽ.*
27.*num.*5.*cum seq.*
Insuper dicebatur solutionẽ sem-
6 per praesumi factam in eam causam,&
pro eo debito,cuius liberatio soluen-
ti vtilior est,vt post *Bart. & Paul.de*
Castr. decisum refert *Pappon. Arrest.*
Franc.lib. 10.*tit.*5. *arrest.* 6. *Rota in*
*nouiss.p.*1.*decis.*372.*nu.*5. *in fine Grat.*
discept.forens. cap. 105. *num.* 15. *Chri-*
*stof.Mart.decis.Senen. examinat.*15.
*num.*39.
Et tandem instrumentum illud ge-
stum inter Lubranum, & particulares
Terrae Meaneae in quo erat etiam
Princeps obligatus vel esse nullum,
& inualidum, etiam respectu obliga-
tionis particularium, cum re vera
debitum spectet ad Vniuersitatẽ ip-
sam, & non sit Regio assensu valla-
tum, obstante *Regia Pragmatica* 12.
tit.de administr.Vniuersitat. in fine,
prout aduertit *D. Reg. Rouit. ad prag.*
5.*num.*12.*eod.tit.* vel saltem esse liti-
giosum, & controuersum coram Illu.
Marchione Belmontis,vt ex actis pe-
nès Hieronymum de Amico Scribã
mandati. Imò Princeps, & particula-
res iàm obtinuisse decretum in sui
fauorem ab Auditore Maranta, licet
de eius validitate hodie sit lis coram
praedicto Domino Marchione. Inde
consequitur potiùs praesumi solutum
7 debitum certum pro quo quis tene-
tur liquidò, & absque vlla haesitatio-
ne,quam quod patiatur aliquam ex-
ceptionem, vel alia de causa incertũ
reddatur, ita respondit *Consultus in l.*
si is

si is §.*Flauius*,*& ibi Bart.de solut.Menoch.cons.*121.*lib.*3. *& de arbitr. cas.* 493.*num.*14.*&* 16.*Christin. dec.*143. *num.*3.*tom.*1.*Anna alleg.*112.*num.*3. *D.Regens Valenzuela cons.*21.*num.*60. & alios cumulat *Christof. Mart. loco cit.num.*34.*& decis.*27. *num.*15. *Rota apud Ludouis. decis.*521. *num.* 10. *& dicta decis.*695. *par.*2. *apud Farinac.* latèq; de articulo agit eadē *Sacr. Rot. decis.*113.*in nouiss.par.*1.

Ex quibus iustior redditur Magnæ Curiæ determinatio, quod lis huiusmodi agatur ordinariè.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præsumitur nisi probetur.*

2 .. *etiam præsumptionibus, & coniecturis probatur.*

3 .. *præsumitur interuenisse quoties actus gestus explicari non poterat citrà mandati potestatem.*

4 .. *habere præsumitur is, qui soluit pro alio, sed de veritate num.*16.

5 .. *non probatur coniecturis, quando requiritur speciale mandatum.*

6 .. *speciale requiritur vbi agitur de re feudali.*

7 .. *speciale requiritur ad petendum seu di inuestituram.*

8 *Tacitè, vel præsumptiuè adimpleri nō potest vbi lex requirit aliquid specificè, vel expressè.*

9 *Consensus vbi requiritur ad integrationem alicuius actus, debet in ipso actu specificè, & expressè præstari.*

10 .. *vbi requiritur ex forma statuti, nō sufficit tacitus cum præsentia consentire debentis.*

11 *Assensus in terminis* cōstitutionis Cōstitutionē diuę memorię *nō sufficit tacitus probatus præsumptionibus, & coniecturis.*

12 *Specialia duo circa eamdem rem non possunt concurrere.*

13 *Pactū nudū de donando tribuit actionē, quādo fuit expressū, secus verò tacitū.*

14 *Assensus super feudalibus præstitus Neapolitanis per leges Regni, intelligitur præstitus super obligatione expressa, secus in hypotheca tacita inducta à lege.*

15 *Fictio non debet magis operari in casu ficto, quam veritas in casu vero.*

17 *Mandatū nō præsumitur ex solutione, quæ potest referri ad causā amicitiæ.*

18 *A regula non licet discedere nisi contrarium decisum reperiatur.*

Quomodo verum sit mandatum coniecturis, & præsumptionibus probari posse.

CAPVT LXXVIII.

1 REgula est in iure firmissima quod mandatum eo quod factū sit, numquā præsumitur præstitum etiam per mille annos, nisi ab allegante specificè, & expressè probetur; cuius quidam auctor est *Bald. in l.*2. *C.si ex fals.instr.& in l.*1.*C.de reb.aliē. non alienan.* quem secuti sunt *Alex.in l.sciendum ff. de verb. obligat. Cagnol. in l.velle non creditur nu.*12. *&* 13. *de de regul.iur. Menoch.cons.*1.*n.*79. *Surd. de alimen.tit.*3.*q.*8.*num.*8.*& cons.*28. *num.*80. dicens *Baldo* neminem contradixisse, eiusque opinionem esse communem, & veriorem, prout etiā *Loffred.*

*Loffred.in conf.*20.*n.*8.*Ant.Gabr.lib.*1.*com.opin.tit.de procur.conclus.*1. *Maceratens.lib.*2.*var.resol.cap.*55.*nu.*17. *Caualcan.decis.*13.*num.*8.*& decis.*45.*nu.*11.*par.*1.*Mastrill.decis.*77.*nu.*2.*& *3.*& decis.*101.*num.*29.dicentes, quod nec etiam sufficit enunciatio Notarij, nec vlterius insertus tenor, nisi constet de ipso instrumento procurationis, *Afflict. dec.*273. vbi *Addentes, D.Reg.Rouit. ad pragm.*1.*de procurat.nu.*33. cum alijs innumeris, & nouissimè *Christof.Mart.dec. Sen. exam.*35.*nu.*14.*Riccius decis. Archiep. Neap.*148.*num.*1.*par.*2.

1 Verùm in lite vertente in S.C. inter Ill.Regentem Carolũ de Tapia Dñm, et auũculũ meũ, et D.Vincẽtiũ Caracciolũ Marchionẽ Capriglię su per vẽditione Terrę Villęmainę, facta V.I.D. Ioseph de Gaudio afferto procuratori eiusdẽ Dñi mei. Dicebatur pro parte D. Vincentij mãdatum probari posse non solũ per ostẽsionẽ
2 instrumenti procurationis, sed etiam præsumptionibus, & coniecturis; idq; ex *Dec.* & alijs pluties admissũ fuisse per *Rotã Romanã*, testatut *Farin.in nouiss.dec.Rota dec.*171.*num.*4.& rursus *dec.*160.*num.*2.*Cassador.dec.*3.*n.*4.*de procurat.Ludouis.dec.*44.*& rursus dec.*111.*nu.*7.*Christof. Mart.decis.Senen. d.exam.*35.*n.*11. Interquas coniectu-
3 ras eã esse præcipuã, nã quotiescunq; actus gestus verosimiliter explicari non poterat citra mandati potestatẽ, tũc mãdatũ interuenisse præsumitur, prout docuit *Dec. cons.*36.*col.*5. exẽ-
4 plificãs in eo qui pro alio soluit; quo casu cũ satis vrgeat coniectura, quod nemo præsumatur iactare suũ, *l.cũ de indebito ff.de probat.* sequitur necessariò dicendũ q̃ soluit de mãdato alterius, & pinde *Rot.Rom.dec.*2.*de caus. possess. & propriet.* rectissimè censuit p̃sumi habuisse mandatũ illũ, qui pro alio soluit pensionem, & rursus apud *Cassador.d.dec.*3.*n.*4.*de procur.& Farin.in nouis.recollect.dec.Rota p.*1.*to.*1.*dec.*89.*n.*3.*& dec.*241.*n.*5.*& to.*2.*dec.*475.*n.*8.*& p.*2.*to.*1.*dec.*55.*& dec.*89.*n.*3.*& dec.*169.*n.*4.*& dec.*440.& alias Rotæ decisiones refert *Cenc. tract.de censib.p.*2.*q.*3.*ar.*1.*n.*8. quibus in locis plures enumerãtur coniecturæ ex quibus inducitur præsumptio mãdati, adeo quod *Cagnol.in d.l. velle non creditur n.*15. dicat id p̃cedere etiã nõ data tẽporis diuturnitate, cũ alijs relatis p̃ *Menoch.de præs.li.*2.*præs.*33.*n.*3.*& seq.& Mascar.de prob.cõcl.*1007.*Socc.sen.cõs.*46.*col.*2.*lib.*3.*Dec.cõs.*42.*col.pen.& in l.*1.*C.qui admitti, Anton. Gabr.com.opin.tit de procur.cõcl.*1.*plenè Surd.cõs.*355.*n.*23.*& seq.* cum alijs relatis p̃ *Christ.Mar.d.exã.*35.*n.*76.

Sed replicabatur huiusmodi traditionẽ p̃ter eas limitationes, quas afferũt *DD.* in locis superius relatis, p̃cedere posse quotiescũq; agitur de substinẽdo aliquo actu qui geri, & explicari
5 possit per p̃curatorẽ cũ simplici mãdato, nõ autẽ cũ requiritur speciale; at cũ quæstio sit de re feudali, ad quã exercẽdã nõ sufficit q̃libet, nec ẽt generale mãdatũ, sed req̃ritur necessa-
6 riò speciale, & expressũ, vt docet *Aff. in c.*1.*S.in generali col.*4.*si de feu.fuer. controu.Capic.in sua inuest.verb. feuda bonorũ appellatione, vers.mãdatũ f.*91.*col.*2.*Io.Vin.de Anna sing.*328.*& Archid.in c.si tibi à dño* 63.*dist.* dicit notabiliter, quod ad petẽdũ feudi inue-
7 stiturã requiritur speciale mandatũ, & sequitur *Bal. in c.*1.*S.fin. per quos fiat inuest.* cũ alijs adductis per *Io.Vin. de Anna.alleg.*118. vbi aliqua addit *Fab. filius, Menoch.cõs.*1.*n.*78. latè *Alexan. Trentacinq.var.resol.lib.*3.*cap.*4.*nu.*8.*& seq.* Ex his consequitur vnũ irrefragabile, & indubitatũ, quod vbicunq;
8 lex req̃rit aliq̃d specificè, & expressè, nõ potest adimpleri tacitè, vel p̃sũptiuè, ita *Ang. in S.si vero expressim*

auth.de trient.& semiss. estque bona
glos.in Clem. 1.*de priuileg.* dum *tex.* ait.
ibi, *speciali licētia glosa* subdit *idest par
ticularis, & expressa*.

Et confirmatur, quoniam ex man-
dato arguitur cōsensus vt palam est;
9 at cōsensus quoties requiritur ad in-
tegrationē alicuius actus, debet in
ipso actu expresse, & specificè præ-
stari, prout docet *Paul. de Castr.
in l. si cum dotem §. eo autem tempore
ff. sol. matr.* latè *Hieron. Gabr. cōs. 5. per
tot. Cancer. var. resol. lib. 2. c. 1. nu.* 113.
Imò regulare est quod vbi consensus
10 requiritur ex forma statuti, nec etiā
sufficit tacitus cū præsentia cōsentire
debētis, vt post alios tenet idē *Cācer.
vbi supra nu.* 84. Proinde in terminis
*Constitutionis Regni Constitutionem
Diua memoria*, dum ibi dicitur, *de
11 speciali celsitudinis nostra licētia*, dicūt
cōmuniter Nostrates, quod nō suffi-
cit tacitus cōsensus probatus præsū-
ptionibus, & argumentis; sed requiri-
tur omninò exp̄ssus, & ideò oportet
quod verè ꝑbetur, & nō præsumitur,
ita *Affl.* in specie *in c. 1. n. 43. de cōtrou.
inuest. Freec. de subfeu. lib. 2. q. 28. nu. 3.*
cū alijs cumulatis per *Io. Vin. de Ann.
in repet. Cōst. Cōstitutionē Diu. memor.
n. 44. & seq. D. Reg. de Pōt. dec.* 34. *n.* 14.

Rursus si stādū esset p̄sūptionibus,
& coniecturis ad inducēdū mandatū
in casu in quo speciale, & exp̄ssū req-
ritur; sequeretur ex inde dari duo spe
cialia in eodē subiecto, & circa eādē
rē cōcurrētia; vnum. s. quod manda-
tum p̄sumeretur cōtra regulā, *l. in bel-
lo §. facta de capt.* alterū ꝙ p̄sumeretur
speciale cōtra superiores *DD.* tradi-
tiones, hoc. n. esset absurdū, & valdè
repugnans regulis iuris, vt cōmuniter
12 *DD.* tenēt *in l. 1. C. de dot. promiss. & ita*
ferè in terminis respōdet *Ruin. cōs.* 151.
n. 5. *lib.* 4. & in nō dissimili specie *Bar.
in l. iurisgentiū §. quinimò, & in l. si tibi
in prin. ff. de pact.* docuit ꝙ licet hodie
ex Imperiali Cōstitutione *in l. si quis
argentū C. de donat.* ex pacto nudo de
13 donādo oriatur actio, id tn̄ procedit
qn̄ pactū fuit expressū, secus vero si
fuisset tacitum; nā alioquin cōcurre-
rēt duo specialia, seu præsūptiones,
quod ferēdū nō est, quā doctrinā se-
quitur alia ad ꝓpositū adducēs *Me-
noch. de præs. lib. 1. præs. 43. n. 7. & lib.
4. præsump. 89. num.* 102.

Ad ꝙ absurdū euitādū satis ad rem
nostrā docuit *Camer. in c. Imperialē f.
15. lit. G. & fol. 86. lit. P. & Q. & f. 55.
lit. G. vers. sed illud*; quod licet ex legi-
14 bus Regni assensus super feudalibus
ipso iure mulieribus Neapolitanis,
siuè nuptis viris Neapolitanis, intel-
ligatur p̄stitus, id tn̄ locum habet in
obligatione feudaliū expressa, secus
in hypotheca tacita inducta fauore
dotis, ex *tex. in l. assiduis C. qui potior.
in pignor. habean.* prout etiā aduertit
D. Reg. Rou. ad prag. 8. de feud. nu. 9.

Et magis cōfirmatur nostra traditio,
quod si ex p̄sūptionibus induceretur
mādatū speciale in casu in quo req̄ri-
tur, cū id nō cōcedatur mandato ex-
presso, & generali, vt superius dixi, &
amplius ꝓbatur *arg. tex. in l. Seio ami-
co §. medico, vbi Bar. n. 1. & 3. ff. de ann.
legat. Dec. cōs. 430. n. 8. Vāt. in rub. de
nullit. ex defect. inhabilit. Scacc. tom. 1.
prax. iud. c.* 161. *n.* 38. sequeretur aliud
absurdū, ꝙ operaretur magis fictio in
15 casu ficto, quā veritas in casu vero,
contra aliud iuris principium quod
DD. deducūt *ex l. filio quē pater de lib.
& posth. Paris. cons. 18. nu. 42. in fine*.

Et tandē assūptum argumētationis
quod qn̄ quis soluit pro alio p̄suma-
tur soluere de ipsius mandato, tunc
16 verū esse dicebatur, qn̄ ex solutione
deterior fieret cōditio soluentis nisi
ille cuius nomine actus geritur ratū
habuisset; & in his terminis bene pro-
cedunt dicta per *DD.* in eo qui soluit
pensionē quā alius debebat; quia eo

casu

casu necessario præsumi debet, quod soluerit de mandato debitoris, ne alias videretur iactare suum, quod facere nemo præsumitur: at qn̄ soluēs p̄tium alicuius rei, recipit eam in posse suū ex qua recipiat tale commodū, quod supercst, vel adęquet impensā, totaliter cessat ratio quæ præsumptionem inducit; quia etsi principalis ratū nō habeat, in nihilo facit soluens conditionē suā deteriorem, sed potius meliorem, & locupletiorē; & ideò cessat ratio illius limitationis, put Rota determinauit in vna Beneuētana corā Sacrato, quā refert *Oliuer. Beltram. in addit. ad dec.* 324. *Ludou. in fi. & Christof. Mart. dec. Sen. d. exam.* 35. *n.* 84. p̄terquā q̄ potest talis solutio referri ad causam amicitiæ, quo casu nō exigi-
17 tur mandatum cum sufficiat promissio, seu cautio de rato, prout communiter teneri docet *Viu. lib.* 1. *com. opinion. opinione* 29.

Vnde satis elucet quam tutum sit in omni casu regulæ inhærere, quoniam is fundat de iure, qui habet re-
18 gulam pro se; & proinde non licere ab ea discedere nisi cōtrarium decisum reperiatur dixit *Bal. in l. si tutor in fin. C. de com. seru. manumiss. glos. ordinaria in rubr. de regul. iur. in* 6. & alij relati p *Velasq. ad l.* 40. *Taur. glo.* 4. *n.* 39. *in fi. Loffred. conf.* 17. *n.* 44. Illa igitur remanet firma, & immobilis, q̄ mā datum in proposita specie præsumē dum non est fuisse præstitum, nisi expressè probetur.

Vide finem controuersiæ in calce sequentis.

SVMMARIVM.

1 R*atihabitio mandato æquiparatur.*

2 .. *realis magis solet operari, quam verbalis.*

3 *Pretium recipiens videtur approbasse venditionem, sed limita num.* 15.

4 *Ratum habere contractum dicitur is, qui percipit annuos redditus, sed de veritate num.* 8.

5 *Ratificatio tacita operatur conualidationem gestorum etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum.*

6 *Ratificare contractum dicitur is, qui vtitur actu gesto per procuratorem.*

7 *Ratificatio non præsumitur nisi probetur expressè*

9 *Actus semper præsumitur factus quo gerenti vtilior sit.*

10 *Aditio hæreditatis facta per minorem, non censetur ratificata ex quo factus maior credita hæreditaria exegerit.*

11 *Ratificatio excluditur ex omni præsūptione in contrarium.*

12 *Actus, qui potest fieri altero ex duobus modis licitè, censetur factus eo modo, quo gerenti vtilior est.*

13 *Obligatus instrumento guarentigio, si soluit, non censetur approbare contractum sed soluere, ne capiatur.*

14 *Possidens ex duplici causa, ex vtiliori censetur possidere.*

16 *Vendens fundum alteri personæ, censetur reuocare donationem primo loco factam.*

17 *Ratificatio requirit omnes sollemnitates, quę requiruntur in contractu principali.*

18 *Assensus nouus requiritur super ratificatione venditionis feudi.*

19 *Ratificatio debet fieri rebus in eodem statu permanentibus.*

20 *Ratificari non potest actus semel à ratificante improbatus.*

21 *Actionis natiuitas impeditur in contractibus per solam improbationem.*

22 *Iurare semel recusans non potest denuo iurare, nisi qui obtulit de nouo consentiat.*

Ratificationem iuduci ex facto, qui ad aliud referri non possit: & contractum semel improbatum non posse amplius ratum haberi altero contrahente inuito.

CAPVT LXXIX.



Ed quia post celebratum contractum, de quo in præcedēti, inter Illust. Principem Abbellinarum Procuratorem Don Vincentij Caraccioli, & V. I. D. Ioseph de Gaudio, fuit cępta possessio prædictæ Terræ, in quam vsque adhuc percipiendo fructus se conseruabat D. meus.

Dicebatur pro D. Vincētio, quod etsi contractus deficeret in pcedēti
1 mādato, suppletur tñ iste defectus ex ratihabitione, q̃ retrotrahirur, & mādato æquiparatur, *cap. ratihabitionem de regul. iur. in 6. l. fi. C. ad Maced. Grat. discept. forens. tom. 1. cap. 90. n. 6.* & hęc dicitur ratihabitio ex facto, ad *text. in*
2 *l. Paulus ff. rem rat. haber.* quæ magis solet operari, quam si expressis verbis facta fuisset, vt probat *text. in cap. dilecti filij il secondo de appellat. Anchar. cons. 302. Gram. cons. 13. nu. 9. Rot. decis. 3. de cōcess. preben. Magō. decis. 3. num. 17. Christof. Mart. decis. Senen. 58. num. 34. & sequentibus.*
3 Ideò contractus facto confirmari dicitur ex solutione, vel pretij receptione, vt respondit *Aretin. consil. 128. num. 6. ex l. sed Iulianus §. vltim. & l. sequ. ff. ad Macedon. l. cum fidem C. de non numer. pecun. l. si filius ff. de minor. latè Menoch. di recuperād. possess. remed. 15. num. 118. & de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 39. num. 5.* sic & in percipiente annuos fructus, & redditus, quod censeatur contractum
4 ratificare, censuit *Cardinal. Paris. consil. 33. & consil. 49. num. 17. lib. 1.* cum alijs relatis per *Menoch. d. remed. 15. numer. 119. & 120.* & rursus *dicta præsumptio. 39. num. 5. & 6. Surd. decisio. 229. numer. 4. Mascard. de probatio. conclus. 1261. numer. 37. &*
5 *38.* quæ tacita ratificatio operatur conualidationem gestorum etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum, *Gemin. in cap. qui ad agendum de procur. in 6. Trentacinq. variarum resolutionum lib. 3. capit. 4. nu. 12.*

Ex tali enim possessione, & fructuum perceptione, negari non potest quin vsus fuerit dicto contractu gesto per assertum procuratorem;
6 vnde succedit quod videatur ipsum approbasse etiam pro his, quæ ipsi approbanti præiudicium afferre possunt, ex traditis per *Ludouis. decisio. 331. numer. 10. & sequent. Gratian. discept. forens. capit. 505. nu. 19. Christof. Mart. decis. Senen. 58. num. 39.*

Sed respondebatur regulam quoque esse, quod sicut mandatum ita
7 & ratificatio non præsumatur nisi expressè probetur; idcircò hoc onus incumbit alleganti, ex *Paul. de Castr. cons. 228. vol. 1.* cum alijs relatis per *Mascard. d. concl. 1261. nu. 1. & 2.* cōtra quā etsi vrgeāt præsumptiones supradictæ, q̃ ratificatio in contractu vēditionis cēseatur subsecuta p solutionem

8 tionem pretij rei emptæ, vel per exactionem censuum, siuè annuorũ redditum, vel perceptionem fructuum: nihilominus tamen intelligi debet quoties solutio, seù perceptio huiusmodi necessario simpliciter, & omninò referri debet ad cõtractum antea gestũ, ita vt actus subseques substineri non possit, nisi præcedẽs ratus habeatur; ita ex pluribus docet *Mascar. d. concl.* 1261. *num.* 51. idest quando actus fieri non potest citra ius, & nomen ratificationis, *Corneus consi.* 269. *vol.* 4. cum alijs relatis per *Surd. consi.* 28. *num.* 18. *vol.* 1. *Ludouis. decis.* 311. *num.* 17. quod si actus referri possit ad aliam causam, vel ius quod competat gerenti, tunc attẽdi debet quænam ex duabus causis, seù iuribus magis ipsi prosit, & sumẽda est interpretatio vt in eam causam actus cen-
9 seatur gestus, quæ vtilior sit gerenti, ita docet *Bart. in l. gerit num.* 20. *de acquir. hæredit.* omnis enim ratificatio debet necessario inferri ex facto, *Roman. consi.* 191. *num.* 5. *& Bald. in rubr. C. qui admitt. num.* 31. *ad finem*, quem allegat *Sfort. Odd. de restitut. in integr. par.* 2. *quæst.* 62. *artic.* 4. *nu.* 57. docens
10 quod aditio hęreditatis facta per minorem nõ censetur ratificata, ex quo maior factus credita hęreditaria exegerit, nisi coram Iudice sciente hoc fiat; quoniam hoc facere potuerit ob aliam causam, & alia quælibet occasio, & causa sufficit ad excludendum ratihabitionem, *Hieron. Gabriel. consi.* 32. *num.* 57. sequitur *Mascard. d. conclus.* 1261. *num.* 51. 52. *&* 53. *Iason in l. si ob turpem, de condict. ob turp. caus.*
11 vbi ait, ꝙ omnis modica præsumptio sufficit ad tollendam pręsumptionẽ ratificationis, *Lanar. consi.* 33. *num.* 13. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 34. *& seq.* generaliter confirmens, quod quando factum est dubium, & potest fieri altero ex duobus modis licitè, semper videtur factus
12 eo modo quo gerenti vtilius est, *Andr. Gail. practicar. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 128. *numer.* 13. *&* 14. hinc. *Iacob. Cancer. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 93. docet, quod si quis est obli-
13 garus instrumento guarentigio, & eius vigore soluit, non cẽsetur ex hac solutione approbare dictum contractum, sed soluere ne capiatur, & executionis molestiam subeat; quo casu poterit solutum repetere; ea quidem ratione, quia vbicumque potest præsumi alia causa, quam approbationis, seù ratificationis cõtractus non censetur ille ratificatus; post *Bart. Paul. de Castr. & alios* tenet *Padigl. in l. interpositas num.* 25. *in fin. C. de transact.* quos ipse allegat, & idem voluit *Hippol. singul.* 89. quem sequitur *Vrsill. ad Afflict. decis.* 336. *nu.* 7. & sic decisum per Sacrum Consilium refert *Molses. consi.* 41. *num.* 42.

Nec ad hoc est necessaria volũtatis declaratio, vt *Menoch. ipse*, & cęteri ab eo relati existimarunt; nam eruditus *Hispanus Morquecho in tract. de diuis. bonor. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 30. concludit, nullatenus esse necessariam hanc voluntatis declarationem, sed firmam esse iuris cõclusionem, quod concurrẽte in eadem persona duplici
14 causa possidendi ex vtiliori iudicandum est possidere, ex *tex. in l.* 1. *& ibi Bald. Paul. de Castr. C. de repud. hæredit. Alex. in l.* 2. *C. quod met. caus.* & generaliter vbi concurrit duplex causa, vna, quæ nocet, & altera quæ prodest, attendenda est causa quæ prodest; & ita refert decisum per Regiam Audientiã Canariæ, & in Regno per Mag. Cur. Vicariæ, & Sacrum Consilium testatur *Gizzarell. decis.* 45. Inde satis eleganter ad rem nostram *Surd. decis.* 221. *num.* 2. *&* 3. ait, *quod autem soluerit decimas, & censum, id non concludit rationem inuestituræ, quia etiam*

ante

ante illam inuestituram soluebat; proinde actus solutionis non est talis, qui non posset fieri alio animo quam ratificandi, vt requiritur ad inducendā ratificationem, Corn. cons. 269. uol. 4. Ruin. cons. 91. nu. 9. vol. 1. Crau. cons. 204. n. 14. Celsus Vgo cons. 22. nu. 5. & 27. Bursat. cons. 118. nu. 19.

His præsuppositis clarā esse contrariorum solutionem cōcludebatur, etenim ex actis apparebat solutionem ducatorum 11. mil. non fuisse factam ab Illustr. Marchione Domino meo, sed à Doctore Ioseph de Gaudio asserto Procuratore, de cuius potestate hodie dubitatur; & proindè de ea nullam quo ad hoc rationem haberi posse, prout nec de possessione, & perceptione fructuum; quoniam pecunia prędicta statim conuersa fuit in extinctionē debitorum ipsius D. Vincentij, sicque cum am-
15 plius non extaret, nullo modo poterat esse cōsultum iuribus ipsius Marchionis nisi feudum pro pretio capitale retinendo, & percipiēdo fructus, pro vsuris, & interesse; hoc autem nō est effectum iure domini, siue emptoris, sed pignoris, & hypothecæ, vt scilicet minus perderet, & cautior esset, ita ex *Bart. Innoc. Boer. & alijs* discurrit in pūcto *Vincent. de Franch. decis. 200. num. 21.* vbi ait, *& si recepit pretium, non poterat dici ab eius iuribus recessum, cum pretiū creditor receperit vt minus perderet, & cautior esset; & ad hunc finem præsumitur hic actus potius factus, quam vt ex receptione iura sua perderet.*

Ergo cum actus huiusmodi possessionis, & perceptionis fructuum possit referri ad aliam causam vtiliorem possidenti, cessat omninò ratio præsumptionis, & consequenter obiectū.

Quod autē Dominus meus numquam cogitauerit huiusmodi contractum ratificare, ex alio euidēter constat, nempè quod nec ipse Aduersarius cuius ratificationē promisit eius Procurator illum ratificauit in tempore promisso, quin potius eum improbauit reuocando venditionem istam, & denuo vēdidit feudum mediante etiam persona eiusdem Principis Don Cæsari Caracciolo eius
16 germano, quæ tacita reuocatio est ad tradita per *Marin. Frecc. de subfeu. lib. 2. quæst. 30. nu. 5.* caret ergò omni penitùs actione; nam quamuis appareat postea ratificasse, huiusmodi tamen ratificationis nomen non meretur; tum quia regula est sine contra-
17 dictore, quod omnes sollemnitates, quæ requiruntur in contractu principali, exigūtur etiam in ratificatione ipsius, *argum. text. in l. si vt proponis la secōda, C. de nupt. l. nuptiæ de ritu nupt.* & ita cōsuluit *Roman. cons. 12. dubit. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 285. num. 17. Surd. decis. 159. num. 7. & 22. Cacher. decis. 166. in fine, Tiraq. de retract. lignag. glos. 10. §. 1. num. 90. Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. de solut. nu. 96.* cum infinitis alijs; vndè consequens
18 fit, quod ad validandum huiusmodi contractum nō sufficit prior assensus desuper interpositus, sed nouus requirebatur super ratificatione, ita in specie docuit *Afflict. in cap. 1. num. 31. de al[ien]. feud. pat.* vbi ait, *& sic sequitur quod in ratificatione alienationis feudi cum consensu domini, requiritur nouus domini assensus;* sequitur *Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 10. nu. 87. Cacher. d. decis. 166. num. 13. Menoch. cons. 2. nu. 297. Surd. cons. 28. nu. 121. & decis. 159. num. 8.* cum etiam quia tunc temporis non erat in potestate ipsius contractum ratum habere; ete-
19 nim ratificatio debet fieri rebus in eodem statu permanentibus, & iam res non erat integra per mutationem voluntatis alterius contrahentis, *Roland. cons. 19. num. 12. lib. 1. Steph. Gratian.*

tian.discept.forens.tom.4.cap.710.n.2. Et regulare est, quod quotiescunq; actus qui ratificari debuerat improbatur, non potest deinde ratificari in ipsius
20 ratificantis commodum, nisi cōcurrente noua volūtate alterius contrahentis; sunt equidem termini *text.in l. dispensatorem 62. de solut.* vbi Consultus ait. *Illa quaestio est, cum negotium meum gerens à debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non habuero, & mox agere velim negotiorum gestorum actione, an vtiliter agam si caueam te indemnem futurum? quod quidem ego non puto; nam sublata est negotiorum gestorum actio, eo quod ratum nō habui; & per hoc debitor mihi constituitur.* Vnde *Bald.in l.absentis nu.2.C.si cert. petat.* dicit, quod in contractibus per
21 solam improbationē impeditur natiuitas actionis, & proinde non est licita approbatio, & facit *text. in l.non erit §.fin.iuncta l.seq.ff.de iureiurando,* vbi qui iuramentum oblatum recusauit semel subire non erit admittēdus si posteà pœnitentia ductus velit iu-
22 rare, nisi qui semel obtulit de nouo consentiat; ex quo textu dixit *Angel. in cons. 374. num.4.* quod qui semel recusauerit contrahere, non potest pœnitentia ductus contractum acceptare nisi aduersarius velit, & ipse nouellum consensum adhibere; qua ratione *Paul. de Castro in dicta l. dispensatorem in fine*, magistraliter distinguit, quod aut negotium non est perfectum, vt quia pendet perfectio ex voluntate gerētis, & eius qui actum debet ratificare, & tunc quousque reperitur concursus eiusdem voluntatis in idem, licet à principio non acceptet, potest tamen gerens acceptare propositum: aut negotium est perfectum, quia cōsistit ex voluntate gerētis, & alterius cum quo erat gestum, & vtriusque conuenit voluntas, erat tamen in pendenti actio, seu acquisitio quoad tertium, cuius nomine erat gestum, & hoc casu si ille tertius vult quod negotium efficiatur suum, necesse est quod à principio ratificet, alias verò cum semel à se abdicat reprobando, non potest amplius fieri suum; quam singularem doctrinam pluribus alijs adductis, & more suo exornatis, sequitur ita de iure respondendo in terminis nostræ quæstionis *Surdus consil.157.à num. 10. tomo 2.* & post eum *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.1. cap.92. num.44.* vbi dicit ita iudicasse.

Hæc omnia per me motiuata coram Aduocatis Ill. Marchionis Capriliæ in causæ fuere vt amicabiliter controuersia terminata sit inter Illustres Collitigantes.

SVMMARIVM.

1 *Finis est potentior actus cuiuscumrei, ex eoque perfectionem recipit.*

2 *Imperfectum esse aliquid, vel non esse, siue nulliter esse paria sunt.*

3 *Iudex delicti pro quo venit imponenda reo minor pœna, tenetur illum remittere ad Iudicem maioris delicti.*

4 *Finis, & consumatio delicti attendenda est ad sciendum quo in loco sit delinquens puniendus.*

5 *Vniuersitas in cuius territorio delictū consumatum est, tenetur ad damnum.*

6 *Principium cuiuscunque rei est potissima pars illius.*

7 *Quod iuris est de aliquo, idem est de eius principio.*

8 *Principium attendi debet siuè in contractibus, siuè in iudicijs, siue in delictis.*

9 *Cain vt homicida dānatus est à Deo, antequam homicidium consumaret.*

10 *Principium attendi debet vbi finis necessariò pendet ab ipso etiam solū necess-*

necessitate causatiua.

11 *Delictum initiatum in vno territorio, & consumatum in alio, punitur in primo.*

12 *Tractans delictum patrare extra territorium, punitur in territorio.*

13 *Delictum graue punitur vt consumatũ si fuit deuentum ad actum proximũ, & immediatum.*

14 *Tractatus solus, & ordinatio quando puniatur de iure.*

15 *Initium licitum excusat finem illicitum.*

16 Bart. in l. libellorum num.8. de accusat. *declaratur.*

17 *Actus factus extra territorium vbi habet radicem, & effectum delicti in territorio, non attenditur quod persona sit extra territorium.*

18 *Principium licitum non excusat vbi ex mutatione loci laditur iurisdictio alterius.*

19 *Iudices incboati delicti, sicut consumati, & perfecti sunt competentes, sed inter eos, qui preuenit in captura.*

20 Felin in cap.fin.de for. compet.nu. 13. *commendatur.*

21 *Mandans homicidium fieri extra territorium punitur in territorio, siue pro mandato, siue pro homicidio.*

22 *Opinio communis praualere debet.*

23 Farinac. defenditur.

24 *A communi opinione receditur quando contraria meliori nititur ratione.*

25 Guid.Pap.decis.104. *declaratur.*

26 *Qualitas, qua iurisdictionem tribuit, ante omnia probari debet.*

27 *Iudex qui praeuenit in captura, in dubio sit competens vbi non constat quo loci sit commissum delictum.*

28 Franc.Molin.de Bracch.secular.lib. 3.cap.49.num.13.*reprehenditur.*

29 *Delictum vnum iudicatur, quamuis actus sint diuersi, si tamen fiant successiuè, & sine temporis interuallo.*

30 *Forus delicti est potentior vllo alio.*

Iudicem territorij in quo delictum inchoatum fuit, esse competentem etiam contra Iudicem territorij in quo fuit consumatum, & perfectum, præsertim si præuenerit in reali captura.

CAPVT LXXX.



Qvamuis in hoc Regno frequentissima sit materia remissionis causarum ad Iudices competentes, propter multitudinẽ Baronum, maximamq; eorum auctoritatem, & iurisdictionẽ in eorum vassallos: vndè iam nõ magis articuli triuiales, quàm difficiles, & ancipites videantur constituti extra omnem controuersiam; adhuc tamen non vidi per Iureconsultos nostrates actum de quadã nobili quæstione excitata in Regia Audientia Salerni, & postmodum in Magna Curia Vicariæ, quisnam sit potior ad cognoscendum de crimine: Iudex in cuius territorio fuit inchoatum, an verò ille in quo fuit perfectũ, & consumatum. Præsupponebatur enim in facto, Claudium Caputum fuisse captum in territorio Ciuitatis Tursij, & ductum in feudo Pollicoris, ibique occisum fuisse inuentum. De quo crimine cum fuisset inquisitus Leonardus de Castronouo, fuit

captus

captus per Curiam Ciuitatis Tursij;
sed postmodum introducta causa in
Regia Audientia comparuit Procu-
rator Reuerendi Collegij Neapolita-
ni Societatis Iesu Baronis prædicti
feudi Pollicoris, petijtq; prædictum
Leonardum remitti ad eius officialē
Iudicem loci consumati, & perfe-
cti criminis, exclusis penitùs officia-
libus Ciuitatis prædictæ. Et ad fun-
dandam suam intentionem dicebat,
1 finem cuiuscumque rei esse potētio-
rem actū ipsius, & ex ipso formalita-
tem desumere, & habere actus inte-
gritatem, perfectionem, & essentiam,
& fine ipso nihil efficere principium,
ex eleganti *Iurisconsulti* responso *in
l. si is qui quadringenta* 79. §. *quadam
ad l. Falcidiam*, ibi, *non enim vllum
balneum, aut theatrum, aut stadium
fecisse intelligitur, qui ei propriam for-
mam (qua ex consumatione contingit)*
2 *non dederit*; Inde meritò dictum par
esse aliquid non esse, siue nulliter, vel
imperfectè esse, *l. 2. de iniust. rupt. &
irrit. cum concordant.* sicut ergò ex
actu nullo non sortiretur quis forum,
ita neque ex imperfecto.

Sic dicendum videbatur, quod
aut principium delicti adeò simulta-
neum est, & coniungitur cum fine
vt vnicum iudicetur, prout erat ca-
sus noster, & tunc attendendum esse
finem, vtpotè perficientem actum
iuxta prædicta; aut verò finis, &
principium sunt inter se actus di-
uersi, & separati, ita vt non vnum,
sed duo maleficia iudicari queant,
veluti cum quis vulnerat in vno lo-
3 co, & in altero occidit, & tunc etsi
Iudex principij esset competens pro
vulneribus illatis, quamuis reum cę-
perit, tenebitur tamen illum remitte-
re ad Iudicē homicidij ratione gra-
uioris pœnæ per ipsum imponendæ,
prout ex *text. in l. si cui* §. *fin. de accus.*
mordicus defendit in propria mate-
ria *Franc. Molin. de brach. secul. lib. 3.*
4 *cap. 49. num.* 13. & proindè in delictis
esse attendendum locum consuma-
tionis, & perfectionis actus ad scien-
dum quo in loco quis debeat puniri,
docuit *Abb. in cap. final. de foro compet.
nu.* 27. cum nonnullis alijs relatis per
Iul. Clar. lib. 5. sententiar. §. *fin. qu.* 38.
nu. 6. Guid. Pap. decis. 104. *Dueñas reg.*
378. *num.* 3. & sequitur *Ant. Fab. in
Codic. Fabriano lib. 3. tit. 14. definit. 2.
Godofred. à Bauo in tract. reatuū quæst.
16. nu. 3. & 4.*

Vnde in quæstione illa si latrones
cęperint viatorem insequi in vno ter-
5 ritorio, & in alio spoliant; quæ nam
ex duabus Vniuersitatibus teneatur
ad emendam? respondet *Andr. in
constit. si damna clandestina col. pen.*
quod attendi debet locus in quo de-
lictum fuit consumatum, non vbi ini-
tium cępit, quem sequuntur plures
relati per *Ioannem Anton. de Nigr. in
capit. Regni frequens, & ineffrenata
num.* 97.

At pro Fisco mihi videbatur di-
6 cendum, quod immò principium cu-
iuscunq; rei sit potissima pars ipsius,
l. 1. ff. de origin. iur. & proinde nobi-
lius est suo fine, quia principium po-
test esse sine fine, sed non è contra,
7 vnde *Cardin. Tusc. tom. 6. litera P. con-
clus.* 702. dicit principium esse de
essentia principiati, & quod iuris
est de aliquo, idem esse de eius prin-
cipio, *l. nō ideò minus C. de hæred. instit.*
8 Hinc siue versemur in contracti-
bus, siuè in iudicijs, siuè quoque
in delictis, semper attendi debet
initium ad dignoscendum quid de
re ipsa statuendum sit; sic namque
de contractibus loquitur *Pomponius
in l. si tamen ff. ad Macedonian.* &
rursus *in l. Pomponius de negot. ge-
stis, & Vlpianus in l. si procuratorem
ff. mandati, & Hermogen. in l. qui id
quod ff. de donat.* dicit causam, & ori-

ginem præualere, idemque *in l. cum filijs §. heres meus de legat. 2. l. si filius de verbor. obligat. l. clam possidere de acquirend. possess. l. qui cum maior de bon. libert.* & hoc ipsum statuentes rescripsere Cæsares *in l. si filiusfamilias la prima, C. ad Macedonian. l. si vxor C. ad Velleian.* & eleganter in *l. vnic. §. res verò cum seq. C. de imponend. lucrat. describt. lib.* 10. & notat *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 82. de constitut. Andr. in cap. 1. num. 5. Imperator Lotharius, Tiraquell. in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 257. C. de reuocand. donat. Thesaur. decis. 266. num. 5. Barbos. in l. post dotem num. 75. solut. matrim. Tuscus loco citato conclus. 703. Anton. Faber. in rationali ad text. in d. l. Pomponius de negot. gest. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 202. num. 15. cum sequent. & cap. 226. num. 12. Vincent. de Franch. decis. 468. num. 6.* & pluribus confirmat *Dominus Regens Rouitus in commentar. ad pragmat. 1. ad Macedonian. num. 28. cum seq.* sic & in iudicijs est *text. in cap. proposuisti cum concordant. de foro compet.* & tandem in delictis est optimus *text. in l. si quis in seruitute ff. de furt.* ibi, *Quia origo furti in seruitute facti manifesti non fuit; & in l. l. quod ait lex §. fin. in fin. ad l. Iuliam de adulter.* vbi hoc notat *Bart.* & sequitur *Tiraquel.* pluribus confirmans *de retract. lignag. §. 5. glos. 4. num. 23.* & tradit *Surd. decis.* 102. *num.* 10. *Mastrill. decis. 12. num. 5. Surd. decis. 102.*
9 *nu.* 10. estque ad hoc mirabile exemplum in *can. numquid Cain 16. de pænit. distinct. 1.* vbi ex post cœptum homicidium priusquam illud committeret, Cain vt homicida damnatur à Deo, prout hæc, & alia ad rem tradit eleganter *Ioan. Andr. ad regul. in obscuris, de regul. iur. quæst. 29. nu. 2. cum seq.* Horum quidem ratio est, quia in delictis finis necessariò pendet à principio, quo casu non finem, sed principium attendi, quamuis finis pendeat à principio sola necessitate causatiua, docet eruditè *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 17. ex Bart. Alciat. Soccin. & alijs.*

Vnde infertur cautiùs, & tutiùs fore semper in delictis initium atten-
11 dere, ex insigni doctrina *Bald. in l. 2. num. 3. C. de eunuch.* vbi ait. *Et prædicta vera quando delictum est initiatum, & consumatū extra territorium, sed si esset initiatum intra territorium, tunc posset ibi puniri ac si esset ibi consumatum, videlicet dicit statutum quod nemo vadat ad occupandū Ecclesias cum aliqua gente armorum, & Titius in Ciuitate congregauit gentes armorū, & prosiliens extra, occupauit Ecclesiam extra territorium stantem, idem dico ratione tractatus intra territorium, punitur de delicto*
12 *commisso extra territorium:* hæc *Bald.* quo loci *Andr. de Barulo nota,* inquit, *quod si delictum est initiatum in territorio, & consumatum extra territoriū, punitur in territorio;* idemq; *Bald.* magis in specie *in l. si quis non dicam nu. 10. & seq. C. de Episc. & cler.* post longam discussionem concludit, quod in grauioribus delictis si est deuentū ad actum verbi non punitur tanquā pro consumato, sed extra ordinem, si au-
13 tem est deuentū ad actum facti proximum, & immediatū, & punitur pro delicto consumato, & *Bart. in l. & si amicis de adulte. in quæst.* de eo qui tractauit, & ordinauit Florentiæ homicidiū quod posteà Bononiæ subsequutum est, dicit ibi puniendum esse vbi tractauit, & ordinauit, dummodo talis tractatus non remanserit in puris terminis cogitationis, eum sequitur *D. Præs. de Franch. decis. 37. nu. 5.* qua ratione fuit in ea specie remissus clericus ad Archiepiscopum Neapolitanum. Quod tamen ideò fit, inquit *Bald. in l. non ideo, versic. sexto quæritur*

C. de

C. de accus. quia solus tractatus, & sola ordinatio non punitur de iure nisi sit processum ad aliquem actum, & sequitur *Felin. in cap. licet ratione nu. 16. versic. tertia conclusio de foro compet.* & rursus *Bald. in l. cunctos populos circa*
15 *med. C. de summa Trinit.* quod si statuto caueatur quod quis in domo pro debito ciuili non possit capi, si tamen fuerit captus extra domum, & posteà aufugerit in domũ, poterit rõne initij licitè extrahi, eũ sequitur *Cyn in auth. si quis C. eod. Bar. in l. libellorũ nu. 6. de accus.* in ea quæstione cum quis percussit Titiũ in platea, qui posteà moritur in alio loco, dicit attendendum fore locum percussionis; & dum inferius *num.* 8. subdit quod in his, quæ
16 habent causam successiuam, tempus, & locus perfecti delicti debent inspici; pro loco perfecti delicti nõ tantum intelligere debemus locum in quo verè fuit finitum, & consumatũ, sed etiam illum in quo fuit inchoatum, licèt perfectum non sit, iuxta intellectum *Consulti* quem ipse allegat *in l. semper §. annus quod vi, aut clam.*

Immò fortiùs *Felin in d. cap. licèt ratione nu. 16. circa finem*, tenet quod vbi actus factus extra territorium haberet radicem, & effectum delicti in territorio, non attenditur quod persona delinquẽs sit extra territorium, ex *Bald. in l. actor C. de probat.* & hanc quam firmamus opinionem sequitur etiam *Hippol. de Marsil. in praxi crim. §. vlterius per totum, & in §. quoniam nu. 91.*

Hac ratione scilicet quod initium delicti sit attendendũ; mouetur *Guttier. pract. qq. lib. 3. q. 1. nu. 19.* dum tenet, quod si existens in loco immuni grauiter cum telo, sagitta, vel sclopo percutiat aliquam extra illum sistentem, non gaudebit illius immunitate; & è contra *nu.* 28. dicit ipsa gaudere, si emittens, seu percutiens sit extra locum, percussus vero intra illud.

Et licet nonnulli ex præfatis Authoribus teneant id verum, quoties agitur de excusando reo, secus vbi de ipso puniendo: quo casu potius finis, & consumatio delicti attendi debeat, distinguentes insuper an principium sit licitum, & finis illicitus, an verò vterque illicitus vt videre est apud *Farinac.* qui eos refert *de inquisit. q. 7. n. 45. Guttier. loc. cit. n. 25.*

Verum enimuero huiusmodi doctrina, & distinctio nihil refert ad propositum, cum non agatur de criminali iudicio de excusando scilicet, vel puniendo reo, sed tantum de mero articulo ciuili quis sit ex duobus cõpetens inchoati, an verò consumati delicti Iudex, in quo omninò affirmandum est inchoationem, & originem delicti attendendam fore.

18 Eò præsertim quia & si licitum sit principium alicuius actus, si tamen cum mutatione loci mutaretur etiã territorium, & ex hoc læditur iurisdictio alicuius Iudicis, tunc licitum initiũ non excusat; vnde *Bal. in d. l. cunctos populos vers. numquid ergo*, tenet q; si familia fugiens post reum, ipsum capiat in Ecclesia incidit in canonẽ, non attento licito initio, quia læditur ex hoc iurisdictio Ecclesiæ, & *Felin. in d. cap. licet ratione de foro competenti num. 16. versic. vnde infert Bartolus*, post firmatam superiorem conclusionem de principio licito, subdit. *Sed in hac limitatione aduerte diligenter, quia vera est vbi cum mutatione loci mutatur territorium, nihil attendendo in præiudicium alterius, secus vbi transitus ad alium locum lederet iurisdictionem alterius, quia licitum initium non excusat.*

Quod si nimis generalis, & indistincta superior conclusio videatur,
19 id tamen negabit nemo, saltem vtrumque Iudicem & inchoati flagitij,

gitij, & consumati, & perfecti esse
competentem, eoque potiorem
esse præuenientem; ita sanè do-
cet antiquus *Ioan. Andr. in d. regula*
in obscuris de regulis iuris in 6. Cyn.
Bal. & Angel. in l. 1. C. vbi de crim. agi
oport. ex quo textu id quod firma-
mus mirificè colligitur meo videre,
ibi, *commissa, vel incboata sunt.*

Hanc etiam opinionē *Ioannis An-*
dreæ tenuerunt *Abb. in d. cap. licet ra-*
tione num. 11. de foro compet. vbi dicit
communem, & in *cap. 1. de præsumpt.*
col. fin. Dominic. de Sancto Gemin. in
cap. 1. §. vlt. de stat. regul. in 6. Ioan.
de Anania in cap. 1. de rapt. col. 3. Hip-
pol. de Marsil. in repet. l. vnic. num. 296.
C. de raptor. virgin. Nellus de bannit.
par. 2. temp. 1. quæst. 8. Clar. in praxi
quæst. 38. vers. item pone, & ibi *Batard.*
num. 23. & nouissimè *Marius Muta*
in comment. ad pragm. Regni Siciliæ tit.
18. limit. 18. num. 57. & seq. & rursus
20 *tit. 41. num. 109.* & præ cęteris *Felin.*
in d. cap. fin de foro compet. nu 13. doctè
satis, & magistraliter distinguēdo. *Aut*
enim, inquit, *delictum incboatur in eodē*
loco respectu agentis, & patiētis, aut in-
choatur in vno respectu agentis, & in
alio respectu patientis, aut nec respectu
agentis, nec patientis est factum in alie-
alieno territorio, sed solùm facta præpa-
ratio vt delictum alibi committatur; &
cum posteriora duo membra præfatę
distinctionis non pertineāt ad casum
nostrum, quoad Primum dicit. *Prima*
conclusio, vbi delictum incboatur in vno
loco tàm respectu agentis, quàm patien-
tis, verum est quod puniri potest à Iudi-
ce vtriusque loci, & potior esset Iudex
incboationis, Bal. in l. si quis non dicam
C. de Episc. & cler. & in cap. 1. §. iniu-
ria de pace iuram. firmand. exemplum
in capiente, & ligante vnum hic, &
spoliante eum alibi ductum, nàm pro-
pter violentiam successiuam adeò con-
funduntur actus, quod habetur pro vno
delicto &c. Hæc *Felin.* vbi videndi
sunt *eius additionatores verb. delictum,*
& *Farinac.* cui in criminalibus nihil
potest dici non fuisse cognitum *in*
d. tit. de inquisit. quæst. 7. num. 45. vers.
contrarium, post *Alex. cons. 75. num. 6.*
vol. 3. & alios, hanc doctrinam con-
21 stanter sequutus est, quin potiùs se-
quenti *nu.* 47. in ea celebri quæstio-
ne an mandans homicidium fieri ex-
tra territorium, possit puniri in terri-
torio per Iudicem ipsius, pluribus ra-
tionibus, & authoritatibus reprobat
communem opinionem tenentem,
mandantem debere puniri à Iudice
cōmissi homicidij, & mordicus subti-
liter considerat, quod siue agatur de
puniendo mandantem pœna ordina-
ria delicti subsequuti, siue pœna ex-
traordinaria propter solum manda-
tum, si tamen mandans sit subditus
iurisdictioni mandati vel ratione
originis, vel domicilij, semper Iudex
mandati erit competēs, & subdit ve-
ram rationem, quia si sola origine, vel
domicilio lex tribuit iurisdictionem,
& si delictum sit alibi commissum,
tantò ergò magis puniri etiam pote-
rit mandans, qui dicitur etiam deli-
quisse in eodē loco respectu mādati.

Dices præfatam *Farinacij* opinio-
nem esse contra communem, quam
præter eos primæ notæ authores,
quos ipse allegat *nu.* 47. sequutus est
Sen. Grationop. teste Guid. Pap. dec. 104.
22 & rursus Neapolitanus apud *D. Præs.*
de Franch. dec. 37. ideò cōmunis præ-
ualere debet, *ad text. in l. filius ad l.*
Corneliam de falsis.

Respondeo *Farinacij* opinionem
23 non solum habere præcipuos, & ma-
ximos antesignanos, & tutelares,
Bald. Alex. Angel. & alios quos allegat
nu. .Sed quod magis est, insitam,
viuam, euidentem, & penè infallibilē
rationis assistentiam, qua communis
conuincitur, & eneruatur, & pro-
indè

inde non esse ab ea recedendum in
24 iudicando, prout aliàs Summũ Pontificem effecisse videmus *in cap.cappellanus 4.de ferijs*, ibi; *posterior sententia meliori, & subtiliori nititur ratione*. Et ita *DD. in cap. 1. de constit.* dicunt à communi esse recedẽdum, quoties aliqua probabili ratione contrarium defenditur, *Afflict. in cap. 1. §. Iudices num. 4. de pac.iuram.firman.* | *alasc. consult. 128. num. 26. Viuius decis. 91. par. 1.* qui dicunt id procedere etiam in sententijs Præfecti Prætorio, prout sic cõtra communem iudicasse cum modica difficultate Sacrum nostrum Neapolitanum Consilium testatur *D.Præs.de Franch. decis. 30.* de qua in proposito meminit *Christof. Mart. decis.Senen.examin 48. num. 10. Mastrill.de magistrat.lib.6.cap.10.n.113.* & nouissimè *Gizzarell. dec. 1. nu. 20.*

Sed quidquid sit de veritate illius
25 opinionis, attamen *decisio Guid. Pap.* (si rectè attendatur processus series) pro Fisco, & vidua potius adducẽda est, quandoquidem in ea non fuit iudicatum pro communi opinione, licet secundum eam sentire videatur Senatus, quia vt aduertit idẽ author in fine, non fuit visum Curiæ Parlamenti sufficiẽter probatum delictũ fuisse commissum in Prouincia, quia locus contentiosus erat propè confi-
26 nes patriæ Delphinatus: breuiter nõ erat probata qualitas, quæ in proposito tribuit iurisdictionem, quæ omninò ante omnia probari debet, *Afflict. dec. 297. & ibi Vrsill.* & est quod delictum verè sit commissum in territorio, vt post ipsam naturalem rationem *DD.* omnes concludunt, & docet *Dominus meus*, vt alios missos faciam *ad pragmat. 1. vbi de crimin. ag. oport. lib. 3. Iur. Reg.* sic pariter in casu nostro, cum nihil sit in actis probatum de commissione delicti in territorio Pollicoris, sed tantum capturam prædicti Claudij factam in territorio Ciuitatis Tursij per inquisitos. At Reuerendum Collegium fundare posse suam iurisdictionem in sola inuẽtione cadaueris, nullibi cautum reperitur.

Et tandem, quamuis initium delicti non esset probatum in territorio
27 Tursij, cùm tamẽ probatum non sit, fuisse consumatum in territotio Pollicoris, & per consequens dubium sit in cuius cõfinio verè fuerit commissum, adhuc ratione præuentionis sit competens Iudex Ciuitatis Tursij, ex celebri doctrina *Baldi in l. vnica num. 32. C.de confess.* quam esse receptam dicit *Iacob.de Beluis. in cap. 1. §. contrahentes post num. 18. de for. competent. lib. 6.*

Obiectum denique de *decis. 37. Præsid.de Franch.* facili negotio diluitur ex his, quæ ipse dicit quod locus inchoati delicti attendendus est, vbi initium non stetit in simplicibus finibus cogitationis iuxta *Bart.* placitũ, quod non est in casu nostro vt prædiximus.

Et si *Franciscus Molino supra rela-*
28 *tus* affirmauerit, quod etiã vbi finis, & principium sunt inter se ita distincti, vt non vnum, sed diuersa maleficia constituant, vtpotè in vulnerante in vno loco, & occidente alibi, tunc ratione grauioris pœnę imponendæ pro homicidio reus erit remittendus ad Iudicem illius territorij, aduertẽdum est ipsum fuisse locutum extra terminos quæstionis inibi propositę, & contra manifesta iuris principia: si enim damus actus fuisse ita distinctos, vt constituant diuersa maleficia, non est quærendum an sit attendendum principium, vel finis, cum vnũquodque maleficium in suo genere sit non solum initiatum, sed perfectũ,
29 & cõsumatum. At vbi actus ex temporis successione, & continuatione, nullo

nullo interuallo adiecto, ita coniunguntur vt vnam constituant delicti speciem, prout in exemplo per eum proposito, de eo qui aliquem vinculis mancipat in vno loco, & ad alterũ perducit, & expoliat, qui nõ tenetur, nisi de expoliatione ad tradita *per Bart. in l. illud ad l. Aquil. & alios relatos per Baiard. ad Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 38. num. 17. cum seq.* qui quidem sunt termini cõsentanei nostræ quæstioni: & hoc casu affirmamus initium esse in hoc priuilegiatũ, vt trahat ad se cognitionem totius perfecti maleficij, iuxta doctrinas superius relatas, quibus ipse non satisfacit, & præsertim *Felino*, cuius traditionem illustrare conatur: Illa enim violentia successiua adeò confundit actus, vt habeatur pro vno delicto, vt *Felinus* ipse loquitur, & bene aduertit *D. Ioan. Franc. Capiblan.* alias à nobis collaudatus collega noster *in cõment. ad Pragm. de Baron. tom. 2. cap. 61. in princip.* Ideòque Iudicem territorij in quo inchoatum est crimen, priuatiuè de eo cognoscere (præsertim sit
30 in captura reali præuentum sit) tanquam verum Iudicem delicti, cuius forus potentior est omni alio, *Farin. de inquisit. q. 7. in princ.*

Et ad *Andr. in d. Constit. si damna clamdestina*, respondetur in illis terminis necessarium fore attendere locum consumationis delicti, quia non secuto furto, non potest tractari de damno; Vnde rectè *Bald.* ait *in l. si quis non dicam rapere numer. 5. C. de episc. & cleric.* quod quantum ad consumationem delicti prima villa tenebitur, quantum verò ad executionem secunda; sequitur *Guttier. pract. quæst. lib. 3. cap. 1. num. 24.*

Sit ergò conclusio, Iudicem ordinarium Ciuitatis Tursij esse competentem non solum ratione originis, & domicilij delinquentium, sed etiã ratione delicti in eius territorio inchoati per actum facti proximum, & immediatum: eoq; magis propter præuentionem in captura, excluso penitus Iudice feudi Policoris, prout sic me referente iudicauit Regia Audientia, & postmodum Mag. Cur. Vicariæ.

Hæc nostræ lucubrationes in lucẽ prodiderunt inter prædictos commẽtarios *D. Ioannis Franc. Capiblanc. dicto cap. 61.* Sed quia aliquid noui addidimus in præsentiarum postquã vidimus quæstionem non sufficienter explanatã per *Franc. Molin.* supra relatum ideò transcribendas denuo hic censuimus, vt veritas magis elucescat.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis remittendus est ad forum originis, & incolatus.*
2 *Litis pendentia inducitur per solam citationem legitimè intimatam.*
3 Text. in l. vbi cœptum ff. de iudic. *in quibus terminis procedat.*
4 *Primus rei status attendendus est.*
5 *Priuilegium superueniens lite pendente forum non mutat.*
6 Text. in l. si quis posteaquam de iudic. *in quibus terminis procedat.*
7 Alex. in addit. Bart. in l. 1. tit. C. ff. de pæn. *quæstionem dirimit de priuilegio viduitatis mulieri superuento lite pendente.*
8 Vinc. de Franch. dec. 544. *declaratur*
9 *Instantia perempta, non competit exceptio litis pendentiæ.*
10 *dicitur nouum iudicium, & omnia sunt de nouo inchoanda.*
11 *Clericus effectus lite pendente, gaudet priuilegio fori instantia perempta.*
12 *Decisio Sacri Consilij in materia peremptionis instantiæ, relata per* D. Reg Rouit. *commendatur.*

13 Con-

13 *Contumax non opponit declaratoriam fori etiam si purgauerit contumaciā.*
14 *Contumacia vasalli in nibilo praeiudicat Baroni.*
15 *Dictio* etiam, *quid importet.*
16 *Perhorrescentia sola aduersarij facit vt quis possit litigare coram alio Iudice.*

Viduam posse forum declinare ex priuilegio viduitatis eidem obuento post litem contestatam.

CAPVT LXXXI.



Vidua Maria Naccarella eligendo in forum Magnam Curiam Vicariæ ex priuilegio sibi iure communi, & municipali indulto, conuenit hæredes quondam Hieronymi Troisij eius primi viri pro restitutione ducatorum mille suarum dotium. Exceperunt ipsi causam hanc tractari
1 debere in Curia Terræ Gifoni, cuius ipsi sunt incolæ, & originarij, *ad text. in l.incola ff.ad municipal. & in l.final. C.vbi rem actio, & in cap.cum generale de for.competen.*

Secundò, quia dicebant ex actis constare litem hanc pendere in dicta Curia ad quam fuit remissa per Regiam Audientiam Principatus Citra dum in anno 1624. idem iudicium fuisset intētatum per eamdem actricem. Vnde sequitur alia dispositio iuris communis, nempè *ex tex. in l. vbi cæptum ff.de iudic.* vbi communi-
2 ter *DD.* & inductam fuisse litis pendentiam per solam citationem legitimè intimatā, vt probat *tex.in clemēt. 2.vt lite pendente, vbi glos. in verb. ad partem in fine, & glos.in cap.vt debitus bonor, in verb.si dicat de appellat.* sequitur *Surd.decis.5.Gratian. dec.209. Ricc.decis.74.par.2.* & in his terminis
3 procedere dispositionem *text.in d. l. vbi captum,* dicit *glos.ibid.*

Nec obstare dicebant ipsi, quod tunc temporis quò iudicium fuit intentatū in Regia Audientia, & causa remissa ad Curiam Terrę Gifoni, ipsa fuisset in matrimonio collocata cum secundo viro Petro Paulo Pagano; nam priuilegium viduitatis ex ipsius obitu ei superuentum, stante prædicta litis pendētia in hac causa, ei opitulari non debet; quandoquidē prin-
4 cipium litis, & primus rei status est qui attendi debet, ad notata per *DD. in l.si in ratione 11.ff.ad l.falcid.* & facit *tex.in l.si tamen ad Macedon. & in l.si procuratorem ff.mandat.* Vnde credo originem sumpsisse famigeratum illud *Vlpiani* responsum *in l. si quis posteaquam de iudic.* vbi ait, *si quis posteaquam in ius vocatus est, miles, vel alterius fori esse caperit, in ea causa ius reuocandi forum non babebit, quasi prauentus,* & illa vulgata iuris regula, quod priuilegium superue-
5 niens lite pendente forum nō mutat, quam exornat *glos.ibid. & in cap.proposuisti de for. competen. & DD. in l. nulli prorsus C.de iudic.* quorum plures recenset *Alexand.Trentacinq.cōs. 46.num.2.volum.2. Cagnol.in l.2. nu. 249.C.de pact.inter empt.& in l.cum quadam puella de iurisd.omn.iudic.D. Reg.de Pont.cons.70. nu. 1. & in tract. de potest. Proreg. tit.de assens.Reg.S.7. nu.14. Crassus de except. cap.3.nu.38.* & in terminis *Aluar. Valasc.cōsult.57.* Idque in ciuilibus indistinctè proce-

dere,

dere post multos tradit *Cancer. var. resol.cap.2.de iurisd.num.225. tom. 2.* & decisum habemus in Regno per S. Cons.in *dec.544.D.Præsid. de Franch.* & nouissimè exornatam vides regulam prædictam cum argumentis hinc inde per *Giurb.* doctissimũ Siculum *decis.82.* vbi dicit Concistorium in hac partem inclinasse, quamuis non fuerit postea decisum, & iterum in *decis.23.*

6 At pro Maria respondebatur, regulam prædictam *ex tex. in d.l.si quis posteaquam* sibi non refragari, quoniam plures habet limitationes suum viduitatis priuilegium coadiuuãtes. Et Prima ex lectura verborum ipsius *text.* desumitur, scilicet procedere in priuilegio superueniente reo non actori, quod patet ex *finalibus verbis*, ibi, *quasi praeuentus*. Secundò in priuilegio superueniente lite cõtestata vt bene exponunt *glos. ibid.* at in Curia Terræ Gisoni numquam fuit lis contestata. Tertiò in priuilegio superueniente ex facto in ius vocati, seù vt rectius dicam procurato in fraudem litis motæ, prout docuit *Alberic.* quē sequuntur *Angel. & Fulgos.ibid. & Gratian. discept.for. cap.421.num.62.* Quartò in priuilegio concesso à Principe ad postulationem partis,cum secus sit vbi concessum est motu proprio ipsius, *ad text. in l. si quis quemquam ff. si quis caut.* prout tenet *glos. ibid.* quam secuntur relati per *Vinc. de Franch. d. decis.544.num.5.*& per *Steph. Gratia. discept.for.d.cap.421.nu.26.27.& 28.* qui termini non possunt applicari in præsenti casu; quoniam huiusmodi priuilegium viduitatis,nec procuratũ per ipsam dici potest, nec ad ipsius postulationem concessum,sed tãtum motu proprio Principis; ideoque insertum in corpore iuris. Sic & vbi quis proprio Principis iussu miles factus est, priuilegio militari gaudebit etiam in lite inchoata,ita docent *Io. Andr. Alberic.* & alij relati per *Gratia. loco proxime cit. nu.29.subdens nu.32.* quod si fiat statutum quod gaudeant biennali dilatione ad soluendum suis creditoribus omnes euntes ad exercitum, proderit etiam debitoribus, qui cæperunt in iudicio conueniri ex *Bald. in d.l.si quis quemquam num. 2. in fine*, vbi dicit esse menti tenẽdum. Et similiter in legato qui non facto suo ad legationem est missus, excusabitur etiam in causis iã inchoatis,*l. non distinguemus §. item si quis Roma de arbitr.* per quem sic esse tenẽdum in priuilegio fori, dicit ex *Angel. & Ioanne Andr.idem Gratian. ibid.n.30.* & pulchrè ad rem nostram *Bellug. in spec.Princip. rub.20.§. quia post Ecclesiam num.30. & Balb. decis.70.* post alios expresè docet,priuilegium fori lite pendente superueniens reo, citra eius factum volũtarium,illum eximere à Iudice corã quo lis erat inchoata,eum refert *Bened.Capra lib.1. com: opin.diuers.tit.20.de diuers. rescrip. nu 76.fol.261*

Quæ quidem omnia fortiùs procedere debent vbi priuilegium concessum est propter publicam vtilitatem, veluti in concessis miserationis causa,ita *Ioan.Andr. in addit.ad Spec. tit.de dol.& contum.§.restat.col.pen.& Felin.in cap.causam quæ de testib.*quos
7 sequitur idem *Gratia.d.c.421. nu.65.* Vnde in terminis proprijs docuit *Alexand.in addit ad Bart.in l.1.lit.C.ff.de pœn.* quod si pendente causa contra mulierem moritur vir, viduale priuilegium superueniens nõ procuratum ad pendentem litem extenditur,non obstante *l.cum quadam puella ff.de iurisd.omn.iudic.* quia ibi fuerat procuratum,recipiendo virum alterius domicilij,quę sunt formalia verba *Alex.* Ex quibus, & alijs pro hac parte decisum

cisum fuit in M.C.V. Regni Siciliȩ *d. decis.Giurb.*82. nec curandum est de rationibus per eum consideratis, ex quibus dicit Concistorium in contrariam inclinasse sententiam; nam certum est causam non fuisse postea decisam, ideòque *Giurbam* in sententia affirmatiua sequitur *eruditus Nouar.in prax.elect. & var.for. sect.*4. *quæst.*13.*nu.*1.

Nec tandē dicebatur obstare de-
8 cisionem S.C.relatā per *D.de Frāch.* in remissione petitā ad almum Collegiū Doctorū huius fidelissimæ Ciuitatis; na cū tota ipsa fundetur in illa pōderatione, quod .s. priuilegium pdicti Collegij, non potest dici motu proprio concessum, sed potius ad postulationē partis, vt latius patet ex dictis *in d.dec.n.6.&seq.* hinc esse dicebatur quod potius pro Maria, quā cōtra ipsā faciat; cū ipsa iuuetur priuilegio motu Principis concesso, & inserto in corpore iuris, vt prædiximus.

Rursus pōderabatur pro Maria instantiā iudicij inchoatā in Regia Audientia esse perēptā ab anno 1624.& proinde iudiciū hodie intētatū in M.C.esse nouū, & tāquā nouū ab initio
9 omnia esse inchoanda, ac si nūquam fuisset cęptum, prout decisum testatur per S. Consil. doctus *Iul. Cęsar Gallup.de instāt.caus.p.*2.*c.*16.*num.*29.
10 quin potius perēpta instātia, exceptio litis pēdētię denegatur, vt pluries decisū refert *Minad.dec.* 5. perimitque citatio, & litis cōtestatio *Bart.in l.lite mota ff.iudicat solui.& Io.V in.de*
11 *Ānna singul.* 129. vlterius docet, quod clericus effectus lite pendente, perēpta instātia gaudet priuilegio fori, ita vt spiritus vitæ nō possit amplius insufflari, sequitur latè comprobans *Carol.de Graß. de effect.cleric.effect.*1.*n.*291.*Lelius Caput. ad Consuet. Neap.in proœm.S.*7. *nu.*8.

Ex quibus rationibus, & alijs doctissimè congestis *Dominus Reg.Reuert.ad rub.de inst.caus.nō restit. nu.*13.
12 14.& 15. notabiliter decisū refert p S.C. q si quis perēpta instātia sortitus sit fori priuilegiū.potest opponere declinatoriā, & ōes alias exceptiones, tanquā si lis mota nō fuisset; cessāt ergò in hoc casu termini *tex.in d. l.vbi cæptū, & in l. si quis posteaquā de iud.* cum cęptum dici non possit, quod iam non est.

In præsēti causa M.C.iudicauit pro vidua, sed postea relata causa in S.C. credo Sacrū Consiliū nō curasse decidere articulū, eo q repertū fuit in pcessu pdictos cōuentos cōparuisse in M.C. post contumaciam incursā, quo casu nō erat disputandum super declinatoria fori, quā ipsi nō poterāt
13 opponere, vt decisū p S. C. testatur *Aff.dec.*133.& in terminis *Barbos.in repet.tex.in d.l.si quis posteaquā n.*182. imò cōtumax perdit beneficiū *legis vbi cęptū de iud.* etiā quod postea purgasset cōtumaciā, vt p *Vinc.de Frāch. dec.*417.& sic fuit interpositū decretū tenoris sequentis; *Remissa est eidē M.C. etiā stante cōtumacia contracta.* Quod quidē in causa fuit vt Ill. Dux
14 Tursi vtilis Baro Terrę pdictæ cōpareret ex psona sua ad petendū remissionē huius causæ, dicēs contumaciā vasalli nullū præiudiciū inferre iuribus Baronis, put in specie in nostris terminis fundat *Vinc. de Franch. dec.* 541.*D.Capibl.ad prag.*8.*de Baron.nu.* 225.*&seq.* estq; apud nos indubitatū

Nec ei obstare q nō habeat priuilegiū cū derogatione *l.vnicæ C. quand. Imper.* nā dicebat eo nō indigere, ex rationibus, & authoritatibus, quibus supra fundatū est pro parte cōuētorum non posse prædictam actricem iuuari huiusmodi priuilegio.

Replicabatur pro Maria ipsā habere p se limitationes superius traditas ad *reg.d.l.vbi cęptū*, & rursus decisio-

nem M.C.V. & S.C. quæ vltima non fuit fundata tantū in contumacia cōtracta per conuentos, sed illa verba fuerunt posita potius augumētatiuè, vt præsefert dictio illa, *etiā*, quæ expri
15 mit casum magis dubitabilē, & implicat minus dubitabilē, *l. etiā ff. de ver. signif. l. conuenticula C. de episc. & cler.* cum mille concordantibus adductis per *Barb. diction. vsufr. dict.* 112. *n.* 1. Et tandē, ꝙ etiā circūscripto priuilegio viduitatis, ipsa debebat obtinere in hoc articulo, eo ꝙ satis constabat ex testibus examinaris de potētia Aduersariorū in dicta Terra Gifoni, ob quā in eternū ius suū cōsequi sperabat. Vnde succedit id ꝙ singulari-
16 ter tradit *Alcia. cōs.* 52. *n.* 3. *lib.* 6. quod sola ꝑ horrescētia aduersarij facit vt quis possit litigare corā alio Iudice.

Relata nouissimè ꝑ me causa in M. C. iterū iudicauimus in fauorē actricis, nec Baro amplius prosecutus est appellationem in S.C.

SVMMARIVM.

1 Pragmatica 4. de liquidatione instrumentorum *quid contineat.*
2 .. *procedit etiam in scripturis per creditorem præsentatis.*
3 *Creditor tenetur solutionem recipere per depositū liberū, & non vinculatū.*
4 Pragmatica 4. de liquidat. instrument. *loquitur in scripturis præsentatis ad impediendam liquidationem.*
5 *Apocha bancharia dicitur vera, & realis solutio.*
6 *Procurator in iudicijs criminalibus, nec etiam ad media admittitur.*
7 *Solutio potest fieri etiam per tertium inuito debitore.*
8 Carauit. in Rit. 169. nu. 12. *commendatur.*
9 *Non entis nulla sunt qualitates.*
10 *Fieri non oportet quod factum non releuat.*

Depositum quantitatis pro qua instrumentum liquidatur, posse etiam per extraneam personam fieri, in terminis prag. 4. de liquidat. instrumentorum.

CAPVT LXXXII.

1 Per pragmaticā quartam sub *rub. de instrum. liquid.* prouisum est in Regno, ꝙ scripturæ, & deposita, quę præsentantur per debitores aduersus liquidationes instrumentorum, non recipiantur nisi Curia pro Tribunali sedente in actu vocationis, etiam si ꝑsētarētur in Aula S.C. cuius disposi-
2 tionē fuit decisū ꝓcedere etiā in scripturis per creditores præsētatis, ex *reg. tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. expens.* alijsq; traditis per *Vin. de Franch. dec.* 420. idq; quotidie practicari restatur *D. Reg. Rouit. in comment. ad eād. prag. n.* 14. Illius occasione de duobus dubitari contingit in M.C.V. dum iudicijs causarum ciuiliū præesse. Primò quid si depositū ꝑsentetur nō ab ipso debitore, sed ab alio ipsius nomine? Secūdò an hoc liceat post rectā Curiā, sed nō ante galli cātū. Quandoq; dē citato Ill. Iacobo Pignatello Duce Belrisguardi ad instātiā D. Frācisci de Castrocucco ꝓ sūma ducatorum 35. mil. ex resta pretij capitalis Terræ Mēdolaræ, & aliorū 3. m. ꝓ tertijs decursis, vocatoque in Curia, vt moris est, remansit cōdēnatus, cū facultate tū cōparēdi de sero ad purgādā cōtumaciā, seruata forma Ritus. sed post rectā Curiā cōparuit corā Mag. Iudice hebdomatario Hector Caracciolus

lus amicus pdicti Ducis, & psentãdo ipsius nomine depositũ duc.3.m. institit prædictũ Ill. Ducem licentiari.

Quoad depositum non esse ambigẽdum censuimus quod admitti deberet, vtpotè quod nõ erat cõditio-
3 natum, & creditor tenetur solutionem recipere per depositum nulla conditione extrinseca vinculatum, vt colligitur ex traditis per *Paul. de Castr. in l. si soluturus ff. de solut. Ant. de Fano in tract. de pignor. membr.* 3. 5. *p. num.* 11. *Scaglion. ad Ritum* 163. *num.* 17. *D. Reg. Rouit. loc. cit. num.* 8. & facit *tex. elegans in l. solutionis verbum* 54. *de solution.* vbi Paul. ait, *solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quocunque modo factam, magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem*; ad quod verba ipsius pragmaticæ sunt satis clara, & aperta, quæ volunt illas scripturas, instrumenta, aut deposita
4 reijci, quæ præsentãtur ad impediendam liquidationem instrumenti, ibi; *mandamus quod non recipiantur aliquę scriptura, vel aliquod instrumẽtum, aut depositum ad impediẽdam ipsius instrumenti liquidationem, &c.* præsertim, quia depositum præsentatum per Hectorem consistens in apocha, seu fide crediti bancaria potius vocari debet vera, & realis solutio, & habens vim illius, ad tradita *per Bart. in l. solutionis num.* 1. *de solut. Puteum decis.* 163. *nu.* 1. *Rot. Rom. apud Gratian. discep. forens. to.* 2. *c.* 187. *n.* 35.

Sed quoad Primùm quæsitum, an s. depositum factum per personam extraneam, admittendum sit? dubium faciebat ipsa natura huiusmodi iudicij summarijssimi sapientis criminali-
6 tatem non admittentis proinde procuratorem, nec etiam ad media causæ, *ex Ritu M. C.* 109. *vbi Carauita* rationem assignat.

Verùm diximus procuratorem esse prohibitum interuenire vbi vellet debitorem defendere, excusare, siuè causam agere iudicialiter aduersus creditorem, impugnando instrumentum, quod patet ex verbis ipsiusmet Ritus, ibi; *quod in causis extraordinarijs, &c.* ergò supponit litigium; cum autẽ Procurator, siue extraneus comparet nõ ad impediendam liquidationem, sed ad soluendam quantitatem debiti, cur non erit admittendus, si id agitur ad obseruandum cõtractum, & iurisiurandi sacramẽtum
7 in eo appositum. etenim de iure communi hoc licet tertio etiam inuito debitore; nam inquit *tex. in l. solutionem* 23. *de solut. solutionem, vel iudicium à nobis accipiendo etiam inuiti, et ignorantes liberari possumus*; & rursus *in l. soluere* 53. *eod. tit.* ibi, *soluere pro ignorante, & inuito cuique licet, cum sit iure ciuili constitutum, licere etiam ignorãti, inuitique meliorem conditionẽ facere, l. si pro me eod. tit. Honded. consl.* 19. *lib.* 8. *num.* 1. *Gratian. d. tom.* 2. *cap.* 387. *nu.* 5. Imò & in propria materia obsignationis pecuniæ, siue depositi, est *text. in l. qui cum decem* 72. *S. Stichũ vers. sed quid si ignorante ff. de solut.* &
8 ideò *Carauita* illorum rituum solertissimus glossator quæstionem in terminis decidit in *ritu* 169. *nu.* 12. concludens, quod si pecunia portatur per procuratorẽ, amicum, vel extraneum, nõ intẽtione soluendi, sed deponẽdi, tunc nõ admittitur, sin autẽ soluendi nullã exceptionẽ in cõtrarium proponẽdo, & tunc sine dubio cõtra debitorem procedi nõ potest.

Restat pro secũdi dubij resolutione videndũ, an quoq; admittatur extraneus, siue amicus postq̃ debitor est cõdẽnatus, siue cõtumax reputatus. Ratio dubitandi erat; nam licet condemnatio illa suspẽsa sit vsq; ad galli cãtum; nihilominus hoc ꝯ est posse de sero cõparere, non nisi principali

debitori permittitur, & esset absurdum quod permitteretur tertio. Sed fuit cōclusum hoc procedere vbi necessaria est debitoris citati persona, siue comparitio, quæ necessitas per debiti solutionem cessat, & totaliter resoluitur, sicque non est requirenda persona debitoris vbi non est quod debeatur; & nō entis nullæ sunt qua-
9 litates, *l. eius qui in Prouincia, ſi cert. petat.* & fieri non oportet, quod factū non releuat, *tex. in cap. cum contingat*
10 *lo terzo, & ibi gloſſ. in verſ. nihilominus de offic. delegat. cum concordan.* & ideò *Carauit. ibid. nu.* 14. *in fine* rectè dixit, quod istud est diuinare, & multum iura restringere, satisq; iniquum, & absurdum esse, velle debitorem detinere, quem illicò opus esse dimittere.

Ex quibus iudicauimus pro Illust. Duce, quamuis cum maxima cōtradictione Regij Fisci pro interesse, quod habebat ad pēnā, & posteà fuit confirmatum per Sacr. Consilium. Quæ adnotare libuit, quoniam forēsia, & vtilia sunt.

SVMMARIVM.

1 Origine propria nemo poteſt ſua voluntate eximi.
2 Cōſtitutio Regni quiſquis burgēſibus, *quid contineat.*
3 *Ciuitas poteſt ſtatuere, ne ciues vadāt extra territorium, & contrafacientes punire.*
4 *Vaſallus tenetur Baroni ſubuenire pluribus caſibus.*
5 And. in Conſt. Regni quiſquis burgenſibus *commendatur.*
6 *Baro poteſt prohibere ſuis vaſallis, ne transferant eorum habitationem ad locum non ſubditum.*
7 Conſtitutio Regni. Quiſquis burgenſibus *loquitur de vaſallis angarijs & perangarijs.*
8 Capic. deciſ. 168. *commendatur in intellectu* Conſtitutionis Quiſquis.
9 *Cæſarum temporibus fuerunt certæ perſonæ certo vſui deſtinatæ, quæ ad illum reuocari poterant eis inuitis.*
10 *Adſcriptitij, & cenſiti nullo caſu poterant ab eodem exercitio reuocari.*
11 *Milites antiquitùs agricultura incumbere prohibebantur.*
12 *Curialis relinquens Curiam, ad eam reuocatur.*
13 *Serui ſimiles ſunt ij, quibus non datur facultas recedendi.*
14 *Tributa fuerunt impoſita vice onerum perſonalium.*
15 *Angariæ, & perangariæ quid ſint.*
16 *Angariæ fuerunt ſublatæ in Regno.*
17 *Seruitia perſonalia in dubio præſumūtur indebitè extorta à Baronibus.*
18 *Angariæ, & perangariæ non poſſunt conſtitui in Regno ſine Regis aſſenſu.*
19 *Barones Regni non poſſunt cogere vaſallos ad ſeruitia perſonalia etiam cum ſalario.*
20 Pragmatica 16. ſub tit. de Baronibus *ad quid prodita ſit in Regno.*
21 *Vaſalli, ſiue nobiles, ſiue burgenſes nō non poſſunt cogi hodie in Regno redire ad proprios lares.*
22 *Vaſallus is poſſet compelli ad rehabitandum qui eſſe obligatus ad ſeruitia perſonalia.*
23 Andreas in dicta Conſtitutione Quiſquis *declaratur.*
24 *Fiſcus, ne fraudentur collectæ ratione functionum fiſcalium, vel ex alia publica cauſa, poteſt ciues cogere ad habitandum in proprijs terris.*

Barones

Barones Regni non posse suos originarios vassallos adstringere, & reuocare ad inhabitandum in propria patria, ad ornatum Constitutionis Regni. Quisquis Burgensibus.

CAPVT LXXXIII.



1 Origine propria neminem posse sua voluntate eximi manifestum esse, inquiũt *Cæsares in l.origine C.de municip. & originar.lib.* 10.& rursus *in l.seq.* statuũt, non esse permittendum vt quis propriæ Ciuitatis originem eludat, & in *§.sed etiam suscipientes, auth. de mand. Princip.* mandarur Prouinciarũ Præsididibus vt agricolas, qui proprias possessiones relinquerũt citò redire cogant, vnde *glos.ibidem in verb.agricolas*, ait. *Et sic nota, quod potestas vindicat ciuem suum, vel comitiuum;* quæ quidem communis Iuris dispositio

2 huius Regni lege roboratur, vt patet *in constit. quisquis burgensibus, sub tit. de reuocand. transeunt. ad alien. habit.* vbi Imperator Federicus ęqua lance sanxit, vt tàm vassalli demaniales ad loca Baronũ transeuntes, quàm etiã Baronales, qui dominis suis de seruitijs non tenentur sub pœnis inibi statutis debeant infra certum tempus tàm ad terras demanij, quàm ad Baronales reddire. Ex quibus iustissimũ reddi videbatur decretũ Regiæ Audientiæ Hydruntinæ latum ad beneficium Baronis Casalis Caballini, cõdemnando nonnullos eius vassallos originarios prædicti Casalis, vt cum proprijs domibus, & familijs redirent ad habitandũ in dicto Casali, & proinde esse omninò confirmandum per Mag.Cur.in causa appellationis inibi introducta.

His namque iuribus adstipulatur doctrina *Bar.in l.vlt.de decret. ab ord.*

3 *faciend.* quatenus ex eodem *text.* notat quod Ciuitas potest statuere ne ciues vadant extra territorium, & contra facientes punire, ideoque *Menoch. in suo eleganti cons.* 1176. *per totum*, latè defendit edictum promulgatum per Serenissimum Parmæ Ducem, ne quis suus vassallus ad terras Ecclesiæ incolatum transferat, & simile statutũ Ferrariæ refert *Anchar. Regiens. quæst.*48.*par.*2. & ita esse de iure refert *Afflict.in d.constit.quisquis sub num.* 10.& ostendit *D. Regens de Ponte in tract.de potest.Proreg. rubr.de abundant.Ciuit.tit.*2.*§.*2.*nu.*8.*ex Bar. in l.incola ff.ad municip.& Mart.Laudens.in tract.de Fisc.quæst.*50. ea scilicet ratione, quia ex ciuium recessu

4 fraudarętur collectę ab Vniuersitate super eis impositæ pro fiscalium functionũ solutione. Sic & Baro cui vassallus in multis casibus pręstare tenetur subsidiũ, prout in *constit. Regni quamplurimũ* fraudaretur huiusmodi sub-

5 uentionibus, vt benè aduertit *Andr. in eadem constit.* qui tamen aliã, eamque aptiorem ad propositum nostrũ subnectit rationem postquam arguit dispositum in *d.constitut.* esse contra libertatem: his quidem verbis obiectioni satisfacit. *Sed cum dominus terram vassallo dat, & concedit, hac conditione dat, vt de terra non discedat, & si non exprimat hanc conditionem, quia communiter consuetum est sic dari pro cauto habendum est, ff.si cert.petat.cum* quid

quid, l. si is qui §. final. ff. commodati, secus si aliter constaret de contrario, cum durum esset contra hanc legem aliquid dicere, nisi quod expressum esset demanij. Hæc Andreas, quē sequitur Mariu. Frecc. de subfeud. lib. 2. authorit. 15.
6 num. 1. addo nouissimè idem tenentem Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 18. num. 83. vbi ait. Item poterit Baro statuere, quod eius subditi originarij nō possint eorum habitationem ad locum non subditum transferre absque eius licentia sub pœna amissionis bonorum in loco existentium, ad textum in l. vnica de decret. ab ordin. facie, l. 2. C. de offic. Præfect. vrb. quod respicit publicā vtilitatē, ne Baronū terræ diminutionē hominū patiantur, sed plenæ suis hominibus cōseruētur, & populatiores reddātur ad text. in l. cum ratio de bon. damnat.

Sed pro vasallis dicebatur non rectè desumi argumentum ex Con-
7 stitutione prædicta Quisquis burgensibus: nam inibi agitur de vasallis angarijs, & perangarijs domino suo, prout Constitutionem ipsam rectè intelligit glos. ibidem & post Andream de Barulo, Ioannem de Platea,
8 & Lucam de Penna notat Capic. decis. 168. nu. 4. vbi quæstionem in terminis disputauit, dicens esse indubitatā conclusionem, quod is vasallus non possit è terra recedere sine licentia domini sui, qui tenetur eidem seruire vt angarius, vel perangarius, aliàs secùs, & proinde in casu inibi proposito fuisse pro vasallis iudicatum contra Baronem, & tenet etiam Frec. d. authorit. 15. num. 1.

Cuius quidem decisionis ratio, vt clariùs notescat præter rationes doctissimè per eum adductas, considerabam, Cœsarum temporibus certas
9 personas certo vsui destinatas fuisse, quæ poterant ad illum reuocari eis inuitis; sic adscriptitij, & censiti vt patet ex l. omnes l. cū satis C. de agricol. & censit. lib. 11. & notat Capic. ibi-
10 dem num. 2. Hi namque adeò agrorum cultui adscripti erant, vt neque fiscalium pensitationum nomine inquietari poterant, l. colonos C. eod. ibi; Quos ita glebis inhærere præcipimus, vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri. Et facit textus in l. final. C. de mancip. & colon. patrimon. eod. lib. sic & illi, qui dicebantur homines alterius eo modo quo refert Capic. ibidē, qui quidem libertis æquiparari ait, & à seruis ferè nihil differebant, l. ne diutiùs C. de agricol. & censit. sic curia-
11 lis derelinquens Curiam ad eam reuocatur, l. qui derelicta C. de decurion. lib. 10. & l. vnica si curial. relict. Ciuit.
12 nec minus milites: nàm hi agrorum cultui incumbere prohibebantur, l. milites cum sequen. C. de re milit. lib. 10. Hæc onera, quæ quidē speciem seruitutis habent (cum nihil multum à specie seruientium differant, quibus
13 non datur facultas recedendi, vt dixit Consultus in l. 2. de liber. homin. exhiben.) etiam Cęsarum temporis sub-
14 lata fuerunt: nam huiusmodi hominum generi imposita fuerunt tributa, quorum solutione ab ijsdem oneribus immunes reddebantur, vt patet in l. prima & 2. C. nè rustican. ad vllum obseq. deuocen. lib. 11. & in l. vnic. iuncta glos. C. ne oper. à collator. exigan. eod. lib. & in §. illud auth. de mandat. Princip. Ab his quidē præstationibus personalibus (quæ
15 angariæ vocantur, si eiusdem domini sumptibus præstentur, sin autem vasallorum perangariæ secundum distinctionem glosæ in l. neminem C. de sacrosant. Eccles. & in l. 1. C. quemadmodum ciuil. muner. lib. 10. & in d. §. illud auth. de mandat. Princip. & docet eleganter Alciat. in l. hac nostra C. de præpositis Sacr. cubic. lib. 12. & Afflict. in Constitutione omnes Officiales num. 1. & in Constit. prosequentes n. 3. & 4. Ioannes Anton. de Nigr. in cap. Regni
16 Grauamina num. 14.) quamuis de iure

iure communi nemo excusabatur *ad tex. in d.l.neminem C.de sacros. Eccles.* nihilominus de Iure Regni fuerunt sublata *ex Constitutione quę incipit . Quod omnes officiales*, & rursus *ex cap. Caroli Secundi* 179. quod incipit . *Quod nullus officialis*, & expressius *ex cap.*23. *quod incipit. Grauamina*, vbi
17 latè *Ioannes Anton de Nigr.qui ibidē numer.* 17. docet quod indubio præsumitur contra Baronem, quod indebitè extorqueat seruitia personalia à vasallis, & sequitur *Dominus Regēs Ronit.ad pragm.*16 *de Baronib.nu.*25.
18 Vnde fit quod angaria, seu perangaria non potest in Regno constitui super hominibus sine Regio assensu, eo quod vasalli soluentes Regi tributa, non possunt cogi ad seruitia personalia perpetuò *ad text. in dicta Constitutione prosequentes*, & in Regno esse absolutum dicit idem *Ioannes Anton. de Nigris ibidem vers.item est præmittendum, Capic dec.*118.*num.*6. ideoque *Bald. in l final. in princip. C.*
19 *de bon.quæ liber.* quem refert *Afflict. in d. Constit. Prosequentes num.*4. expressè tenet, Barones non posse cogere vasallos ad præstandum seruitia personalia etiam cum salario: etenim solus Rex in Regno est personarum dominus, vt in *Constit. Quia frequēter, Capic.loco cit.* & proinde ad tollēdam antiquam quæstionem, an vbi in priuilegio Baronis mentio fit de angarijs, & perangarijs, censeatur ali-
20 quod ius acquisitum Baronibus super vasallorum personis, prodita est *Regia Pragmatica Caroli Quinti felicis memoriæ, quę incipit. Ad nostras etiā aures*, ex qua statuitur, quod nullum ius censeatur ex dictis clausulis Baronibus quæsitum, nisi id quod habebant tempore concessionis ex iusto titulo, eamq; fuisse sanctam Pragmaticam dicit *Io. Ant.de Nig.ibidem n.*25. *estq; hodie* 16. *sub tit.de Baronib.* quam suis doctissimis commentarijs, prout & cœteras omnes illustrauit *D.Reg.Rouit.*

Ex quibus dicendum resultat, non posse vasallos, qui ad seruitia personalia non tenentur obstringi redire
21 ad proprios lares, etiam si burgēses, & villani essent de quibus loquitur constitutio ipsa, vt bene aduertit *Afflict. ibidē*, eoq; magis si nobiles sint, vel artistæ, nam de his posse ire quo velint, dicit idem *Afflict. num.* 1. *&* 11.

Hisque adstipulatur *Capitulum Papæ Honorij inter capitula edita pro bono regimine Regni, quod incipit . Ad nouas coniurantias*, cuius quidem meminit *Petrus de Monteforte in dicta Constitutione Quisquis, & Lucas de Pēna in l.si quis col. vlt.C.de agric. & censit.lib.*11. *& Capic.d. decis.*118. *num.*12.subdens. *Illud autem constat,*
22 *quod tunc vasallus Baronis recedens ab eius terra, potest compelli ad rehabitādum, quando esset obligatus ad seruitia personalia &c.* & ita fuisse iudicatum per Sacrum Consilium, & *num.* 13.
23 respondet ad doctrinam *Andreæ superius relatam in dicta Constitutione Quisquis*, quod eatenus videtur Baro cum domino agere, ne vasallus à feudo discedat, quatenus vasallus nolit relinquere illud, argumēto eorum, quæ dicta sunt *in Constitutione Regni, errores eorum*, sicq; nouissimè decisum bis per Sacrum Consilium testatur *Ioannes Baptista Thoro in Comp.decis.to.*1. *vers. vasalli angarij.*

Iuxta quos terminos intelligendi sunt authores adducti pro parte Baronis, nàm alias loquerentur contra omnia iura superius expressa: Oportet igitur, vt vasallus sit etiam angarius, & perangarius, vt possit ad habitandū cogi; nā nisi adsit qualitas seruitiorum, non benè consequitur, est vasallus, ergò non potest ad libitum

à feudo

à feudo recedere, vt bene aduertit *Capyc.d.decis.118.nu.13.*

Quod autem attinet ad Fiscum,
24 non dubito, quin pro collectarum solutione ratione functionum fiscalium si id expedire videbitur, vel pro alia publica causa, possit ciues cogere ad habitādum in proprijs Terris, qui est casus positus per *D.Reg. de Ponte loco superius citato.* Et nouissimè dum de noua foculariorum Regni numeratione ageretur ex literis Catholicæ Maiestatis, fundauit elegantissimè *D. Regēs Tapia Marchio Belmontis auunculus meus* in quadam consultatione facta Excellentissimo Proregi: sicq; apparebat in preseti causa ius fouere vassallis. Verumtamen controuersia non fuit meo tempore decisa.

SVMMARIVM.

1 *Industria persona censetur electa in executore testamenti.*
2 *Personalia dicuntur munera, quæ cum corporis labore, animi sollicitudine, & vigilantia expediuntur.*
3 *Hæres executoris testamentarij potest inchoata per defunctum perficere.*
4 *Executor potest officium suum alteri committere vbi est certum, & determinatum quid exequendum.*
5 *Executor testamentarius potest hæredi suo executionem committere fauore piæ causæ.*
6 *Executoris nomen Iureconsultis incognitum.*
7 *Fideicommissarius nil aliud est, quàm particularis executor.*
8 *Vtile per inutile vitiari non debet in relictis pro anima.*
9 *Industria persona quando dicatur electa.*
10 *Arbitraria non possunt per alium explicari.*
11 *Industria persona videtur electa per statutum permittens sumere offenso vindictam de offensore, ideo non poterit per alium sumi.*
12 *non videtur electa vbi negotium commissum potest per alium expediri.*

Testamenti executores posse certum quid, & determinatum, siue per eos inchoatum, vel pium, suis hæredibus perficiendum committere,

CAPVT LXXXIV.



Munus executoris vltimarum voluntatum personale esse nemo est qui dubitare debeat, etenim in eo
1 censetur per testatorem electa animi vigilātia, & solertia, & personæ industria, de eaque plusquam de alia confidisse, prout in propria specie differit *Imperator Leo in l.nulli C. de Episc. & cleric.* ibi, *Et pro sua conscientia votum impleat testatoris; & Iureconsultus in l.inter artifices de solut. Et suis operibus id perficiat;* idemque aduertūt regulare esse *Summi Pontifices in cap.final. §.1.de offic.deleg.* ibi. *Cum in his omnibus casibus industriam, & fidem personæ, cui talia commisimus eligere videamur;* vbi *Felin.num.*14.& rursus in *cap.is cui,eod.tit. lib.6. & in c.tua,* ibi, *per manus tuas, detestam. glos. notab. in cap.religiosus §.fin.verb.mortuo de testam.*

testam. in 6. notat *Iaſ. in l. quod quis C. de procurat. Anton. Gomez. ad l. 31. Tauri num. 5. Ioan. Gratian. reg. 124. in princ. Stephan. Gratian. discept. forenſ. tom. 3. cap. 522. num. 28.*

Quo fit vt tanquam perſonale perſonas egredi non poſſit, *d. cap. fin. §. 1. & d. cap. is cui*, vbi prouiſionē ſibi commiſſā alteri demādare nō poteſt, ex quo perſonale munus dicitur, quia cum propria ipſius electi ſolicitudine ac vigilantia principaliter expeditur, *l. 1. de muner. & honor.* vnde *Bart. in l. à filio de aliment. legat.* docuit officium executoris non tranſire ad hæredes, ſequitur *Iaſ. in l. eum quis num. fin. de verb. obligat. Iacob. de Beluiſ. in auth. ſi quis ædificationem de Eccleſiaſt. titul.* latè *Lucas de Penna in l. per hanc diuinam num. 13. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Felin. in cap. quoniam de offic. delegat. vbi. Abb. num. 3. Alexand. in l. qui liberis §. hac verba num. 8. de vulg. & pupill. Molina Theologus de iuſtit. & iure tract. 2. diſput. 248. nu. 8. Ioan. Iacob. à Canib. tract. de execut. vltim. volunt. par. 3. cap. de fide, et exitu commiſſariorum num. 15. Azeued. ad l. 6. tit. 4. lib. 5. noua recopilat. num. 10.* qui ſic ait; *Notandum tamen eſt per emptores, quod hæredibus talium exequutorum vltimarum voluntatum non ſunt ſolutiones faciendæ, quia officium eorū non tranſit ad hæredes, vel ſucceſſores*, & ita decisū teſtatur *Viu. dec. 305.*

Ex his dum quidā nobilis vir animam ageret in Vallis Oletana Ciuitate, ſupremis tabulis executorem ſuæ voluntatis deſignauit Cæſarem Vellium, ad hoc præcipuè vt certam pecuniæ quantitatem quam depoſitam habebat penès mercatores, erogaret in conſtructionem, & fundationem cuiuſdam Cappellaniæ vbi ſacra fierent in ſolatium animæ ipſius. Cępta ſtatim poſt deceſſum voluntate ipſius per Cæſarem exequutioni demandari, nondum opere perfecto, & ipſe quoque viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, teſtamento tamen ſuo reliquum Franciſco Vellio germano, hærediq; eius perficiendum impoſuit. Is dum pro reliquorum reſtitutione mercatores interpellat; renuſit ipſi dicentes non eſſe perſonam legimam, quia officium executoris vltimæ voluntatis (quo Cæſar functus fuit) de ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, neque ceſſibile, ſeu alteri delegabile, proindeq; ſolutionem non poſſe fieri ipſi Franciſco, vtpotè ad quem non ſpectat exequutio voluntatis defuncti.

Sed his non obſtātibus Supremus Caſtellæ Senatus ſuper his aditus, (dum in Curia Potētiſſimi Hiſpaniarum Regis noſtri degerem apud Illuſtriſſimum Regentē Carolum Tapia Marchionē Belmontis Dominum, & auunculum meum) in propoſita ſpeeie cenſuit, licuiſſe præfato Cæſari voluntatem teſtatoris Frācifco Germano ſimul, & hæredi eius exequendam, ſiuè potius perficiendam committere. In qua reſolutione fuit proceſſum per infraſcriptas cōcluſiones.

Prima eſt, officium executoris ad hæredes non eſſe tranſmiſſibile, vbi agitur de vniuerſali, ſeu generali negotiorum executione non dùm per defunctum executorem incepta. In quibus terminis id firmant præfati Auctores: at cum aliquid inchoauit, vnde res non ſit iam integra, dictum fuit, hæredes executoris poſſe reliqua diſponere, & executioni demandare, prout poterat executor ipſe, ex mirabili doctrina *Iacobi de Arena in tract. de commiſſar. 5. vol. tract. nu. 44.* vbi ait. *Sed quid ſi Commiſſarius eſt mortuus, numquid hæres eius diſponet;* & poſtquam hinc inde argumenta proponit *n. 45.* ſubdit. *Sed ſi dixit, centum volo dari pro anima mea vbi ordina-*

dinabit talis, tunc potest dici, quod si tunc cęperat ordinare, hęres eius legitimæ tamen ætatis disponet, alias non; & *Specul. lib. 2. par. 2. de instrument. edit. §. nunc verò aliqua num. 76. quæst.* 81. dixit, *quærendum est, vtrum hoc officium executoris, transeat ad hæredes executoris*; & tandem concludit: *super hoc dicunt Hubert. de Bob. & Iul. quod inchoata per executorem habet hæres eius perficere, sed nihil debet inchoare de nouo ff. de negot. gest. nam & serui §. penult. ff. mandati, si mandauero §. final. & l. si quis alienum §. morte ff. de fideicomiss. libert. l. 1. ff. de administrat. tutor. si tutoris hæres. ad hoc accedit distinctio illa aut erat res integra, aut non, vt extra de elect. in causis, C. mandati l. mandatum, vel secundum eum Hubert. dici potest absolutè quod transit ad hæredem, & quod sit cogendus*; & paulò inferiùs ait; *Alb. Gallus* dicit, *quod si executor re integra moritur, Episcopus exequitur, si verò re non integra moritur, tunc hæres exequetur ff. de ann. legat. l. liberto §. final.* & confirmatur à simili, quoniam etsi verè tutoris officium adeò personale sit, quod ad hæredes non transeat, *d. l. tutela* 16. *de tutel.* cum alijs, nihilominus tamen ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per hæredem, si legitimæ ætatis, & masculus sit explicari debent; respondet *Pompon. in l. 1. de fideiussor. tutor.* & faciunt tradita per *Vinc. de Franch. decis.* 255.

Secunda conclusio est, vt testamentarius executor possit officium suum alteri committere, & delegare, si tamen quod testator disposuit, sit aliquid certum, & determinatum, in cuius executione non nisi nudum executoris exercitium, seu ministerium versetur, nec sit quod arbitrari debeat, quoniam hoc casu nō dicitur electa industria personæ, & ideò non refert si fiat per se, vel per alium. Probatur hæc sententia ex *text. in l. cum vnus de alim. legat.* in illis verbis *certam pecuniam*; estque adhoc insignis doctrina *Bald. in l. nulli nu.* 4. *C. de Episc. & cler. c.* sic dicentis; *Executor non potest facere subexecutorem, quia censetur electa industria personæ*; & subdit. *Quod verum credo, quod alteri non possit committere arbitrium, sed aliquid certum, & à se prius declaratum, credo quod hoc possit facere, quia non committit illi actum declaratiuum, sed actum nudi ministerij, in quo non differt si fiat per se, vel per aliū, ad hoc cap. is cui de offic. delegat. in 6. Archid. & Ioan. And.* ita tenent *in cap. vlt. de testam.* eum sequuntur *DD.* allegati per *Ad ent. ad ipsum*, præter quos idem docuerunt *Oldrad. consil.* 295. & relati per *Azeued. ad l. prædictam 6. tit. 4. lib. 5. num.* 13. & nouissimè *Aloys. de Leo ad l. id quod pauperibus nu.* 28. *C. de Episc. & cle. Ang. de Gamb. tract. de testam. glos.* 98. *nu.* 12. & *Gratian. d. reg.* 124. *nu.* 6. videndus omninò, qui allegat *Balb. decis.* 401. & idē tenet *Ricc. collect.* 1201.

5 Tertia conclusio proceditq; sine dubio, & indistinctè vbi de executione agitur alicuius legati, seu relicti ad pias causas, nā fauore ipsarum introductum est, posse executorem tàm in vita, quā in morte defuncti voluntatē alij exequendam demandare. Probatur hæc pars ex *Iacob. de Arena ibid.* & singulariter admodum ex *tex. in d. l. cum vnus de alim. legat.* vbi dum agitur de præstatione legati alimētorum (quorum causa pia est, ad *text. in l. mela, ibi, pietatis intuitu, eod. tit. §. interdicimus, auth. de Eccles. tit. glos. not. in l. sancimus C. de sacros. Eccl.* vbi *Bal.*) sic respōdet Consultus; *Cum vnus ex hæredibus certam pecuniā percipere iussus esset, de cuius forte libertis alimēta præstaret, hæredem quoque hæredis ad perceptionem admitti placuit.*

Nec

Nec refragatur quod in hoc textu
sermo sit de hærede, de quo non
cadit disputatio, vtpotè qui successor
6 est in vniuersum ius testatoris, nàm
obseruandum est, illud nomen *execu-
toris* non fuisse Iureconsultis cogni-
tum, sed eos semper vsos fuisse *hære-
dis* nomine ad id denotandum; idq;
palàm fit *in l.alio hærede eiusdem tituli*,
vbi destinatus ad exequendũ defun-
cti voluntatem, alius hęres nuncupa-
7 tur. Et si dicas cum *Bart. ibi* loqui
de legatario, seù fideicõmissario, ad-
huc fideicommissarium nil aliud esse
quam particularem exequutorem
magistraliter admodum docet *Ioan-
nes Iureconsultus in tract. de exec. vlt.
volunt. in ... vol. tract. tit. 3. num.* 8.
id subtiliter deducens ex *text. in l. si
quis Titio de legat.* 2. vbi sic loquitur
Consultus: *Si quis Titio decem lega-
uerit, & rogauerit vt ea restituat Mæ-
uio, Mæuiusque fuerit mortuus, Titij
commodo cedit, non hæredis, nisi dum-
taxat vt ministrum Titium elegerit:*
idque comprobatur optimè ex accu-
ratè obseruatis per *Guid. Pancir. in
suo thesaur. variar. lect. lib. 3. cap. 21.*
vbi sic ait. *Duo autem sunt executorum,
qui testamento dantur genera: Primum
eorum, qui nullo scripto hærede bona de-
functi curare, & in certos vsus conuerte-
re iubentur, & hi quod ad administra-
tionem attinet, hæredum locum obtinẽt,
l. si quis ad declinandam C. de Episc. &
cler. Bart. in l. alio nu. 6. ff. de alim. & ci-
bar. legat. in l. fundi Trebatiani in fin.
ff. de vsu, & vsufruct. legat. in l. hæredi-
tas ad Stichum nu. 2. ff de hæred. instit.
Imol. in c. p. cum tibi sub num. 2. de te-
stament. & maximè frequentantur vbi
redditus bonorum inter pauperes distri-
bui iubentur. Vocantur autem Commis-
sarij à Glos. in l. nulli in verbo licentiam
C. de Episc. & cler. quod ita vulgò Bo-
noniæ nominarentur, glos. in l. diuus in
vers. iussus ff si cui plusquam per l. Fal-
cidiam lic. legat. esse dicat. Alij vt Bart.
in l. centurio ff. de vulg. fideicommissa-
rios minus congruo vocabulo appellant.
Iureconsulti verò hos fiduciarios hære-
des dixerunt in l. Saius Saturninus ff. ad
Trebell. Alij sunt executores, qui scriptis
hæredibus testamenti curam habere ro-
gantur, & ministri à Iureconsultis nun-
cupantur in l. si quis Titio de legat. 2. &
in l. annua §. Actia de ann. legat.* de
hac etiam re agit *Aluar. Valasc. consult.*
68. licet ipse sentiat, tunc executores
vniuersales haberi loco hęredis, quã-
do scilicet sunt relicti in testamento
ad pias causas, nihilominus fatetur
Senatum illum passim contrarium
iudicare.

Hinc deductũ existimo quod fir-
mauit *Tiraquell. in tract. piæ causę pri-
uileg.* 31. vbi ait; *in relictis ad pias cau-
sas potest executor testamentarius offi-
cium suum alteri delegare*; & ratio esse
potest, quia cum talis dispositio sit in
pietate consistens, non debet in ea
esse exceptio personarum, vt in *cap.
fin. extra de præbend. Iacob. de Arena
loco superius citato num.* 7. & in relictis
8 pro anima vtile per inutile vitiari nõ
debet, *argum. text. in l. si certi condictio
§. quoniam si cert. pet. l. siue generalis
62. de iur. dot.* & faciunt tradita per
*Bellug. in specul. Princip. rubr. 17. vers.
videamus num. 7. vbi Borrell. lit. T.*

Ad superius obiecta respondetur
9 ad rem non facere, eo quod indu-
stria personæ tũc dicitur electa, cum
aliquid committitur alicui non data
certa forma *dict. cap. fin. de offic. deleg.
Bart. in l. final. §. fin. in fin. de diuers. &
temp. præscript.* sed arbitrio suo perfi-
ciendum, quia cum arbitrium sit in-
10 certum personæ, *l. in compromissis ff. de
arbitr.* non potest actum arbitrarium
per alium explicari, ita expressè do-
cuit *Bald. in l. vnic. §. nec autem col. 2.
vers. & hæc sunt vtilia C. de caduc. tol-
lend.* quem sequutus est *Ludouic. Bo-*

*logn.conf.6.col.5. vers.quoad secundum caput, Abb.conf.*80.*num.*4. *lib.*2. cum alijs per *Menoch. de arbitr. lib.*1.*cap.* 68.*num.*28. inducens ad id *text. in l.si quis arbitratu ff.de verbor.obligat. & in l.vltima in fin. C.de contrahend. empt. & in l.si merces in princ. ff.locati, Stephan.Gratian. tom.*5. *discept.forens. cap.*978. *num.*31. Item industria electa dicitur, cum de ea expresse mentio fit in dispositione, ita sentiunt *Innocent. & Abb. in d.cap.fin. §.is autem num.6.de offic. delegat.* quod dicit verum, quando negotium non est expedibile per alias personas, & ita intelligitur *text.in d.cap.fin. §.*1. *& in d. cap. is cui de offic. delegat. in* 6. Item quãdo dictum est, quod proprijs manibus aliquid perficiatur *d. cap. tua de testament.* & docet *Ioan.Andr. in cap. sicut dignum de homicid. & Bald. in cap.*1.*§.vel furtum de pace iurament. firmand.* aliosque refert, & sequitur *Ias.in l.quod quis num.*4. *C.de procur.* & facit *tex.in l.probatorias, & ibi Bar. C.de diuers.offic.lib.*12.& ita intelliges *text. in d.cap. tua de testament. & in clem.*1. *de iureiurando*. Item si dicatur vt suis operibus executor adimpleat, vel sit habitus respectus ad excellentiam executoris, quomodo procedit *textus in d.l.inter artifices,ff. de solut. Gilbausen. in arb.iud. crimin. cap.*1. *num.*13. Item si dicatur, quod per se adimpleat, iuxta *textum in l.per hanc,C.de erogat. milit. ann.lib.*10. *& in l.seruus si haredi ff. de statu liber. in verbo persona, qua demonstratur*, per per quem *tex.* eleganter docuit *Bald. in cap.*1 *§.iniuria de pace iurament.fir-*
11 *mand.* quod si statuto cauetur,quod liceat offenso sumere vindictam de offensore,quod non poterit mandare illam vindictã assumi per alium, quia videtur electa industria personæ ipsius offensi, quam doctrinam extollit ad propositum *Anton. Corsett. in addit.ad repert.Abb.verbo industria*. Item si dicatur, quod personaliter faciat *glosa* est notabilis *in clement.*1. *in verbo publicè de vita, & honest. cleric.* sequitur *Ias. in d. l. quod quis num.* 4. *C. de procurat.* Item si commissum sit negotium conscientiæ alicuius, ita *Bal. in l. & in epistola in fin.C.de fideic.* cum alijs quos refert, & sequitur *Ias. in d.l.quod quis num.*3.*&* 4. in his terminis procedit *text. in d.l.nulli C.de Episc. & cleric.* Vel sit negotium graue commissum fidei, & diligẽtiæ executoris *Rota Romana in nouiss. collect. per Farinac. par.*1. *decis.*234. *num.* 2. *&* 3.Et generaliter industria personæ
12 non dicitur electa vbi negotiũ commissum potest per alios expediri,prout sentit *Innocent. in d. cap. is cui, & Anton.Corsett. vbi supra,* estq; ad hoc celebris doctrina *Luca de Penna in d. l. per hanc diuinam num.*12. *&* 13. vbi postquam propositam quæstionem de industria personæ ad partes disputauit, sic concludit. *Puto autem aquiùs dici, quod in his in quibus electa est executoris industria, vt quia vult aliquid arbitrio suo fieri, nequeat in hoc per alium arbitrari, d.l. inter, & similiter dico in omnibus, in quibus ipse potest ad exequendum personaliter laborare, ineptum est enim præmissam regulam non fallere, si æquitas videatur, alias autem iuxta ipsam regulam possit executoris officium per alium expediri*, idem tenet *Philipp. Decius in l. scriniarios num.* 18. *C. de testament. milit. & Ias. in l.*1. *num.* 28. *de officio eius*, quos sequitur *Ioan. Grat. regula* 235.& alios casus refert *Gilbaus. loco citato num.*12. *& seq.*



SVM-

SVMMARIVM.

1 Confessio debiti in testamento facta debitum non probat.
2 .. recepta dotis à marito facta non probat nisi aliunde constet.
3 .. debiti in testamento facta substinetur in vim legati, si processum fuit dispositiuè, sed contra nu. 7.
4 Donatio inducitur ex sola declaratione testatoris se donasse.
5 Confitendo testator videtur disponere.
6 Legatum, vel fideicommissum induci- tur etiam per tacitam defuncti voluntatem.
8 Confessio est quasi contractus.
9 Legatum, vel fideicommissum non potest peti, nisi mortuo testatore.
10 Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 1. tit. de chirogr. recogn. art. 2. num. 45. reijcitur.
11 Confessio facta in testamento, quando valeat in vim contractus.
12 . simplex facta in testamento pro exoneratione conscientiæ, habetur ac si facta fuisset parte præsente, & acceptante, sed contra nu. 13.

Ad debitum declaratum in testamento, etiam pro exoneratione conscientiæ, & fauore piæ causæ, agi non posse nisi mortuo testatore.

CAPVT LXXXV.



1 Communis est resolutio, quæ desumitur *ex text. in l. cum quis decedens §. codicillis de legat.* 3. cõfessionem debiti in testamẽto factam debitum non probare, nisi tamen iureiurando vallata sit, ad idem est *tex. in l. rationes iuncta autb. sequenti C. de probation. Bar. in d. l. cum quis decedens §. codicillis, & in l. Lutius*
2 *§. maritus ff. ad Trebell.* vbi infert, nõ valere confessionem dotis receptę à marito factam, nisi aliunde de eius solutione constet, *Bal. conf.* 14. *vol.* 2. *Alexand.* & alij relati per *Surd. decis.* 285. *num.* 1. si tamen testator nõ remanserit in puris terminis confessionis, sed vlteriùs progrediendo ad-
3 ijciat verba aliqua dispositiua puta dari volo, lego, vel similia, tunc substinebitur eius confessio in vim legati, vel fideicommissi, prout docuit *Angel. in l. generaliter num.* 9. *C. de non numer. pecun. Castrens. in l. Lutius §. quisquis vers. item vltima pars ff. de legat.* 2. *Bald. Berold.* & alij quos sequitur *Phanuc. in tract. de inuent. par.* 7. *num.* 119. *Bald. Nouell. de dot. par.* 6. *priuil.* 78. *num.* 4. *Felin. in cap. si cautio n.* 75. *de fid. instrum. Roman. conf.* 445. *num* 9. *Abb. in cap fin. num.* 16. *de succeß. abintest. cum alijs relatis per Seraphin. decis.* 487. *num.* 1. dicens sic fuisse per Rotã resolutum. Quæ quidem opinio probari videtur *in d. l. cũ quis decedẽs § codicillis*, ibi, *ei dari volo*, item *in d. l. Lucius Titius* 99. *§. quisquis*, ibi; *etiam protinùs reddi, & solui ei iubeo ff. de legat.* 2. vlteriùs *in l. Lucius* 91. *§. Semproniæ de legat.* 3. ibi *Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo*; & *in l. cum scriptum* ibi; *hæres dato*; *de dot. prælegat. & in l. qui vxori* ibi; *legauerat. de aur. & argent. legat. & in l. legaui §. fin. de liberation. legat.* ibi;

Quos

Quos se debere dixerit legauerit, & in l. 3. C. de fals. ca. adiect. leg. & in l. qui testamentum 72. de probation. quibus omnibus iuribus videtur cautum, tunc posse agi, cum testator non solũ confessus fuit, sed etiam disposuit, siue legauerit.

Sed quamuis in specie dictorum iurium quantitates inibi declaratæ sint etiam legatæ, non ideò efficitur quod tunc confessio illa sustineatur in vim legati, quoniã verba illa, *lego, dari volo*, sunt exequutiua confessionis, vnde virtus stat in solo confessionis robore, quod probatur mirificè
4 *in l. ex hac scriptura ff. de donat.* vbi inducitur donatio ex sola declaratione testatoris dicentis se donasse libertis suis. Item quia testator confitendo se debitorem, videtur dispo-
5 nere quod debitum soluatur, *Surd. d. decis.* 285 *nu.* 8. & legatum, vel fideicommissum non solùm per expressã, sed etiam per tacitam defuncti voluntatem, eiusque coniecturatam
6 mentem inducitur *ad text. in l. cum proponatur de legat. 2. & in l. nutu de legat. 3. & in l. & in epistola C. de fideicommiss.* Ex quibus hanc sententiam defendit. *Anton. Gomez var. reso-*
7 *lut. tom. 1. cap. 12. num.* 81. vt scilicet simplex confessio testatoris operetur vt debitum declaratum possit peti in vim legati, vel fideicommissi, & fuit originalis *Petri, & Cini in l. generaliter quæst.* 8. *nu.* 11. *C. de non numer. pecun.* eamq; tenuit *Bald. in l. non solùm §. si liberationis de liber. legat. Hippol. de Marsil. in rub. C. de probat. num.* 98. *Cardinal. Tusc. pract. conclus. iur. conclus.* 639. *nu.* 5. *Bald. cons.* 467. *lib.* 3. *Alex. cons.* 122. *num.* 3. *& sequen. lib.* 7. *Mascard. de probat conclus.* 359.
8 *nu.* 1. eamque placuisse Senatui Mãtuano refert *Surd. d. decis.* 285. *num.* 3. etiam quia confessio est quasi contractus, *l. de ætate §. qui interrogatus de interrogat. action.* qui inter viuos obligat, nec est ratio cur non idem in vltima voluntate dicendum sit, cũ licitè arguatur de vno ad alium, *l. pactum inter hæredes ff. de pact. Stephan. Aufrer. in addit. ad decis.* 211. *Capella Tolosanæ in fine*, & esse veram, & cõmunem resolutionem, dicit *Auẽdan. in cap.* 29. *Prætorum par.* 2. *num.* 10. *Guttier. de iuramen. confirmator. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. *& practic. quæst. lib.* 5. *quæst.* 96. *num.* 3.

Si ergò valet in vim legati, vel fideicommissi, consequens est vt re-
9 uocari possit ad testatoris libitum, nec peti donec testamentum morte confirmetur, *l.* 4. *de adim. legat. cum concordant.* & tradit *Bald. in l.* 1. *C. de furt. & Mascard. d. conclus.* 359. *nu.* 2. Vnde non posse testatorem conueniri in vita sua ad legatum prædictum soluendum, doctissimè defendit *Guttier. d. quæst.* 96. *num.* 4. & licet
10 *Rebuff. ad Constitut. Gallic. to.* 1. *tract. de chyrograf. recognit. art.* 2. *nu.* 45. tenuerit, quod hoc casu videatur testator quasi contraxisse, vnde licet testamentum reuocetur, cõtractus tamen vires habet, *ad text. in l. hæredes palàm §. fin. de testam.* & tenet *Guttier. in repet. l. nemo potest nu.* 262. *de legat.*
11 1. respondet tamen idem *Guttier. d. quæst.* 96. *nu.* 10. tunc confessionem in testamento factam contractum operari, quando fit parte præsente, & acceptante, vel quando ex modo confitendi desumitur testatorem cõtrahere voluisse: quo casu sustinebitur in vim contractus, non autem vltimę voluntatis, *Boer. decis.* 353. *nu.* 4. *Capic. dec.* 71. *num.* 1. & in terminis *Marescot. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 10. *Mauritius de Alexio in breuiloqu confession. cap.* 10. *num.* 8. *Thoming. in dec. Lips.* 29. *par.* 2.

Quamuis autem hæc vera sint, nihilominus in causa vertente in M. C.

Vicariæ

Vicariæ inter Hoſpitale A. G. P. Ciuitatis Salerni cum Ioanne Antonio Ferro: dicebatur pro Hoſpitale id non habere locum in
12 cõfesſione facta p teſtatorẽ ad fauorẽ piæ cauſę, vel pro exoneratione conſcientiæ: nam habere vim debiti confeſſati, ac ſi fuerit parte præſente, & per ipſam acceptatum, & proinde nõ poſſe reuocari, docuit *Angel. in d. l. cum quis decedens §. codicillis de legat. 3.* & tanquam ſingulare dictum ſequitur *Barbatia in l. generaliter quæſt. 10. C. de nõ numerata pecu. Catelian. Cotta in memorabilib. iuris, memorabili incipiente abſenti poteſt quæri, & refert Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 117. Franc. Marc. deciſ. Delph. 460. par. 1. Viuius deciſ. 487.*

Verùm Mag. Cur. Vicariæ ſecuta eſt opinionem *Bartoli in d. §. Codicillis, & Cyni in d. l. generaliter quæſt. 10. C. de non numer. pecun.* qui tenuerunt
13 etiam hoc caſu tale debitum peti nõ poſſe niſi in vim legati, vel fideicommiſſi, quæ etiam placuit *Baldo* ſibi contrario *in d. l. rationes quæſt. 2. C. de probat. & in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* cum alijs relatis per *Tiraquell.* qui etiam videtur in hac ſententia reſidere *d. priuileg. 117.* & placuit etiam *Aretino*, qui de communi teſtatur *conſ. 64. col. penult. Felino in cap. olim num. 8. de reſcript. Seraphino d. deciſ. 487. nu. 11. Maſcardo de probat. d. concluſ. 359. nu. 29. verſ. in contrariam, Cardin. Tuſco d. concluſ. 639. nu. 3. Thomaſ. in tract. de priuileg. piç cauſæ tit. 2. cap. 19. n. 52.* & in pulchro caſu *Balb. dec. 291.* relatis per *Riccium collect. 1120.* vbi iudicatum fuit, quod confesſio facta in teſtamento per teſtatorem putà quod vſuras extorſit, vel malè abſtulit, non ei præiudicat, quin cẽſeatur reuocata reuocato teſtamẽto. Eamque opinionem ſecutus eſt Senatus Sabaudienſis in caſu notabili relato per *Anton. Fabr. in Codic. Fabrian. tit. de vſur. definit. 36.* de quo meminit doctus, & laborioſus *Ioannes Baptiſta Thoro in addit. ad Tiraquell. dicto priuileg. 117.*

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Sacri Conſilij Neapolitani ius faciunt in eodem Regno.*
2 *Sententiæ duæ Sacri Conſilij imponũt perpetuum ſilentium.*
3 *Sententia tribuit ius.*
4 *.. facit de albo nigrum.*
5 *Feuda ſemel deuoluta ad Regiam Curiam, deueniunt ad eam liberè, & abſque vllo onere.*
6 *Iusiurandum perhorreſcentiæ requiritur, vt electio fori facta per perſonam miſerabilem valeat.*
7 *.. eſt ius nouiſſimum in Regno.*
8 *Conditiones copulatiuæ requirunt concurſum omnium copulatorum.*
9 *Verba prolata per modũ ablatiui abſoluti important conditionem.*
10 *Conditio debet in totum adimpleri.*
11 *.. inducit formam.*
12 *Forma nec de conſenſu partium omitti poteſt.*
13 *.. omiſſa etiam in parte minima vitiat actum.*
14 *Deciſio Sacri Conſilij apud* Vinc. de Franch. deciſ. 258.
15 *Barones in Regno habent iuriſdictionem priuatiuam, & vaſalli prohibẽtur adire Regia Tribunalia omiſſis Iudicibus ab eis conſtitutis.*
16 *Iuriſdictionalium quaſi poſſeſſio vnico actu quæritur.*
17 *Deciſum non dicitur quod non fuit diſcuſſum.*
18 *Titulus debet concomitari poſſeſſionem ad acquirendum iuriſdictionem,*

nem, unde sola quasi possessio non sufficit.

89 *Clausula* (prout plenius, & melius tenuerunt prædecessores tui) *non de rogat priuilegio* l. vnicæ C. quan. Imper. inter. pupil. *nisi de eo fiat expressa mentio*.

Electionem fori factam per miserabilem personam omisso iureiurando perhorrescentiæ inanem esse in Regno, nullaq; generali clausula censeri derogatum priuilegio l. vnic. C. quom. & quan. Imp.

CAPVT LXXXVI.



Notissimum est priuilegium tàm quidem cõmuni iure *ex tex. in l. vnic. C. quando Imperator inter pup.* quam huius Regni ex *Constitutione* ipsius, quæ incipit *statuimus*, pupillis, viduis, alijsque miserabilibus personis indultum, vt valeant eligere forum Iudicis siue agant, siue conueniãtur, & dicitur priuilegium in corpore iuris clausum, cui nisi specificè, nunquam censetur per Principem derogatum, vt perbellè post alios disserit *D. Regen. Carolus Tapia Belmontis Marchio auunculus, & præceptor meus*, cuius præclarissimis eruditmentis, quidquid in me boni, si aliquid est, omni æuo debere profitebor, *in celebri glossemate ad eamdem Constitutionem, quam collocauit sub rub. de offic. Mag. Iust. lib. 3. Iur. Reg.*

Sed quia præter illam semper deplorandã concessionẽ meri Imperij Baronibus huius Regni factã ab Alphonso Primo Rege, à qua cũctas calamitates eiusdem causari existimo, vt bene obseruat *Afflict. in Constitut. Regni Contingit. not. 3. V inc. de Frãch. decis. 370. num. 8.* solet etiam nonnullis Baronibus concedi, vt iurisdictionem illam exercere valeant contra prædictas miserabiles personas, prout concessum vidimus Principibus Salerni ex Illustrissima Sanseuerinorum familia; cuius status ob defectũ vltimi Principis à Regia fidelitate, fuit tandem deuolutus ad Curiam Regiam, de eoq; pòst modum multi Barones fuerunt inuestiti, inter quos N. emit Terram Sancti Mauri. Hic petierat in Magna Curia Vicariæ remissionem cuiusdam vasalli inquisiti de appensato homicidio, nõ obstante electione fori cum perhorrescentiæ iuramento facta per viduam querulantem in Magna Curia Vicariæ.

Et dicebatur Baronis intentionem in iure fundari, tùm ex amplissimis, & notorijs priuilegijs præfati Principis Salerni, etiam cum derogatione *d. l. vnic. C. quando Imperator* tùm etiam ex decisionibus Sacri Consilij non semel latis in præsenti
1 articulo ad sui fauorẽ, & clarũ est illas ius constituere in Regno tanquã prolatas sub nomine Regio *teste Affl. decis. 190. & D. Præsid. de Franch. dec.*
2 81. præsertim duas, quæ perpetuum imponunt silentium, *Franch. dec. 135.* & de eis amplius disputari nõ potest, *Bald. in l. ingenuum 1 lect. de stat. hominum nu. 16.* Ex quibus etiam circum-

cōſcriptis priuilegijs, ius Baroni quęſitum eſſet, nam vt eleganter *Bal.* ait *in cap. nihil n.6. de elect. ſententia eum, qui non eſt filius facit filium, & qui non eſt pater facit patrē, & vt ita dixerim, ſententia eſt altera natura, quia ius facit, & originem creat.* facitque *tex. optimus in l. 1. S. fin. cū duab. ſeq. de liber. agnoſc.* vbi Cōſultus. *Quod ex e i prægnans fuerit in ea cauſa eſſe vt cognoſci debeat, ſiue filius non fuerit, ſiue fuerit, eſſe ſuum*, & inferius, *ſiue contra pronunciauerit non fore ſuum, quamuis ſuus fuerit; placet enim eius rei Iudicem ius facere*, & melior *tex. in l. ingenuum 25. de ſtat. hom.* quem exornat *ſubtiliſſ. Anton. Faber libr. 19. coniect. c. 4. in prin.* Vnde illud vulgatum *Bal. in c. noſtri de elect.* ſentētia facit de albo nigrū, & de nigro album, ſequitur *Cur. cōſ. 23. n. 8. Cagnol. in l. res iudicata. de reg. iur.* & in pprijs terminis tenere id videruralijs relatis *D. Capibl. collega noſter, & vir eruditiſſimus de author. Baron. prag. 8. par. 2. num. 76. & 77.*

3

4

Idque patefieri ex duobus decrētis Sacri Cōſilij, quę in termino produxit Baro. Primum quidem in anno 1568. aliud in anno 1603. per quæ S. C. reformando decreta M. C. Vicar. remiſit ad eamdem Curiam quoſdā vaſallos, non obſtante fori electione; inſuper & aliud decretū ipſius M. C. quo ad inſtar decretorum S. C. fuerunt remiſſi de anno 1622. etiam contra viduam.

Sed quidem relicta ea diſputatione, num ex præfatis priuilegijs non conſtito de alijs cum eiſdem clauſulis, iuuari poſſit petitio Baronis: quādoquidem iam deciſa eſt in Regno in proprijs terminis priuilegiorum Ferdinandi Sanſeuerini nouiſſimi Salerni Principis, teſte *D. Vincent. de Franch. deciſ. 192.* in qua Sacr. Conſ. omnes Barones à Regia Curia feuda huiuſmodi habentes ab hac prætentione excluſit: eo quod feuda ſemel deuoluta, ſiue potius conſolidata ad Regiam Curiam ob defectum Principis à Regia fidelitate, deuenerunt ad eam liberè, & abſque aliquo onere, quia res ſua nemini ſeruit, *l. in re de ſeru. ruſtic. præd.* reditque iure priſtino ſicut erat antequam res cōcederetur, *argumen. l. Attilicinus de ſeru. ruſtic. præd.* docetque *Andr. in capit. 1. S. huius autem generis nu. 12. in fine verſ. ſi dicas ex quib. cauſ. feud. amitt. Camer. in cap. Imperialem fol. 17. litera G. Ioānes Andr. de Georg. allegat. 14. num. 19. Caſtillo Sicul. deciſ. 12. num. 48. D. Præſid. de Franch. eadem deciſio. in principio, Maſtrill. deciſ. 114. nu. 58.* in terminis *Camill. de Med. cōſ. 149. n. 40.* & abſq; dubio procedere quoties feudum ad dominum vt dominum peruenit vel ob lineam finitam, vel ex pacto, vel ex culpis, dicit *Lipar. ad Andr. loco cit. verſ. vel dicas*, quem ſequitur *Marin. de ſubſeud. lib. 2. auth. 3. num. 27. verſ. quarto ſi poſt mortem feudatarij*, allegatque eumdem *And. in cap. 1. col. fin. de contr. feud. apud par. term. & idem Frecc. lib. 1. tit. quis dicatur Comes* decidit quęſtionem, an dignitas comitatūs feudo ad Regem deuoluto per culpam, vel lineam finitam Baronis extinguatur: faciunt ad idem quæ de domino prædij ſeruientis emente ſeruitutem, vel ius emphyteoticum docet *Bald. conſ. 300. ſtatuto cauetur verſ. & prædicta volum. 1.* quem ſequitur & exornat *D. Anell. Amat. conſ. 5. num. 23. 24. & 25.*

5

Dicebatur pro vidua, & Regio Fiſco vnum quod ex actis apparet, & hoc præcipuum aduertendum ad ipſorum fauorem quod intentionem

Baronis omninò excludit,& Sac. C.
decisiones in quibus se fundat,in suo
robore conseruat: id scilicet quod
præfatæ electiones fori, quibus non
obstantibus prætendebat Baro car-
ceratos ad se remissos fuisse,
deficiunt in vno ex substantiali-
bus requisitis vt ipsæ locum ha-
6 beant, hoc est iusiurandum perhor-
rescentiæ, quod est additum *textui
in dicta l. unic. C. quando Imperator
per d. Constitut. Regn. statuimus de of-
fic. Magist. Iustit.* diciturque ius no-
7 uissimum in Regno, vt aduertit *Ca-
rauit. & post eum Dominus meus Reg.
Tapia ad dictum Constit. num. 32. cum
alijs per Menoch. de arbitr. libr. 2. cent.
1. cas. 66. num. 25.* & in Regno neces-
sariò, & præcisè requiritur adhoc vt
electio fori competat miserabili per-
sonæ: nam constitutio prefara tria
copulatiuè requirit, miserabilem sci-
licet personam, perhorrescentiã ad-
uersarij, item & sacramentum. vno
ergò ex his deficiẽte, nõ dicitur ele-
8 ctio fori: quandoquidem conditio-
nes copulatiuè conscriptæ hoc sibi
præcipuum habent, vt necessariò in-
teruenire debeat concursus omnium
copulatorum, *ad text. cum materia in
l. si hæredi plures* 12. *de condit. instit.* &
ex defectu vnius resultat corruptio
totius actus *secundum glos. in §. seruus
autem instit. de legat. Ruin. cons.* 110. *n.
3. lib. 4. Imolen. cons. 1. num. 68. Alex.
consil. 88. in princip. lib. 7. Mendoz. de
pact. lib. 2. cap. 4. num.* 39. nec ambigi
9 potest quin verba illa, *corporali præ-
stito Sacramento* conditionem im-
portent: sunt enim prolata per mo-
dum ablatiui absoluti *l. à testatore.*
10 100. *de cond. & demonstr. Dec. cons.
89. num. 2. vers. & perscrutando*, at
conditio debet in totum, & speci-
ficè adimpleri, *l. cohæredi 44. l. Ma-
11 uius 54. eod. tit.* nec satis est impleri
pro parte, *l. qui duobus 23. eod. tit.* &
11 inducit formam, *Bald. in authen. ma-
tri. & auia num. 3. in fine C. quand.
mul. Beron. quæst. 24. in princip.* & for-
mę nihil addi, vel detrahi potest, *Bal.
in l. fin. nu. 4. de suis, & legit.* quæ nec
12 etiam de consensu partium omitti
potest, *DD. in l. 1. de liber. & posth.
Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 30. nu. 6.*
adeò quod si omittatur vitiatur a-
ctus, *l. Iulianus §. si quis ad exhib. Bal.
& alij post eum in dicta l. 1. Amat.
cons. 51. in princip.* & si omissio sit in
13 parte etiam minima, & in actu fauo-
rabili, vt tradit *Bald. in l. testamentum
non ideò C. de testam.* quem, & alios
refert *Frecc. de præs instr. par. 5. n. 11.*
& facit, quia quoties statutum indu-
cit aliquid de nouò cum certis desi-
gnationibus, siue modificationibus,
quidquid ibi exprimitur reputandũ
est pro forma, *Dec. cons. 344. in princ.
Anchar. cons. 241. & alij per Muscatell.
in sua praxi p. 3. 1. p. principalis glos.
nominet n. 20. Cãcer. var. reso. lib. 2. c. 1.
n. 24. Cacheran. dec. 166. nu.* 11.

Hinc Sacrum Regium Consilium
in terminis nostrę quæstionis, vt vide
14 re est apud *Vinc. de Franch. dec.* 258.
iudicauit nullam, & inanem electio-
nem fori factam per viduam ex de-
fectu iurisiurandi in ea non adiecti,
proindeque remittendos fore car-
ceratos ad Baronem Ducem Gra-
uinæ.

Exqua decisione necessariò infer-
ri dicebatur, q̃ constito S. C. electio-
nes fori per viduas in ꝓcessibus enun
ciatis nõ fuisse formiter factas, iustis-
simè censuit carceratos fore remit-
tendos: non quidẽ ex vi priuilegiorũ
Salerni Principis, q̃ iam extincta fue-
rũt, & quãuis nõ forẽt nõ erat super
quo practicarentur, cum electiones
fori essent nullæ, & non entium
nullę sunt qualitates, *l. eius qui in
Prou. si cert. pet. l. Diuus de milit. te-
15 stam.* sed quia Barones omnes hodie

in Regno

in Regno habent iurisdictionem priuatiuam, & intentionem fundatam in primis causis, & vasalli prohibentur adire Regia Tribunalia omissis Iudicibus ab eis constitutis, nisi in certis casibus, vt ex *Foller. docet Dominus meus loc. cit. nu.* 34. & passim Regnicolæ omnes.

Sed quid dicendum est de decreto ipsius Mag. Cur. ex quo Baro prętendebat se esse in quasi possessione
16 cognoscendi contra viduas, eoquod in iurisdictionalibus vnicus actus sufficiat ad illam obtinendam, vt per *Bart. in l.* 1. §. *si quis hoc interdicto de itiner. act. priuat. Capell. Tholos. dec.* 324. *Ioannem Vinc. de Anna singul.* 96. *& ibi Fabius eius filius, Gram. cons.* 100. *ciuil. in princ.* & alios refert *Mastrill. decis.* 52. *num.* 3.

Et quidem dicebatur. Primò illud latum non fuisse in contradictorio iudicio, quandoquidem non apparet fuisse oppositum ex parte Fisci defectum iurisiurandi in electionibus fori factis in Mag. C.
17 ad quorum decretorum instar hoc latum fuit. Vnde non facta discussione non dicitur aliquid iudicatum, ex decisione *Bald. in l. receptitia C. de constit. pec. Vinc. de Franch. decis.* 510. *num.* 8.

Secundò, quoniam in huiusmodi casibus exceptuatis, & soli Principi reseruatis non inducitur quasi possessio ex vnico tantum actu, nisi cōcurrat iustus titulus, maximè quando remissio fundaretur contra meros terminos iuris, necesse est ergò
18 vt ostendat titulum, seu clausulam priuilegij, ex quo appareat Principē voluisse à se abdicare huiusmodi cognitionem: alioquin cum ipse habeat intentionem fundatam de iure communi, & municipali in habendo iurisdictionem *ad text. in l. nequisquam, aliàs Senatus censuit* 3. *de edend. vbi DD. & Capic. decis.* 77. *numer.* 8. *Mastrill. de magistr. cap.* 11. *numer.* 81. non sufficit allegare alium esse in quasi possessione nisi doceat de titulo, *ad text. in cap. cum persona, de priuileg. in* 6. *Bart. in L. Herennius de decurion. & in simili Iul. Ferret. de gabellis numer.* 55. *cum alijs per Mastrill. ibid.* & nos diximus latiùs *quæstio.* 13. *per totam*, quæ omnia (quamuis non sic explicitè) ad mentem sunt eiusdem *D. Capiblanc. in d. pragmatica* 8. *par.* 2. *nu.* 76. *&* 77. & rursus *in comment. ad pragmat.* 11. *numer.* 50. vbi idem docuit, nihil tamen pro confirmatione suæ sententię allegando, cum allegare potuerit decisionem Sacri Consilij in fortioribus terminis de quibus agimus, apud *D. Præsid. de Franch. decis.* 517. omninò videnda.

Ex quibus omnibus Mag. Cur. Vicariæ referente eruditissimo Regio Consiliario D. Didaco de Soria tunc temporis collega nostro iudicauit Baronem teneri hoc casu ostēdere titulum, siue priuilegium cum expressa derogatione *d. l. vnica C. quomod. & quand. Imperator.* Cùm nec etiam sufficiat concessio cum clausula, *Prout plenius, & melius tenuerunt prædecessores tui, vt per Vinc.*
19 *de Franch. decis.* 192. *num.* 8. *& sequ. & Dominum meum Regentem Tapia ad Constitutionem statuimus num.* 30. *sub tit. de offic. Magistri Iustitiarij, & in decis.* 53. *num.* 3. *Sacri Consilij Neapolitani, Castillo Siculus decis.* 39. *to.* 1. *Stephan. Gratian. discept. for. to.* 1. *cap.* 182. *nu.* 10. *&* 11.

SVMMARIVM.

1 Text. in l. Procula 26. de prob. quid contineat.

2 Requisita text. in d. l. Procula copulatiuè sunt probanda.

3 Tempus diuturnum in specie text. in d. l. Procula quod sit, & nu. 8.

4 Calculatio rationum sæpè facta, quando dicatur in terminis text. in l. Procula, sed de veritate nu. 9.

5 Iuramentum excludit præsumptionem solutionis.

6 Confitens debere consequi à Titio centum, non præiudicat sibi quoad alia credita.

7 Pactum de non petendo restringitur ad quantitatem solutam.

10 Requisita text. in d. l. Procula non sunt de forma.

11 Diuisio bonorum facta inter fratres subrogatur in locũ calculationis rationum in specie text. in d. l. Procula.

12 Creditor debitum non petens in vita testatoris præsumitur fraudulẽter petere ab ipsius hæredibus.

13 Farinac. decis. 199. declaratur.

De intellectu Text. in l. Procula 26. de probationibus.

CAPVT LXXXVII.



1 Væ requisita sufficiãt ad inducendam dispositionem text. in l. Procula 26. de probationib. non est vndequaque constans inter DD. Vnde Franciscus de Iuliano reconuentus in Mag. Cur. Vic. à Beatrice de Iuliano pro nonnullis pecuniarum quãtitatibus vigore instrumentorum de anno 1597. & 1600. dicebat ad eas nõ teneri, quoniam in instrumento diuisionis inter cohæredes gesto in anno 1602. & rursus in alio cuiusdam indemnitatis promissę nulla fit mentio ipsarum, & proinde data inter eos sanguinis cõiunctione, ex ea sępius calculata ratione, eas cẽseri solutas, siuè remissas.

Verùm ex parte Beatricis de Iuliano respondebatur, non posse Franciscum iuuari illa Imperiali decisione, quoniam ipsa fundatur nõ solùm in sanguinis cõiunctione, & rationum calculatione, sed tertium quoque requirit, quod scilicet debitum nõ fuerit diù petitum, idest quod intercesserit diuturnitas temporis inter creditum quod dicitur solutum, siue remissum, & rationum calculationem; ita sanè docet *Accurs. in l. libertis quos §. 1. vers. si conditio de alim. & cibar. legat.* quem DD. ferè omnes classici sequuntur *in d. l. Procula*, & eleganter *Alexan. cons. 46. in fin. num. 12. vol. 1.* dicit hæc tria requiri vt habeat locũ
2 dispositio illius text. illaq; copulatiuè esse probanda dixit *Afflict. decis. 13. num. 12.* sequitur *Escobar. de ratiocin. cap. 37. num. 6. Christof. Mart. decis. Senen. examin. 53. num. 62.* at in casu nostro deficere tertium illud requisitũ
3 diuturnitatis temporis non negabatur, cum Petrus cohæres, & pater ipsius Beatricis obierit in anno 1606. & quidem tẽpus diuturnũ in proposita specie iudicatur annorum decem inter presentes, & viginti inter absentes, vt tenet *Menoc. de arbitr. casu 39. Hippol. de Marsil. singul. 360. D. Consiliarius Scipio Thedorus vir summę eruditionis in sua alleg. 78. nu. 10.*

Item illam sæpius calculatã ratio-
4 nem quæ in eo textu desideratur, nõ veri-

verificari nisi in tribus, vel quatuor vicibus, vt in *l. veluti* §. *fin. de edendo,* ibi, *Nam potest fieri vt bis editam rationem quis perdiderit, vt verbum iterũ pro sæpius accipiatur;* & *in l. seruos C. ad l. Iuliã de vi publ.* ibi, *quis bis, aut sæpè,* proindèq; *Soccin. Iun. conf.* 228. *num.* 129. *lib.* 1. tenet, quater, vel etiam pluries requiri rationes calculatas fuisse, & ita videtur sentire *Barbos. in l. qua dotis nu.* 4. *vers. vlterius solut. matr.*

Rursus præsumptionem illam non habere locum quotiès quantitas petita debetur vigore instrumenti iure-
5 iurando vallati, quia iuramentum excludit præsumptionem solutionis, ad quod allegabatur *decisio Rotæ Romanæ apud Farinac. decis.* 199.

Vlterius ex non computatione
6 crediti non induci probationem solutionis, vt per *Farinac. dec.* 826. *nu.* 5. & cum quis fatetur se debere consequi à Titio centum, non per hoc sibi præiudicauit quoad alia credita, *Ca-*
7 *pyc. decis.* 180. *nu.* 15. & 16. & pactum de nõ petendo restringitur solum ad quantitatem solutam, & non ad alia credita, *Afflict. decis.* 285. *num.* 8. nisi promiserit expresè nil aliud petere occasione cuiuscunque crediti.

Replicabatur pro conuento, quod *tex in d. l. Procula* perperã intelligitur
8 à *DD.* quatenùs dicũt requirere temporis diuturnitatem, nam illud verbum *quamdiù*, in textu positum ex quo id desumunt, de solo biennio intelligi potest, ita expresè docet *Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 32. *nu.* 5. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *casu* 88. *Barbos. loc. cit. num.* 42. satis namque est, quod vltra sanguinis coniunctionem sæpè fuerint rationes calculatæ
9 absque eo quod de anteriori credito mentio fiat. Rationes autem bis fuisse calculatas sufficere in specie illius *text.* dicit *Fulgos. ibidem nu.* 4. & illa dictio *sæpius* relinquitur arbitrio Iudicis quot actus desideret, vt per *Rebuff. ad l. sæpè* 53. *vers. colligite de verb. signif. fol.* 270. *Marta de iurisdict. par.* 2. *cap.* 23. *num.* 17. *Christof. Mart. d. examin.* 53. *num.* 61. Immò nec ipsam rationum calculationem esse omninò necessariam ad inducendam talem præsumptionem, docet *Aimon. conf.* 159. *num.* 4. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 13. *num.* 14. *Gama decis.* 144. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 135. quos refert *D. Theodor. loco cit. nu.* 18. nam requisita *d. l. Procula* non requiruntur pro forma, vt ait *Barb. loc. cit. num.* 44. *Franc. Marc. decis. Delf.* 273. *num.* 3. *par.* 2. sed sufficiunt aliæ con-
10 iecturæ, & signa æquipollẽtia, ex quibus cadẽ colligatur præsumptio, nam vt ait *Bart. in l si quis ex argentarijs* §. *penult. ff. de edendo,* & *in l. si quando C. vnde vi,* regulare est in omni re dubia, obscura, & difficilis probationis, vt sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, latè *Hippolyt. de Marsil. in l. de minore* §. *plurimum num.* 67. *Theodor. dicta allegat.* 78. *num.* 4.

Huiusmodi autem ea præcipua
11 est quæ deducitur ex diuisione bonorum facta inter fratres, quę subrogatur in locum sæpius calculatæ rationis, immò plus operari in proposito diuisionem, quam calculationem docuit *Decius conf.* 267. *col.* 3. *Gramat. decis.* 103. *num.* 39. *in fine, Menoch. d. casu* 88. *num.* 19. *Escobar de ratiocin. cap.* 37. *nu.* 7. *Christof. Mart. decis.* 85. *num.* 3. Nec minus vrgens est alia cõ-
12 iectura, quæ desumitur ex eodem textu, & concurrit in casu nostro, quando scilicet creditor in vita testatoris debitum non petijt, nam petendo ab hæredibus præsumitur fraudulenter ab ipsis petere, tanquam non informatis de solutione, siuè remissione, quomodò eleganter obseruat *Alciat. loco citato num.* 3. eumque defendit, & sequitur *Barbos. in d. l. quę*

dotis

dotis num. 43. & considerauit in casu suo *Theodor.d.allegat.*79.*nu.*9. & esse vrgentissimam,& fortissimam præsũptionem dixit *Escobar. loc.cit. nu.*10. *Christof.Mart.d.decis.*85.*num.*8.

Nec obstare tradita per *Farinat.*
15 *d.decis.*199.quod scilicet iuramẽtum excludit præsumptionem solutionis; nam quidquid sit de veritate huius propositionis, cuius examinatio non est in præsenti necessaria, tamen illa non procedit quãdo præsumptio oritur ex alio instrumento iureiurando roborato, prout erant instrumenta diuisionis,& indemnitatis promissæ per Petrum,

Et tandẽ verum esse quod ex non computatione crediti non inducitur probatio solutionis, quando solutio arguitur ex sola ipsa nõ computatione;at secùs cum id suadetur alijs etiã coniecturis, id enim est quod *Diuus Comodus* decreuit in illius *text.* specie, & contrarium asserere esset contra expressum tenorem, & mentem ipsius,

Ex quibus cõstare dicebatur non tantum tres, sed quatuor cõiecturas, & præsumptiones vrgere ad fauorem Francisci, nempè sanguinis coniunctionem, sæpè calculatam rationem, bonorum diuisionem, itemq; debitũ nõ fuisse petitum in vita Baldassaris, quæ satis superq; inducunt debiti remissionem. Proinde Mag.Cur.Vic. me referente iudicauit *die 7 Septembris* 1619. quantitates debitas per prædictum Baldassarem ante bonorũ diuisionem, & rationum calculationes,censeri solutas,siuè remissas. Vide tamen ad intellectum *d. l. Procula nouissimum Ioannem Deckerum insignem Consultum, Regiumq; in Supremo Belgij Concilio Senatorem lib.*2.*dissert. & decis. iur. dissert.* 12. *num.* 16. & 17.

SVMMARIVM.

1 *Requisita necessaria ad liquidationem instrumentorum,remissiuè.*

2 *Paria sunt non esse quid factum, vel esse illegitimè factum.*

3 *Possessio habita ex actu nullo reducitur ad non possessionem,& titulus ad non titulum.*

4 *Sententia,quæ non iustificatur ex actis est ipso iure nulla.*

5 .. *antiqua nullam habet pro se præsumptionem, vbi agitur contra tertiũ absentem.*

6 .. *etiam antiqua lata contra præsentes, aut veros contumaces an valida sit,si non constat de actis, remissiuè.*

7 *Sollemnia actorum, & iudicij præsumuntur ex cursu longi temporis.*

8 *Præsumptio est pro actis, & decretis per lapsum biennij.*

9 *Citatio præsumitur emissa in antiquis.*

10 *Actuarius tenetur exhibere acta,& nõ partes.*

11 *Excipiens de iure tertij non auditur, etiam si exceptio esset penitùs exclusiua iuris agentis.*

12 *Clausula* Constituti, & Præcarij *conseruat naturalem, & ciuilem possessionem.*

13 *Possessio capta ex processu nullo, & inordinato retineri potest vigore hypothecæ.*

14 *Executio nulliter facta contra verum debitorem subsistinetur.*

Processus

Processus, & sollemnia liquidationis instrumenti, etiam si de his non appareat, præsumuntur interuenisse ex longi temporis cursu, & de vi, & effectu clausulæ constituti.

CAPVT LXXXVIII.



T instrumentorum liquidationes, quæ
1 in Regno fiunt ritè, rectèq; procedant, plura sunt necessaria, quæ sigillatim traduntur in *ritibus Mag.Cur.Vic.166.178.& 181. in ordine Carauita*, qui doctissimè eos commentatus est. Inter quæ præambula requisita illud est præcipuũ vbi instrumentum liquidatur ad hæredis instantiam, vt scilicet ostẽdatur qualitas hęreditaria, quod regulare est in omni iudicio quantumuis summario, *l.1.§.si ea, vbi glos. verbo vxor de ventre in poss. mitt. l. vitia ff. solut. matrim. Bald. in l. fin. num.* 50. *C. de edict. diu. Adrian. Rota Romana in nouiss. collect. per Farinac. decis.* 142. *nu.* 2. Hinc cum esset liquidatum instrumentum in Mag.Cur.Vic. ad instantiam Petri de Martino vti hæredis Ioannis Antonij eius patris contra N. de Sanctis, eiq; pro suo credito adiudicata fuisset quædam domus in qua morabatur Ioanna de Mayo eius vxor cõductionis titulo, renuebat Ioanna ipsa parere mãdato de exfractando ei facto per Mag.Cur. prætendens ad id non posse cogi ex pluribus.

Primo, quoniam liquidatio instrumenti præfati, quæ est vnica basis, & fundamentum intentionis ipsius Petri, apparet nulla, & inualida ex actorum inspectione, in quibus non qualitas hæreditaria, non incusatio contumaciarum, nec aliud quodpiam ex supra memoratis requisitis inspicitur, sed tantum præsentantur literæ exequutoriales quarum vigore fuit exequutum.

Cum ergò liquidatio ex qua creditor ius habet nulla sit, & inualida vt per *Carauit. ad rit.* 166. *nu.* 24. corruit omne accessorium, & consequẽs ex ea, & sic possessio, & dominium si quod habet ad *reg. cum principalis*
2 *de regul. iur.* Paria enim sunt liquidationem non esse factam, vel esse illegitimè factam, *ad reg. text. in l. quoties qui satisdar. cogant.* & notatur *in l.* 4. *§. condemnatum de re iudic.* de qua nulla est habenda ratio *Roland. consil.* 63. *num.* 23. *& cons.* 76. *num.* 21. *vol.* 1. *& cons.* 76. *in fin. vol.* 2. *l. hac autem §.* 1. *ex quib. caus. in poss. eat. Bald. cons.* 99. *num.* 1. *lib.* 5. *Paul. de Castr. consil.* 169. *in fin. lib.* 2. *Rota Roman.* in terminis *apud Ludouis. decis.* 224. *num.* 2. vbi nulla fuit declarata subhastatio quæ ortum habuit ab exequutione nulla. Vndè omnia quæ processerunt ex illa sunt retractanda, & irritanda, *Stephan. Gratian. decis. Marchiæ* 220. *nu.* 6. *&* 7. vna cum fructibus vt benè ipse aduertit, & facit *text. in l. filio §. contra tabulas*, ibi, *possessio quam pater accepit ad irritum recidit; de inoffic. testament. & Mastrill. decis.* 29. post plures probat possessionem prædictam reduci ad non possessionem, & titulũ ad non titulum, sequitur *Caball. resol. crimin. casu.* 169.

Idque

Idque expeditum esse in iure, quod sententia quæ ex actis non
4 iustificatur est ipso iure nulla, secundum *Cardin. Seraphin. decis.* 1268. *& decis.* 784. *Rota decis.* 689. *nu.* 2. *par.* 1. *& decis.* 659. *num.* 16. *par.* 2. *in nouiss. Ludouis. decis.* 1. *num.* 4. & nunquam transit in rem iudicatam tanquam notoriè iniusta, *Rota decis.* 260. *nu.* 7. *par.* 1. *& decis.* 594. *num.* 4. *par.* 2. *Beltramin. ad Ludouis. d. decis.* 1. *num.* 7. nec probat sine actis, quia interesse prætendens potest dicere se non fuisse citatum, & alia opponere, quæ sententiam ipsam nullam reddunt, vt post *Verall. & Rot. probat Mart. vot.* 120. *&* 163. *nu.* 3. *& Maranta* Pragmaticorũ facilè Princeps *in prax.* 3. *par. principali nu.* 46. dicit, quod nunquam præsumitur pro sententia Iudicis nisi appareat processum per legitima documenta.

Et quidquid sit de veritate illius
5 quæstionis, vtrum sententia antiqua lata contra præsentes, aut veros contumaces valida sit si de actis non constat, & an pro eis præsumatur, quãuis in ipsa sententia enunciata nõ sint: cuius affirmatiuam, & negatiuam proponit *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 68. *num.* 9. *&* 10. & in concordiam reuocare conatur *Crauett. de antiquit. tempor.* 2. *par. principali num.* 8. Illud tamen non est huc vsque controuersum, quod quamuis in sententia fuerint enunciata acta iudicij, & processus, si tamen controuersia de his non est contra reum condemnatum, sed contra tertium absentem, hoc casu nulla est pro sententia etiam antiqua præsumptio, ita ex *Castrens. cons.* 99. *Crauett. & alijs docet Menoch. ibidem num.* 16. *&* 17. vnde *Alexand. cons.* 9. *volum.* 3. *in fin. & Afflict. decis.* 245. *nu.* 3. eleganter tradunt, quod præsumitur pro sentẽtia antiqua sine productione actorũ, & præsumitur etiam citatio nisi altera pars neget.

Sed respondebatur pro creditore, quod etsi non appareant acta ordinatoria præfatæ liquidationis, tamen ex cursu temporis quod est à liqui-
7 datione vsque ad tempus locationis, omnia præsumuntur sollemniter acta, & præcessisse requisita, *ad tex. in §. si scriptum cum suis concordan. instit. de inutil. stipulat.* Debebat namque conuentus appellare si grauatus erat, ideoque etiam si acta hodie non
8 reperiantur, pro eis, & pro decretis inde secutis solum per lapsum biennij præsumitur, ex decisis per Sacrũ Consilium teste *Gramat. decis.* 24. *n.* 7. *&* 8. qui enim dat executionem actui, præsupponit alia necessaria præcessisse, *ad reg. qui vult consequens, l. decem de verb. obligat. l. oratio cum*
9 *similibus de sponsal.* & in specie quod ex temporis diuturnitate sententiæ executio præsumitur cum interuentu omnium sollemnium facta, tenuit *Anchar. cons.* 39. *Dec. cons.* 385. *col.* 1. cum alijs relatis per *Ferdinan. Vasq. lib.* 2. *controuers. cap.* 63. *num.* 1. *&* 2. & de citatione quod præsumatur emissa in antiquis, docet *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 22. *num.* 7.

Præterquam quod acta conseruã-
10 tur per Actuariũ, nõ per partes, ideoque ipse tenetur exhibere *Paul. Castrens. in l. fi. in primo notab. C. de fid. instrum.* & decisum refert *Cacheran. decis.* 16.

Rursus hoc esset opponere de iure
11 tertij, cum prædictum instrumentum fuerit liquidatũ cõtra præfatũ eius virũ, q nõ cõtradixit sciẽs se ad debitũ teneri, vnde liqdationi, & executioni acquieuit, quocirca ipsa Ioanna non est ad præsens audienda, etiam si exceptio esset penitus exclusiua iuris ipsius creditoris, secundum *communẽ DD. opinionem*, & præcipuè *Bart. quẽ*

cæteri

ceteri sequuntur *in l. 2. de except. rei iudic. versic. quandoquidem*, & docet *Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt.* præsertim in iudicio exequutiuo ad impediendam exequutionem, ad tradita per *Menoch. cons. 585. num. 37.* quem sequitur *Rota Romana decis. 620. num. 3. inter nouiss. collect. per Farinac. part. 1. tom. 2.*

Accedit, quod cum per clausulam
12 *constituti* actor habeat ciuilem, & naturalem possessionem, ad *text. in l. quod meo, vbi Bart. de acquir. poss.* latè *Tiraquell. de iur. constitut. par. 1. num. 4. & seq. Afflict. decis. 139. nu. 9.* quatenùs appareat inordinatè ipsum reperiri in possessione eorum bonorum, adhuc in ea manuteneri debet exclusa ipsa vxore posteriori creditrice, nam vt singulariter docet *Bal. in l.*
13 *fundus n. 5. de rescin. vẽd.* si ex inordinato, & minus sollẽni processu detur alicui possessio alicuius rei, quæ per prius erat obligata, & affecta pro debito, adhuc poterit retineri, quod notabile reputat *Crema singul. 92. Decius cons. 449. colum. 4. Gramat. decis. 58. num. 5. Negusant. de pignorib. 3. par. memb. 2. num. 10. Rolan. cons. 5. num. 7. volum. 2. Ioan. Vincent. de Anna alleg. 22. num. 4. & allegat. 80. num. 10.* vbi dicit hanc esse admirabilem vim hypothecæ.

Et executio facta contra debito-
14 rem valida est, etiam si in ea non sint seruatæ sollemnitates iuris, quando verè, & realiter is contra quem fuit exequutum erat debitor, quomodo eleganter docet *Gramat. cons. 40. in crimin. num. 27.* & tenet *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sentent. defend. poss. num. 129. & 132. Negusant. loc. cit. nu. 25. Guid. Pap. quæst. 294.*

Definitionem vides in capite 90.

SVMMARIVM.

1 *Mulier superueniente noua causa potest mutare causam possessionis.*

2 *Retentio competit vxori in bonis mariti defuncti pro dotis restitutione.*

3 *Hæreditas præsumitur adita ex cursu longi temporis, sed de veritate nu. 13.*

4 *Possidere non dicitur qui iure familiaritatis, & amicitia fundum ingreditur.*

5 *Locatio, & perceptio mercedis probat possessionem ad beneficium locatoris.*

6 *Conducens ab alio rem à se possessam sibi præiudicat.*

7 *Dominium, & possessio transfertur in locatorem, vbi pro ipso stat aliquis titulus.*

8 *Appellatio non admittitur à decreto de exfractando.*

9 *Aditio hæreditatis animo fit verbis, vel facto declarato.*

10 *Lex ciuilis quod tempus tribuat filijs ad acquirendam paternam hæreditatem.*

11 *Aditio hæreditatis etiam lucrosa non præsumitur nisi probetur.*

12 *Præsumitur ex actu, qui non possit exerceri citra ius, & nomen hæredis.*

14 Text. in l. filius C. de petit. hæred. *declaratur.*

14 *Possessio bonorum, quæ potest referri ad aliam causam non probat filium hæredem.*

15 *Possidere eo iure præsumitur quis, quo sibi vtilius est.*

Retentionem competere vxori in bonis viri prædefuncti: sed hæreditatem præsumi aditam per proximiores à lege vocatos ex solo longi temporis cursu, non esse perpetuò verum.

CAPVT LXXXIX.



Xcipiebat secundo loco
eadem Ioanna de Ma-
yo, domum in iudicio
deductam tanquam de
bonis Fabij de Sanctis
eius soceri, & N. eius
mariti esse sibi hypothecatã pro do-
tibus, & iuribus dotalibus. Hodiè
verò effecto iam casu restitutionis
propter ipsius viri obitum sine hære-
de, declarat ipsam velle possidere, &
pignori incũbere conductionis con-
tractu non obstante, quoniam super-
1 ueniente noua causa potest mulier
mutare causam possessionis, vt ex
Bart. in l. si filio ff. solut. matrim. bene
probat *Christof. Mart. decis. Senen.* 71.
num. 37. *Stephan. Gratian. disceptat. fo-
rens. tom.* 4. *cap.* 700. *num.* 59. *Mastrill.
decis.* 193. *num.* 38. *Ludouis. decis.* 546.
num. 1. *eadem Rota decis.* 557. *num.* 1.
inter nouiss. collect. per Farinac. part. 2.
& per consequens non est ei dene-
2 ganda retentio, ad *text. in l. filiusfa-
milias ff. solut. matrim.* vbi *Bart.* quem
cęteri sequuntur, & decisum referunt
Capyc. decis. 119. *num.* 3. *Gramat. decis.*
58. *num.* 3. latè *Ioseph Ludouic. decis.*
109. *num.* 1. *& Gizzarell. decis.* 45.
Sempron. Ascia determinat. 81. & in
specie docuit *Bald. in l. penult. C. de
pignorib. Aluar. Valasc. consult.* 191.
num. 44.

Et licet hypotheca ipsius Petri
creditoris esset anterior, nihilominus
demonstrabatur in facto, Saluatorem
de Martino fratrem ipsius Petri
cũ expresso consensu Ioannis Antonij
cõmunis patris fideiussisse pro
prædicto eius viro in casu restitutionis
dotium, cuius quidem Saluatoris
(qui decessit in anno 1604. superstitibus
tantùm prędictis Ioanne Antonio,
& Petro creditoribus) ipsi præsumuntur
hæredes, *argum. text. in authent. defuncto C. ad Tertull.* quamuis
non constet de aditione, vel repudia-
3 tione; nam ex cursu tanti temporis
præsumitur adita per eos hæreditas,
vt potè à lege vocatos, ex *text. in
l. filius* 10. *C. de petit. hæred.* prout concludit
Angel. cons. 318. *col.* 1. & sequitur
Mascard. de probat. conclus. 4. *num.*
11. cumque sint, vel præsumãtur hæredes,
obest eis in præsẽti iudicio regula,
quem de euictione tenet actio,
ad *text. in l. si vendicantem C. de euict.
cum concord.*

Sed respondebatur pro creditore,
quod postquam Ioanna semel cecidit
à possessione horum bonorum,
quæ familiaritatis iure ei poterat cõpetere,
eaque occupata fuit viuente
viro per ipsum Petrum creditorem,
non potest hodiè vti retentione bonorum,
quæ sunt penès alium, non
minus ac si priuatio, & habitus simul
starent, quod implicat manifestam
contradictionem, prout doctè considerat
ad propositum *Vinc. de Franch.
decis.* 527. *num.* 11. *Caualcan. de vsufr.
mulier. relict. num.* 201. *&* 202. dicens
hoc procedere etiã si vxor prætẽdat
4 se iure familiaritatis possidere: nam
qui iure familiaritatis, & amicitiæ
fundum ingreditur possidere non

dici-

dicitur, ad *text. in l. qui iure familiaritatis de acquirend. possess.* hocq; pacto intelligi debere tradita per *Capyc. d. decis.* 119. & mordicus defendit *Gizzarell. d. decis.* 45. quæ possessio penes creditorem non tantum probatur per
5 actualem ingressionem tempore adiudicationis, sed præcipuè ex ipso cōtractu locationis inito cū ipsa Ioanna, per quem sicut ex perceptione mercedis satis probari possessionem docuit *Afflict. decis.* 300. Quin potius etiam supposita omnium bonorum
6 possessione penès Ioannam, adhuc ex conductione rei à se possessæ sibi præiudicauit, sic decidēte Sac. Cons. teste *Vrsill. ad Afflict. decis.* 164. *nu.* 7. faciuntq; tradita per *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 63. nu. 13.* præsertim quando pro locatore stat aliquis titulus habilis alioquin ad trans-
7 lationē dominij, & possessionis; quo casu illud assumptum nullum habet contradictorem, eo quod per solam conductionem trāsferrur in eum dominium, & possessio, quod expressè probat *text. in l. quadam mulier de rei vendic.* & per eum sic docet *Bart. in l. si aliquam rem nu* 8. *de acquirend. possess. Rota Romana decis.* 495. *num.* 6. *inter collect. per Farin. par.* 2. Ex quibus (quidquid sit de ea quæstione an sit necessarium, quod per prius vxor declaret animum suum, quod velit incumbere pignori, & retinere, de qua *Ioseph. Ludouic. decis.* 109. *Cartar. decis.* 37. *Mastril. decis.* 193. *nu.* 39. eamque ex *Morquecho de diuis. bonor. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 30. resoluit idem *Gizzarell. num.* 6. *& Bursat. cons.* 8. *num.* 15. adducit nōnullas *Rotæ decisiones* prout refert *Gratian. d. cap* 700. *num.* 59. *&* 60. & rursus *eadem Rota in vna Romana domus, & viridarij, quæ est* 580. *in nouiss. par.* 3. & apud *Ludouis. decis* 546. *num.* 1. *vbi Beltramin.*) dicendum est nullatenus competere prædictæ Ioannæ retentionem in facto occurrenti; præsertim quia casus in terminis decisus fuit per Sacrum Consilium ad fauorem locatoris teste *Gram. d. decis.* 58. vbi amplius re-
8 fert iudicatum, quod ab huiusmodi decreto nō admittitur appellatio, sequitur post alios *Ricc. dec.* 272. *par.* 2. *D. Ioannes Franciscus de Castillo decis.* 42. *tom.* 1.

Et ad argumentum desumptum ex præsumpta fraternæ hæreditatis aditione dicebatur. Primo aditionem hæreditatis suaptè natura animo tan-
9 tum consumari, *vulg. l. Paulus respondet de acquir. hæred.* talis enim verbis, vel facto ad extra producendus est, *ad notata in l. gerit, & l. pro hærede de acquir. hæred.* Cum ergò in casu nostro nullatenus fuerit talis animus declaratus, quomodo per solum lapsum temporis poterit induci aditio hære-
10 ditatis? Secundo quoniam si tempus esset modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, (quod non patitur *Consultus in l. obligationum ferè* 44. *de oblig. & action.*) frustra lex Ciuilis tribueret filijs triginta annos ad acquirendam paternam hæreditatem tamquam filijs, & alios triginta vti legitimis agnatis, *Maran. in l. is potest num.* 100. *de acquir. hæred.*

Et propriùs accedēdo, aditionem
11 hæreditatis quāuis lucrosæ, & opulentæ nunquam præsumi nisi ab allegante specificè probetur, quomodo in fortissimo casu decisum per Sacrū Consiliū testatur *D. Præsid. de Franch. decis.* 60. *num.* 3. *&* 10. & per Senatum Pedemontanum *Gaspar. Thesaur. qq. forens. lib. 2. quæst.* 51. hoc ideò quia animus in quo consistit aditio debet verbis, vel factis demonstrari, *d. l. ge-*
12 *rit, & d. l. pro hærede.* Vndè non probato aliquo actu extrinseco, & positiuo, qui exerceri nō possit citra ius, & nomen hæredis, non potest induci

aditio hæreditatis,ità neruosè defendit *Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.99. per tot.* præcisè per *text.ſingul. in l.potuit C.de iur. deliber.* & pluribus confirmat *And,Gaill. lib.2.pract.obſeruat. obſeru.*128.nec diſſentit *Rota Roman. coram Ludouiſ. deciſ.7. inter deciſiones eiuſdem in vnum co'lectas*, ſed clariùs *deciſ.*98.*nu.*4.& rurſus *deciſ.*460. *vbi Beltramin.* Hinc *Bar. in l.frater à fratre de condict. indeb.* dum dicit, quod filius recipiẽdo debitum, quod patri debebatur etiam naturaliter dicitur adire hæreditatem, ſubdit ideò, *quia cenſetur actus, qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis*,& ita sẽtit *Surd. dec.*303.*nu.*10.*& dec.*267.*nu.*7.*&* 8.

Rurſus idẽ *Maſcard.* pro Ioanna allegatus *nu.*12.ſic induci poſſe præfatam pręſumptionẽ dicit,ſi aditio ipſa proferatur,aliàs non proderit probaſſe actum tacitum aditionis, nec etiã ex curſu temporis.

13 Ad *tex.verò difficilem in l.filius* 10. *C.de petit.hæred.*d.ctum fuit congruè reſpõderi, quod ibi Imperator ſupponit poſſeſſionem ex parte hæredis, quæ iuncta longi temporis curſui inducere poteſt præſumptionẽ aditionis, nè alias qui poſſidet occupator, & malæ fidei poſſeſſor videatur,quomodo loquitur *Menoch. d lib.*4.*præſ.* 101.*nu.*28. Ratio decidendi eſt, quia poſſeſſio ipſa,quæ facti eſt (*l.*1. *§ adipiſcimur, & §.ſi vir vxori, l.poſſeſſionẽ* 29. *in fin. de acquir.poſſeſſ.* & latè defendit cõtrarijs confutatis *Donell. lib.* 5.*com.c.*6.*& Pichar.in princ.tit.inſtit. de interd. à nu.*47.) habetur pro facto extrinſeco,qui deſideratur in aditione ipſa: at in caſu noſtro nulla poſſeſſio, nec actus extrinſecus probatur, ex quo induci poſſit animus adeundi hæreditatem.Præterquam quod ſola poſſeſſio bonorum hæreditatis non probat filium hæredem, poſſet enim

14 illa referri ad aliud ius,puta pignoris, vel legati, quod competat hæredi aliundè, quomodo in dubio præſumendũ eſt,nõ autem hæreditatis aditio,quæ magis periculoſa eſt hæredi, quam agnitio legati, ſeù retẽtio iure pignoris, quæ ſunt ad mentem *Andr. Gail. loc.ſupra cit. nu.*14.*&* 15. *Maſcard.de probat. concluſ.*1261.*nu.*51.52.*&* 53. *Menoch. lib.*4. *de præſumpt. præſ.*101. *nu.*34.*& ſeq.Surd.deciſ.*267.*nu.*8.*Rot. Rom. in vna Romana aditionis hæreditatis corã Penia* relata per *Beltramin. ad Ludouiſ.deciſ.*98.*nu.*7.*& deciſ.*460.

15 *nu.*10. Ea ſcilicet ratione,quod quilibet præſumitur poſſidere eo iure, quo ſibi vtilius eſt;ideòq;cõcurrente in eadem perſona duplici cauſa poſſidendi,ex vtiliori iudicandũ eſt poſſidere,ex *tex.in l.ſi paterna,et ibi DD. C.de repud.hæred. Rot. Rom. d.dec.*495. *n.*3. *inter collect.per Farin.par.*2.quomodo aduertit licet aliud agens *Gizzarell.d deciſ.*45.*nu.*7.*& ſeq.*

Vide decretum in ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Regula text. in l.ſi quis conductionis C. locati *non procedit quando notoriè poteſt excipi de dominio.*

2 .. *item quando locatio fuit nulla.*

3 .. *item quando ſuperuenit conductori alius titulus.*

4 .. *Procedit in quocunque contractu.*

5 .. *non admittit dominij quæſtionem.*

6 *Exceptio dominij aduerſus locatorem non poteſt opponi,nec ab ipſo domino.*

7 *Conductor vno tantum caſu poteſt de dominio excipere.*

8 Anton.Faber *doctiſſimus, & ſubtiliſſimus fuit.*

9 Alberic. Menoch. & Aluar.Valaſc. conſult.42.*declarantur.*

De re-

De remedio textus in l. si quis conductionis C. locati.

CAPVT XC.



Eliquum fuit in præcedenti causa differere *de regula textus in l. si quis conductionis C. locati*, quæ se habet vt cõductor nequeat quę stionem dominij opponere aduersus locatorem, nisi restituta prius re conducta, quam exor nat *Afflict. decis.* 12. & sibi nõ obesse
1 dicebat Ioanna, quoniam nõ procedit quando notoriè potest excipi de dominio, vel quãdo locatio fuit nul-
2 la, vt sentit *Robert. Marant. in prax.* 4. *par. distinct.* 7. *num.* 49. *in fine*.

Item quando post cõductionem superuenit noua causa nõ restituen-
3 di rem cõductam, vt post *Alberic.* docet *Menoch. de recuper. possess. remed.* 11. *num.* 42. & iudicatum refert per Lusitaniæ Senatum *Aluar. Valasc. consultat.* 42. Sic ergò cum retentionis ius ex dotali credito superuenerit eidem vxori post cõductionem ipsam, non posse ad exfractandum cogi, validè asserebant ipsius aduocati.
4 Verùm enimuerò pro creditore dictum fuit, remedium *d. l. si quis conductionis*, quod procedere in omni
5 contractu dicit *Mastrill. decis.* 287. *num.* 29. non admittere dominij quæstionem ex parte cõductoris, etiam si cõductor incõtinẽti vellet id probare, quoniam non audietur nisi restituta prius possessione, docet *Mascar. de probat. conclus.* 687. *nu.* 9. *volum.* 2. ne scilicet locator per hanc exceptionem illudatur, imò cõductor amittit omne ius, si quod habet super re, & differendo patitur pœnas, *l. conductores C. eod. Bellon. lib.* 4. *supput. c.* 6. *n.* 2.
6 Si ergo huiusmodi exceptio opponi nõ potest ab ipso domino, quãtominùs ab habente ius in re puta hypothecæ, quod est debilius iure dominij; quomodo in terminis arguunt *Peguer. decis.* 162. *Caroc. d. par.* 6. *remed.* 14. *num.* 3. *Ricc. collect.* 195. & rectiùs *Menoch. de recuper. poss. remed.* 11. *num.* 37.

Rursus etsi vera non esset regula superius tradita, & notoria exceptio dominij admittẽda esset ante rei cõ-
7 ductæ restitutionem iuxtà *Maranta* placitum, id vnico tãtum casu locum haberet quando locator rem locatã vẽdicat tãquam suam per iudicium, seu actionem reiuẽdicationis, secus si agat ex contractu locationis: quo casu nullam penitùs dominij exceptionem admittendam placuit *doct. &*
8 *subtil. Ant. Fab. de error. pragm. decad.* 6. *error.* 5. Et quidem ratio nõ est in obscuro, quamdiù enim nõ apparet cuius sit res cõducta, negari nõ potest quin subsistat inter locatorem, & cõductorem obligatio mutua locati, & cõducti, & consequenter quin ex bona fide post finitam locationem restituere debeat cõductor, qui in id vsque tempus eam, & alieno nomine possedit, & tamquam alienam: quomodo loquitur *idem Faber. num.* 6. *in fine*, & hãc sentẽtiam post plures ab eo relatos sequitur *Camill. de Medic. cons.* 9. *num.* 7. & 8. in pulchro casu, & vltra eos *Petrus Barbos. post Menoch. & alios in l. si alienam num.* 27. *& sequent. solut. matrim.* extẽditq; id procedere etiã si locatio fuisset nulla *nu.* 33.

*nu.*33. neque antea audiendum circa exceptionem dominii, eamque comprobat *D.Aud.Dominic.Gaito in tract.de credit cap.*4.*quæst.*7.*nu.*658. *Cald. lib.*1. *recept. sentent. quæst.* 14. *num.*4.

9 Et *doctrinam Alberici, Menoch. & Valasc.* dictum fuit procedere in casu suo, quãdo scilicet post cõductionem superuenit noua causa nõ restituendi, vt cum conductor rem cõductã habet titulo emptionis, vel quouis alio legitimo ab aliquo tertio puta creditore locatoris, cui post cõductionem res adiudicata est per sẽtentiam, quæ est hypothesis *Valasc.* At ius quod prætendebat Ioanna in his bonis, multò antiquius erat contractu locationis, licet actionis exercitium dilatum sit ad tempus mortis testatoris, & per consequens sibi præiudicauit cõducendo rem sibi obnoxiam, seu propriam, *Vrsill. ad Afflict.d.decis.*164. & opponere non poterit nouum titulum, qui est antiquior, & causæ superuenientis, quæ est antecedens. Vnde nullatenus audietur non restituta possessione ante omnia; vt consuit *Ias. cons.* 158.*vol.*1.*vers.vltra eorũ lib.*2.& decisum fuit per Regium Lusitaniæ Senatum vt per *Valasc. ibidem*.

Mag.Cur.Vic. me referente, confirmauit mandatum de exfractando domi latum contra ipsam Ioannam. Et similiter Sacrum Consilium in Aula Regij Consiliarij Ioannis Francisci Sanfelicis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei non liberè tradita parit debitori doli exceptionem aduersus creditorem.*
2 Textus in l. ex his prædijs C. de euict. *procedit etiam re tradita.*
3 *Hypothecata res non dicitur libera.*
4 *Venditor tenetur emptorem certiorare de oneribus rei vendita.*
5 Textus in l. si post perfectam C. de euict. *quando habeat locum.*
6 *Fideiussio est fragilis cautela.*
7 *Euictione prædij imminente potest pretium emptor retinere, & solutum repetere.*
8 *Excipiens rem non fuisse libere traditam euitabit interrogationem instrumenti.*
9 *Actio quem de euictione tenet, eumdem agentem repellet exceptio.*
10 *Exceptio qua obstat deleganti, non obstat delegatario.*
11 *Delegatio similis est solutioni.*
12 *duplicem perimit obligationem, idest delegantis, & delegati.*
13 *Contractus quando dicatur correspectiuus ad alium.*
14 *Assensus extenditur ad annexa, & connexa.*
15 *Regula* text. in l. lecta si cert. pet. *quando procedat.*
16 *Nullitate instrumenti pendente potest exequi instrumentum, si tamen in eo non sit promissa euictio.*
17 Thesaur.quæst. forens.lib.3. quæst. 111.*declaratur.*

Excep;

Exceptionem euictionis siue rei non libere traditæ, posse opponi aduersus liquidationem instrumenti, sed quæ obstat deleganti non etiam obstare delegatario.

CAPVT XCI.



1 Xceptio rei non liberè traditæ, cum pro libera, & franca fuit promissa, parit emptori doli exceptionem aduersus venditorem pretium petentem, *ad tex. in l. qui pendentem 25. & in l. in venditione 41.* ibi, *Ratio improuisi oneris babetur de action. empt. l. ex his prædijs C. de euict.* cum ibi notatis *per DD.* præcipuè *Vinc. de Franch. decis. 200. num.*
2 14. qui dicit *textum in d. l. ex his prædijs* procedere etiam re tradita, *Gratian. discept. foren. cap. 175. col. penult. Farinac. decis. 297. num. 10. & sequen.*

Hinc vendito quodam feudo rustico per Antonium de Petris pro franco, & libero ab omni onere, & præstatione, & prætio ducatorũ mille delegato Petro de Schiffellis pro dotibus Antoniæ de Petris filię venditoris, obtinuit ipse instrumentum ab emptore de facie ad faciem. Quod cum liquidare voluisset in Mag. Cur. Vicar. excipiebat emptor, non posse ad solutionem cogi, ex quo prędium illud fuit repertum obnoxium annuo censui ducatorum viginti octo pro capitale ducatorum quatuor cẽtum, & pro eo pẽdere iudicium assistentiæ in Sacr. Cons. rescissionemq;
3 instrumenti pro capitale, & tertijs ad instantiam creditoris. Ex qua hypotheca adeò esse affectum dictum prædium, vt verè dicatur non fuisse liberè traditum, vt per *Ioann. Vinc. de Ann. allegat. 78. nu. 5.* etiam si tacita sit, *Gamma decis. 197.* quin potius agere ipse poterit vt feudum liberè tradatur, *Sraph. dec. 671. num. 5. Amat. cons. 58. nu. 1.* quia ven-
4 ditor tenebatur omninò certiorem reddere emptorem de oneribus rei venditæ; quoniam præsumitur quod aliàs emptor non esset empturus, *ad text. in l. cum eiusdem §. interdum de ædil. edict.* notat *Surd. decis. 295. n. 16. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 361.* ergò cum iudicium assistentiæ immineat super territorio prædicto, non videtur negandum quod interrogatio silere debeat; sumus enim in terminis *textus in l. si post perfectam C. de euiction.* qui locum habet etiam si res euincatur ratione solius hypothecæ,
5 *Bald. in l. qui rem per illum text. eod. tit. Surd. d. decis. 295. nu. 7.* vel si quid extraiudicialiter suscitetur ad euictionem ordinatum, *glos. in l. penult. §. final. de peric. & comm. rei vendit. Menoch. de arbitr. cas. 224.* & licet dicat *DD.* consulendum esse emptori de idonea cautione, tàm pro lite mota, quàm pro omni alia mouẽda, *Gram. cons. ciuil. 106. sequitur Carau. ad rit. 173. num. 3. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 13. num. 27. Negusant. de pignor. par. 5. memb. nu. 28. vers. sed quando,* & post longam discussionem, & cumulum *DD.* decisum refert per Sacrum Consilium *Vincent. de Franch. decis. 555.*

*decis.*555. proceditq; ea opinio tàm agẽdo, quàm excipiendo, secundum *glos.* 1. *in dict. l. si post perfectam*, & sequitur idem *Francb. dec.*557. tamẽ secus erit quando euictio est euidẽs, & certa, nam tunc magis expedit nõ soluere, quàm solutũ repetere *Surd. d.decis.*295.*in fine,& decis.*253. *n.*15. *& cons.*36.*num.*14.*Caroc.decis.*96. *n.* 1.*Mastrill.decis.*160. *num.*6. *Thesaur.*
6 *dec.*85.*n.*1.*Hartm.Pistor.lib.*3. *quæst. iur.quæst.*6.*num.*13. *Francb. decis.*42. *num.*4.*& decis.*127.*num.*7. *&* 10. qui dicunt fideiussionem esse fragilem cautelam, ideò *Cauałcan. decis.*4. *nu.* 4. dicit eam etiam præstandam si lis non dum est mota, aut in limine cõtractus non imminet euictio, *ad text. in l.si hominem* 69.*de solut. Anell.de Amat.cons.*58.*num.*5.*Giurb.decis.*100. *num.*30. quia ante euictionem etiam agi poterit si promissum sit rem esse liberam, *Ossasc.decis.*24.*Surd.latè cons.* 235.*num.* 10. *Gratian. discept.forens. d.cap.*175.*num.*20.*Amat.loco prox.cit.*
7 *& cons.*65.*num.*4. *& sequ.* Imminente ergò euictione prædij, potest emptor pretium retinere,& solutum repetere,*Odoffred.in l.qui rẽ C. de euict.* quamuis rem emptam possideat, *l.si. §.ex quadrante de dol.except. Abb. cõs.* 347. *num.* 2. eleganter præ cæteris *Mangil. in tractat. de euict. quæst.* 23. *num.*51.

Vnde *Marin. Frecc. in tractat.*
8 *de præsent.instrum.p* *r.*7. *quæst.*5. *nu.* 3.*& post eum Ricc.dec* *.*105.*in fine par.* 1. tenẽt cautelã esse emptori ad cuitãdum interrogationem vt excipiat rem non fuisse liberè traditam.

Sed pro Petro creditore dicebatur,vera esse omnia,quæ euictione imminente, vel secuta dicuntur pro emptore: verùm locum habere
9 contra promittentem euictionem, & sic contra venditorem, volentem de euictione teneri,*ad regul.text.l. si vẽdicantem cum sequen.C.de euict.l.exceptione doli C.eod.tit.cum concordan.* in quibus terminis procedunt *text.in d.l.ex bis prædijs, & in d.l.si post perfectam C.de euict.* At cum hodie agat Petrus ipse, qui non venditor,sed tã-
10 tum delegatarius pretij est sibi non obstare exceptionem euictionis imminentis, quæ opponitur venditori deleganti. Quod quidem probari satis clarè, & aperte pluribus cõsultorum,& Cęsarum responsis. Primùm quidem *in l.si quis* 12.*de nouation.* vbi *Paul.* distinguit, aut sciens delegatus sibi competere actionem se obligauit,aut ignorans, vtroque casu non posse contra delegatarium excipere: dispari tamen ratione, ibi; quoniam remittere exceptionẽ videtur, & similis est ei qui donat: hic quia creditor suum recipit. Vnde subdit *Iacob.Cuiac.lib.*13. *Paul. ad edict. ad eam l. Ergò qui etiam ignorans se iure prætorio non teneri propter exceptionẽ, ex promisit creditori alieno, cui delegatus est,non potest non ei soluere, non potest effugere quin ei soluat, verum debitor qui ei tenetur cõdictione certi,si pecuniam soluit, vt ei reddat solutam pecuniam,vel si non dum pecuniam solutt, ei tenetur cõdictione incerti, vt ait hoc loco,vt eum liberet soluẽdo creditori suo, vel qua alia ratione,vt in l.purè § pen. de doli except.* idemq; docuit *Vlpian. in l.sequenti* in specie non debitoris, quasi debitoris delegati,ibi; *Exceptio locum non habebit*.

Rursus in fortissimo casu idem *Paul. in l.doli* 19.*eod.tit.* regulam principio legis statutam, quod doli exceptio, quæ poterat deleganti opponi,cessat in persona creditoris cui quis delegatus est, eam extendit ad omnes similes exceptiones, etiam ad eam, quæ ex Senatus Consulto filiofam. datur, nam ait Consultus. *Aduersus creditorem, cui delegatus est ab eo, qui mutuam*

mutuam pecuniam contra Senatus Cõsultum dederat non vtetur exceptione. Idque non ex eo solum, quod scilicet huiusmodi exceptiones eius causa dantur, cum quo agitur, vel dantur odio creditoris, vt subtiliter obseruat *Cuiac. lib. 69. Pauli ad edictum ad eam l.* sed quia, vt paulò inferius Cõsultus loquitur *in priuatis cõtractibus, & pactionibus non facilè scire petitor potest quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est, aut etiam si sciat dissimulare debet*.

Vlteriùs *in l. 4. §. Item quæritur de dol. mal. & met. except.* idem respondit *Vlpian.* etiam eo casu, quo mulier post admissum dolum debitorem suum marito delegauerit, nec contra maritum de dolo mulieris esse permittendum excipere, ne indotata fiat.

Deinde hoc idem admittit *Celsus in l. vt mihi 21. de donat.* vbi verus debitor non habet exceptionem donationis immodicæ contra delegatarium.

Tandem *Imperator Antoninus in l. 2. C. de condict. indebit.* ibi; *si citra vllam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es; aduersus eam, quę te delegauit, condictionem habere potes, vbi glos. in casus positione* ait, *si non solues, compelleris, sed à me condices, vt libereris ab obligatione*. Et hanc, quam firmamus opinionem, post plures tenet *Maceratens. var. resol. 60. cas. 17. & Ant. Faber libr. 12. coniect. cap. 11. in princ.*

11 Horum ratio est, quia primus debitor delegando Titium suo creditori, videtur soluere, eo quod delegatio similis est solutioni *l. inter causas §. abesse ff. mandati, l. si rem in fine de nouat.* & solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, *vulg. iurib.* & præsertim qua delegans tenebatur delegatario extinguitur per delegationem, eo vsque vt non possit ipsum conuenire, probat *Castrens. in l. si vsusfructus numer. 2. de nouat.* vbi ait,
12 quod facta delegatione duplex perimitur obligatio, vna qua delegans tenebatur erga suum creditorem, altera qua tenebatur delegatus ergà delegantem. Imò si delegatus contingat deficere facultatibus, non poterit delegans molestari etiam si dolo fuisset inductus ad acceptandum delegatum, quia datur sola actio doli, *vt post Bald. & Soccin.* tenet expresè *Surd. decis. 23. nu. 2. 3. & 4.* etiam quia hodie per delegationem fit nouatio, *vt per Surd. ibid.*

Replicabatur pro emptore, quod cũ promissio solutionis pretij depẽdeat ex cõtractu vẽditionis dicti feu di, eodẽq; Instrumẽto sit facta delegatio, cõtemplatione ipsius censetur promissio facta, secundum *Alexan. consil. 90. post num. 8. & sequen. vol. 3. vers. nec habent obstare* sequitur *Affl. decis. 306. in fine, & in Constitut. Baiulos n. 16. vers. vnde, Dec. cons. 244.*
13 *nu. 5. Franch. dec. 213. nu. 58.* vbi dicitur vnus contractus correspectiue ad aliũ, imò & vnicus contractus, *idẽ de Franch. decis. 369. nu 4. Rota Roman. decis. 527. inter nouiss. collect per Farinac. par. 2. tom. 3. latè Iacob. Menoch. de præs. lib. 6. c. 12. n. 5. & seq. Domin. Gaito de credit. cap. 4. quæsit. 7. n. 500. & seq.* & facit *tex. elegans in l. Iulianus verũ, 60. de cõd. indeb.* in sua decidẽdi ratione, *quia ex vna causa alterius solutionis origo proficiscitur*, & vidi post hæc scripta sollemnem in proprijs terminis decisionem *Sacr. Rotæ Romanæ inter collect. nouiss. per Farin. decis. 428. p. 1.* vbi fuit resolutũ, cessante delegationis causa, cessare etiam delegationem ei correspectiuam, & factam in eodem instrumento,

Eee Decius

*Decius conf.*421.*num.*14.*in fin.* & sequitur *Gratian. discept. forens. tomo* 4. *cap.*759.*nu.*11.

Est igitur de annexis, & connexis dicta promissio emptioni feudi, & proinde regulatur secundum il-
14 lam, prout in materia assensus docet *Andr.* ab omnibus receptus *in capit.* 1. *qui success. ten. numer.* 5. quem allegat *Gizzarell.dec.*70.*in prima impress. post numerum* 4. *vers. ex aduerso dicebatur vsque ad finem*. Ergò exceptio rei non traditæ, siue non libetè traditæ, siue euictionis obstans Caterinæ venditrici, & deleganti, obstabit etiam Marco Antonio delegatario, *Angel. & Salicet. in l. doli mali* 19. *numer.*5. *de euiction. Vincen. de Franch. decis.* 33. *numer.* 10. *in fin.* præsertim quando est notoria, & promptuaria ex publicis scripturis in prõptu productis, *Graff. de excep. excep.*6. hisque punctualiter addebatur videndus omninò *Gaspar. Thesaur. libr.* 3. *quæst. forens. quæst.* 111. vbi post multa decisum refert, exceptionẽ solutionis quæ obstabat delegan-ti, obstare etiam delegatario.

Replicabat Petrus creditor, quod licet promissio solutionis sit facta in eodem contractu, est tamen diuersæ
15 naturæ, ita vt non possit dici vnicus contractus, etenim *text. in d.l. lecta si cert.pet.* ex quo desumitur *reg.* quod pacta, quæ incontinenti fiunt cẽsentur inesse cõtractui, supponit fieri vni co actu, & inter easdem partes: cum autem cõtractus geritur inter diuersas, non potest dici vnum, nec correspectiuũ, sed plures, & diuersos, *Affli. dec.*306.*nu.*10. *vbi Vrsill.* & sequitur *Vin.de Frãc.dec.*369.*n.*7.*Grat. discep. for.to.*5.*c.*897.*n.*13.*D. Auditor Gaito in tract. de credit.c.*4.*quæsit.*7. *nu.*501.

Verũ huic respõsioni obstant tradita per *Alex.conf.*90. *nu.*9. *vol.*3.*Crau. Menoch.Surd.*& alios relatos p *Giur. dec.*85. *n.*20. ex qbus ostẽditur cõtractus etiam dici correspectiuos, qui fiunt inter diuersas psonas eodẽ tpe. Vera igitur respõsio est pactorũ correspectiuitatẽ cõsiderari in indiuiduo volũtatis cõtrahentiũ, ita vt vnũ ipsorum sustineri nequeat altero sublato iuxta theoricam *Bar.in l.grecè* §. *illud de fideiussor.* & exemplum ponitur in venditione feudi facta cum pacto de retrouendendo, nam si assensus super ea interponatur, & non super pacto, omnia corruunt, ad tradita per *Freu. de subfeud.lib.*2.*auth.*1.*quæst.*16. oportet ergo quod vnum cũ alio cõnexũ sit, ita quod sine altero factũ nõ esset, nec diceretur absolutum, & perfectũ, vt magistraliter cõprobat *Reg.de Põt. de potest. Proreg.tit.de refut.feu.* §. 1.*n.* 5. *Surd.conf.* 217. quos sequitur *D. Gaito loc.cit.num.*502.

Vnde instrumẽti executio ad beneficium ipsius delegatarij impediri non potest; nam quod magis est, in ea celebri quęstione, an pẽdẽte iudicio nullitatis, siue rescissionis instrumenti, possit exequi vigore eiusdem; post lõgam discussionem decisũ re-
16 fert *Giurb.dec.* 100. exequi posse, si tamẽ exequens non promisit de euictione obstante *reg. d.l.si vindicãtem.* Ergò hoc tantum casu silet interrogatio, cum creditor promisit euictionem.

Et decisio *Gasp.Thes.d.lib.*3.*q.*111.
17 licet videatur punctualis, attamẽ benè obseruata non facit ad rem, quandoquidem in eius facti specie nõ interfuit vera delegatio, ex qua sequeretur nouatio, vt idem author testatur, cuius contrarium supponimus in casu nostro. Et rursus obligatio de qua ibi, fuit ex casu contingenti resoluta post celebratũ cõtractũ, cũ ipsemet fateatur, secus esse in exceptione, quę competit ab initio factę obligationis.

Magna

Magna Curia, me referente pro maiori parte votorum verum censuit in iure, exceptionem obstantē delegantí non obstare delegatario, & proinde procedendum esse ad interrogationem in casu relato.

SVMMARIVM.

1 *PRetium succedit loco rei in iudicijs vniuersalibus.*
2 *Dos dicitur ius vniuersale, sed de veritate num. 3. & 5.*
4 *Totum verè, & realiter consideratum non differt à suis partibus.*
6 *Actio, qua res particulares dotis venduntur, est particularis non vniuersalis.*
7 *Dos nunquam iudicatur vt quid vniuersale in fauorem tertij.*
8 *Res sunt consideranda in sua principali natura.*
9 *.. pro dote hypothecata non dicitur dotalis.*
10 *Pretium non succedit loco rei in hypothecaria, sed fallit num. 11.*
12 *.. non succedit loco rei, quādo prouenit ex venditione rei stabilis, vel quoquo modo existentis.*

Pretium non semper succedere loco rei, illudque vulgatum dicterium, dos est quid vniuersale, cum temperamento accipiendum.

CAPVT XCII.



SEd facto per prædictum emptorē deposito ad euitandum interrogationem: insurrexit creditor, qui contractu rescisso obtinuerat inter has moras assistētiam super feudo prędicto, pro capitale ducatorum 400. vnà cum tertijs, petēs sibi illud liberari, vt potè peruentum ex pretio dicti feudi: constat enim pretium succedere loco rei, *l. si rem, & pretium, de petit. hæred. cum concord.* Et
1 dum pro parte ipsius Petri respondebatur, regulam illam procedere in iudicijs vniuersalibus, puta petitionis hæreditatis, & similibus, quo modo cū communi tenuerūt *Neguſ. de pignor. membr. 2. par. 4. num. 149. & Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. fol. 77. Guttier. pract. quæst. lib. 5. cap. 87. Capic. decis. 194. Gratian. discept. forens. tom. 1. capit. 25. numer. 13. & tom. 4. capit. 714. num. 6. Anton. Faber de error. pragmatica decad. 61. error. 9. versic. eo namque casu, & nouissimè D. Auditor Gaito in tractat. de credito capit. 4. quæst. 11. num. 1388.* Replicabat ipse imò hoc sibi opitulari, considerando prædium prædictum, siue pretium fuisse in dotem datum præ-
2 dictæ vxori ipsius Petri, & per consequens dotale, & cum dos dicatur ius vniuersale secundum *Bartoli* placitum, & cum eo reliqui ferè omnes *in rub. solu. matr.* ideo pretium succedere loco rei *Fab. de Anna cons. 123. num. 11. & 12. Surd. decis. 15. Magon. decis. Floren. 9. col. 1. Neguſant. contra Bartol. de pign. par. 5. membr. 1. nu. 48. & latius p. 2. mēb. 4. n. 58. & 59. Gaito vbi supra n. 1451. Reg. Lanar. cōs. 26. n. 14.* id expressè in dote tenentes.

Sed pro conuentis in hoc iudicio responsum fuit, assumptū illud quod dos sit ius vniuersale, tunc verū esse cùm dos consideratur secundum iuris fictionē, & in abstracto tanquam corpus quodā fictum continens sub se res dotales, *l. mortuo 22.* ibi; *hæreditas persona vice fungitur sicuti municipiū, de fideiuss. l. nō minus 31. §. fin.* ibi, *quia creditum est, hæreditatē dominam esse de hæred. instit.* at si cōsideretur verè, & propriè prout continet res corporales in dotē datas, tūc iudicatur de ipsa, tamquam de re parti-
4 culari, non tamquam de iure vniuersali, quia totum verè, & realiter consideratum non differt à suis partibus, *Bart. in l. aut facta §. fin. num. 3. de pæn.* & ita doctissimè *Azonem, & Bartolum* conciliat *Barbos. in 3. par. rub. solut. matrim. in princ. & num. 9. & ad l. 1. par. 6. num. 19. vers. neq obstat solut. matr.* & in specie sentire *Bald. in l. si non designata in fine C. de fals. caus. adiect. legat.* dicentem in dote duo reperiri corpora, quoddam materiale, quod est idem cum ipsis rebus, quodā verò intellectuale, quod differt ab ipsis rebus. Idq; eximiè conspicitur *ex tex. in l. quod dicitur 5. de impens. in reb. dot. fact.* ibi, *Non enim corporum, sed dotis fit diminutio, & in l. 1. in fi. de dote prælegat.* ibi, *non ad singula corpora, sed ad Vniuersitatem esse referendum, D. Præsid. Aned. de Amat. cons. 8. nu. 11. & 12.* Et cū per creditorē ipsum agentē ad rē nō posit considerari dos prædicta nisi verè, & propriè, cessat assumptum quia censetur
5 quid particulare, & in particularibus pretium non succedit loco rei, nisi id expressè inter contrahentes actum sit, quod ideò fit, quia lex vigore pacti approbat illam partium volūtatē, *l. si donata §. fin. de donat. inter, Barbos. loco cit. num. 75.*

Rursus cū ipse egerit principaliter
6 ad feudū p̄dictū, dicitur egisse actione particulari, ac etiam quando res particulares dotis vendicantur, illa actio est particularis, nō vniuersalis, quinimò etsi actione personali dotis res particulares vendicātur actio illa cēsetur particularis, *Hieron. Gabr. cōs. 32. nu. 4.* & post eum *Barbos. loc. cit.*

Vlteriùs quidquid sit de ea q̄stione, an dos censeatur q̄d vniuersale in fauorem vxoris tantū, ita vt cōsideretur vt q̄d particulare respectu mariti, cuius opinionis sunt *Alex. in l. si marito § fin. col. 1. ad fi. sol. matr. per tex. in l. fin. § præterea* ibi, *quæ pro singulis speciebus facta est*, & rursus *& nō esse expectādā post singulas æstimationes vnā coadunationē C. de iur. dot. Neguş. de pign. 4. mēb. 2. par. nu. 50. & 55.* an etiā consideretur vt q̄d vniuersale respectu mariti, vt verè resoluit *Barbos. d. par. 3. rubr. solut. matr. num. 68.* nemo tamen audebit dicere quod huiusmodi specialitas egrediatur perso-
7 nas vxoris, & mariti. Vnde succedit manifestè in casū nostro non posse considerari vt ius vniuersale, quia hoc eueniret in beneficium tertij interesse prætendentis contra virum vxorem, & dotem ipsam, quod ferendum non est, *arg. tex. in l. quod fauore C. de legib.*

8 Postremò dicebatur rem esse considerandam in sua principali natura, *l. si quis nec causam si cer. pet.* Ideò aduertendum in facto, feudum illud nō fuisse in dotem datum, neq; assignatum, vt fundum dotalē, sed tantū ex pretio illus cōstitutum dotarium
9 prædictæ Antoniæ, & quāuis cū speciali hypotheca super illa, pendente solutione, nihilominus res p̄ dote hypothecata nō dicitur dotalis, vt ex se patet, & specialitas illa q̄ cēseatur ius vniuersale, p̄cedit in re in dotē data tm̄, *d. l. res in dotē de iur. dot.* & cō-
10 suluit *Fab. de Anna d. cōs. 123. n. 10.* & in spe-

in specie. 9 in hypothecaria pretium non succedat loco rei quando sumus in iudicio particulari, docuit *Bart. in l.* 1. per illum *text. de distract. pignor.* cum alijs traditis per *Negusant. de pignorib. memb.* 2. 4. *par. num.* 149. *Surd. decis.* 306. *num.* 4. *in princ.* cum temperamento tradito per *Alex. cons.* 108. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 5. nisi agatur in sub-
11 sidium, & ex causa non onerosa, sed lucratiua, quia tunc etiam in hypothecaria in iudicio particulari pretiũ succedit loco rei, *Surd. d. decis. num.* 4. *Anton. Gomez* in pulchro casu *ad l.* 40. *Tauri num.* 25. *in fin. Horat. Viscont. in suis conclus. iuris verbo pretiũ, Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 12. & nouissimè *Dominic. Gaito in tract. de credit. cap.* 4. *quæsit.* 11. *nu.* 1394. qui tamen *num.* 1413. fatis ad propositũ dicit huiusmodi conclusionem, quod
12 pretium succedat loco rei non procedere quando pretium peruenit ex venditione rei stabilis, aut quomodocunque extantis, quia tunc inanis est huiusmodi quæstio, cum creditor habeat ipsam principalem rem obligatam, quæ cum extet, frustra quæritur de huiusmodi subrogatione. Et secundum hæc iudicauit Mag. Cur. & posteà Sacrum Consilium ad mei relationem in aula Consiliarij dignissimi D. Gregorij de Angulo, nuper motu proprio Serenissimi Regis nostri adsciti ad supremum munus Consultoris Regni Siciliæ.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit tàm posteriori creditori, quàm debitori, etiam lata sententia.*

2 *etiam facta exequutione super hypothecaria.*

3 *lata sententia non competit, nisi ab ea pendeat appellatio.*

4 *Appellatio suspendit sententiam.*

5 *Hypothecaria non transfert dominium irreuocabiliter nisi sequuto appretio, & rei adiudicatione.*

6 *Ius offerendi non cõpetit dominio iàm irreuocabiliter quæsito.*

7 *Appellari potest à sententia expertorũ.*

8 *Conditione pendente non dicitur dominium irreuocabiliter quæsitum.* D. Regens Vrsinus Sacri Consilij Præses *laudatur.*

9 *Ius offerendi competit pupillo, & minori quandocunque.*

10 *Minor restituitur ad rem distractam, quæ fuit suorum maiorum.*

11 *Meliorationes, & incrementum temporis cedunt lucro emptoris, vel creditoris, cui pignus fuit adiudicatum.*

12 *Emptor qui rem meliorauit liberatur à restitutione ipsius saluto pretio.*

Ius offerendi competere debitori minori, seu pupillo, etiam si dominium rei per appretium sit creditori irreuocabiliter quæsitum.

CAPVT XCIII.

IVS offerendi competere in actione hypothecaria tàm debitori, ex *text. in l.* 2. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. & in l. si fundus* §. *si pluris de pignor.* quam etiã secundo creditori,
1 ex *l.* 2. *C. si antiq. cred. cum concordant.* non est nouum in iure; idque etiam lata sententia, ex *tex. in l. item veniunt* §. *idẽ rectè de petit. hered.* & docuit primus omnium *Specul. in tit. de execut. sent.*

sent. § fin. vers. item quod si mihi nu. 10. & in tit. de oblig. et. & solut. §. 1. versic. quid si te mihi eum sequuntur Bald. in l. Paulus § final. in antiq. lect. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Aretin. in §. item si quis in fraudem, instit. de action. Afflict. decis. 187. & 343. Capyc. decis. 41. in princ. Fab. de Anna cons. 57. num. 2. Tiraquell. de retract. conu. tit. 8. glos. 7. num. 28. Gratian. decis. 214. num. 16. Costa de rata portion. quaest. 65. num. 1. nisi tamen purè res fuisset per sententiam adiudicata, Capyc. d. decis. 41. nu. 2. Anna loco citato num. 3. nec tantum

2 lata sententia, sed etiam facta executione super hypothecaria, imò & solutione competit certis casibus ius offerendi, prout in specie text. in l. si res obligata 60. vbi glos. verb. suo tempore de legat. 1. & subtiliter obseruat Ias. ibidem col. fin. & quidem ratio est, quia per illud non impugnatur, sed potiùs comprobatur sententia, cuius vnicus finis est vt debitum soluatur, per quę iura, & rationes hanc partem tenuit Negusant. de pignor. & hypothec. 3 memb. 5. par. num. 51.

Vndè cum egisset iure assistendi in Mag. Cur. Vic. Hieronymus Lupulus vir Antoniæ Biancardo pro ducatis 160. ex resta dotium ipsius Antonię super quodam territorio possesso per Victoriam de Diano vti matrem, & tutricem Anelli Biancardi, & sententiam obtinuisset in sui fauorem, eaq; fecisset transitum in rem iudicatam, prçuio appretio nactus fuit illius possessionem, & dominium. Post hæc tutrix ipsa obtulit penès acta depositum prædictæ summæ, petijtq; territorium prædictum sibi restitui.

Pro creditore videbatur dicendū verum esse, quod etiam post sententiam competat debitori ius offerēdi,

3 sed hoc procedere, vbi adhuc pendet appellatio a sententia ipsa, prout expressè docet Cynus in l. properandum § fin. autem reus q. 4. C. de iudic. Bal. in l. per hanc C. tempor. appellat. Fabius de Anna d. cons. 57. num. 12. & quidem

4 ratio est, quia appellatio suspēdit sententiam, l. 1. in fin. ad Turpill. & constituit litē in terminis, in quibus erat ante publicatum in causa, Capyc. d. decis. 41. num. 12. in cuius casu ipse obseruat, quod licet per victum fuisset petita executio, id tamen effectum fuit citra præiudicium reclamationis pendentis, & proinde nil mirū si fuit admissa oblatio.

Item attendendum esse an sententia tribuat creditori dominium irreuocabile super ipsa re; nàm quando

5 solum agitur hypothecaria, non videtur dominiū irreuocabiliter ipsi quæri, nisi præuio ordine iudiciario fiat ipsius rei appretium, & adiudicatio ad disponendum, habendum, & possidendum &c. quousq; tamen dominium nō est irreuocabiliter creditori quæsitum, non est reijciēda oblatio iuxta text. qui hoc manifestè probat in l. vetustissimam C. de iur. domin. impetran. ibi, Plenissimè habeat rem creditor, idemque dominus iàm irreuocabilem factam.

Vndè cum in casu nostro res adiu-

6 dicata fuerit præuio appretio, non videbatur esse locum iuri offerendi, iuxta magistraliter tradita per Afflict. decis. 187. nu. 3. quem sequuntur Addentes ad ipsum, Capyc. decis. 202. nu. 9. Vinc. de Franch. decis. 112. num 9. Gramat. decis. 51. nu. 4. cum seq. D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. de assistent. num. 36. Muscatell. in praxi Sac. Cons. par. vlt. glos. adiudicantur num. 95. Andr. Gail lib. 2 pract. obseruat. obseru. 18. nu. 13. Milanens. decis. 12. num. 121. lib. 2. Marescott. lib. 2. variar. resol. cap. 135. num. 2. Costa de rata portione quęst. 65. num. 2.

Sed replicabatur, de illo appretio

7 nullam rationem haberi posse, nàm ab ipso

ab ipso fuit per conuentos appellatū, prout fieri posse à sententia expertorū scitum est apud omnes ex traditis per *DD.in l.arbitrio ff.qui satisdar.cogant.* Immò nunquam in rem iudicatam transire,tenet *Muscat.in praxi S.C.de appellat.par.1.glos.demandatur nu.50. Gramat.cons.ciu.118. Gratian.discept. forens.lib.2.cap.263. num.14.& seq.* cum ergo pendeat appellatio, non potest appretium vocari, & cum sen-
8 tentia loquatur conditionaliter, idest facto appretio,non potest dici dominium irreuocabiliter quæsitum, ita tenuit Sacrum Consilium teste eodē *Afflict. decis.*188. quē sequuntur *Capyc. Ricc. & Muscat.* superius à nobis relati,& *Fab.de Anna loc.cit.nu.*5.

Attamen licèt hæc vera sint,prout talia esse cēsuit vtrumque Tribunal, nihilominus Sacrum Consilium me referente, cum interuentu *Spectabilis Regentis Petri Iordani Vrsini Eminentissimi Iurisconsulti,& meritissimi Præsidis ipsius* censuit in hoc casu ius offerendi,etiam si dominium foret irreuocabiliter trāslatum,com-
9 petere debitoribus non alia ratione, nisi quia pupilli,& minores erant.Idque ex clara decisione *text.in l.si creditor de distract.pignor.* vbi *Martian.* ait. *Si verò tempus præterijt, aut si non eo pacto res venierit, non potest rescindi vēditio nisi minor sit annis 25. debitor, aut pupillus,aut Reipublicæ causa absēs, vel in aliqua earum causarum erit, ex quibus edicto succurritur.* Per quem *text.* hoc firmare *Salicet.in l.2.C.si antiq. credit.* dicit *Negusant. de pignor. memb.3.quintæ partis nu.5.vers.7. restringitur*,& notat ex *Ludouic.Morot.* eruditus *Donatus Antonius de Mariquotidian. resolut. cap.219. num. 12.* quod posset etiam euenire ex capite
10 in integrum restitutionis ex causa affectionis,quia res maiorum fuit, ad *text. in l.si emptionem ff.de minorib.* & notat *Anton.Faber in Codic. Fabrian. tit. si aduersus vendit. definit. 4.* iussit tamen Sacrum Consilium depositum fieri non solùm quantitatis de-
11 bitæ, sed etiam totius augmenti tàm temporis, quàm meliorationum,quæ industria creditoris in re accesserant, cum hæc omnia cedere debeant in beneficium ipsius, cui pignus fuit adiudicatum, seu venditū, ad tradita per *Aretin. cons.*160. *Dec. cons.*308. *Caphal. cons.*550. *num.* 23. *Mandell.cons.*369.*nu.*17.*Ludouic.Morot. cons.*40. *nu.*16. *in fine,& in tract. de secundo creditore offer. num.69. cum seq. Ioan.Vinc.de Anna alleg.*56.& tradunt *DD.in l penult.* per illum *text. C. de solut.* faciunt tradita per *Rot. Rom. decis.*356.*num.*1.& 2.*inter nouiss. collect. per Farinac. par.* 2. *tom.* 3. & per *Franc.Molin.de rit.nupt. lib.3. quæst.* 72. & nouissimè materiam exornat *D. Alphonsus Guzman in tract. de euict.quæst.*20.*per tot.* & præcipuè *nu.* 14.& 15. & *Vinc.de Franch.decis.*38. & 456.& *addentes ad ipsum*,& in nostris terminis id pro indubitato tenet *Mastrill. decis.*201.*nu.*17. subditque *nu.*18.id procedere etiam contra minorem, *Neuiz. cons.*70. *Mar.Muta*
12 *decis.*12.Quinimò ex *tex.in l.2.C.de præd. & omnib. reb. nauicular. lib.*11. docuit *Bart.* quem communiter sequuntur *DD.* quod emptor qui rem sibi vēditam proprijs sumptibus meliorem reddidit, & pretiosiorem,si ea à creditore hypothecario euincatur, poterit vti beneficio retentionis non solùm pro meliorationibus,sed etiam pro tota re , soluta primeua eius æstimatione ; sequitur pluribus comprobando *Gasp.Thes. qq.forens. lib.* 1. *cap.*71.*nu.*5. Qualis autem æstimatio fieri debeat in meliorationibus differit eleganter *Franc.Molin.de rit.nupt. lib.3.quæst.73. Magon.d.decis.Florent.* 51.*num.* 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier quocunque iudicio conueniatur, sequitur forum viri.*
2 *Priuilegium competens viro iure speciali, siue particulari, competit etiam vxori.*
3 *Mater videtur quasi contrahere cum pupillo, eiusque bona sunt tacitè ei obligata pro administratione tutelæ.*
4 *Mulier conuenta ex cōtractu proprio non declinat forum ex persona viri.*
5 Afflict. in constit. hostici exceptionem *declaratur.*
6 *Maritus habet formale interesse in redditione computorum tutelæ administrata per vxorem.*
7 *Pupillus potest dotem matris tutricis retinere, donec computa reddat.*
8 *Dispositio* text. in l.pro officio C.de administrat. tutor. *habet locum etiā in bonis auiæ, & matris tutricis.*
9 *Bona secundi mariti sunt tacitè obligata pupillo pro administratione tutelæ.*

De regula tex.in l.cum quædam puella de iurisd.omn.Iudic. & in l. mulieres C. de dign. lib. 12. quod locum habeat etiam vbi mulier conuenitur pro administratione tutelæ.

CAPVT XCIV.

1 EX *tex.in l.cum quædam puella de iurisd. omn. Iudic.* & clarius in *l. mulieres C.de dign. lib.* 12. desumitur regula, quod mulier quocunque iudicio cōueniatur sequitur forum viri, *l.3.& 4. C.de castren.& minist.lib.12.glos.in cap.cos 32.dist. Abb.& Imol.in cap.2. de foro compet.* quos sequitur *D. meus Regens Tapia ad l.fin.de constit. Princ. par.1.cap.3.num.6.* quod intellige in iudicialibus, vt per *Bald.cons.351. nu. 8. in fine volum.1.& cons.310.num.7. vol.3. Gratian.discept.forens. cap.623. nu. 3.* nam quoad reliqua retinet forum propriæ originis, idem *Bald.in d.l.cum quædam puella, Surd. dec.330. num.6. Gratian. discept. forens. tom.5. cap.886.nu.2.cum seq.* Hinc Lucretia Florillo mater, & tutrix Ioseph de Andretta, dum cōuenitur in M.C.V. ad reddendum computa administratæ tutelæ, petijt causam remitti ad Regiam Cameram Summariæ Iudicem competentem eius viri.

Dicebatur pro Lucretia, adeò veram esse regulam præfatam, vt procedere dicant *DD.* etiam si priuilegium fori cōpetat viro speciali quodam, seu particulari iure, quod probatur ex *tex.in l.eos C.de fabricens.lib. 10.* cui alios concordantes adiungit *Tiraq.ad l.1. connub. glos.1.par.1.nu. 28.* notat *Marian.Soccin.in rubr.de for.compet.vers.66.nu.13. D.meus vbi supra num.7.*& probatur *in l. ne ad diuersa C.de silentiar. lib.12.*& in puncto disputauit *Vinc. de Franch. decis. 363.* vbi & si non fuerit articulus decisus, tamen Sacrum Consiliū in hanc sententiā videtur inclinasse, & vidi postmodum aliam decisionem relatam per *Nunt.Tartagl. in praxi ciuili par. 2.nu.22.* cuius meminit *Philip.Pasch. de virib.patr.potest.par.3.c.10.nu.64.* & idem

& idem *Vinc. de Franch.* rursus quæstionem tangit *dec.*416.*nu.*2. eamque pro absoluto habere videtur *Thesaur. dec.*23.*nu.*1.*D.Ioan.Franc.Capiblanc. meritissimus olim Iudex M.C.et collega noster ad pragm.*8.*de Baron.par.*2. *nu.* 193. *Nouar. in praxi elect.for.sect.*3. *q.*3.*nu.*2.vbi latè *Milanens.decis.*9.*per totam*,vbi amplius decisũ refert, huiusmodi priuilegio gaudere vxorem etiam post mortem viri, *D.Reg.Rouit. ad prag.*1.*de cess.bonor.nu.*5.*vbi nu.*6. ampliat procedere etiam si cum viro litigasset.

Sed respondebatur, regulam præ-
3 fatam non posse locum obtinere in præsenti casu, eo quod Lucretia ex tutela gesta videtur quasi contraxisse cum pupillo: hoc enim fingit lex cum statuit bona ipsius esse tacitè obligata pro administratione tutelæ, ad *tex.* qui expresè loquitur in matre *in l. si*
4 *mater C.in quib. caus. pign. vel hypoth.* & notat signantèr *Decius cons.* 591. *Viuius decis.*317.*nu.*3. Inde cõsequitur, quod cum ipsa conueniatur ex contractu proprio non videtur posse forum declinare ex persona viri; ita namque docet *Afflict. in const.hostici exceptionẽ nu.*14.vbi ait. *Si verò vxor conueniatur ex contractu proprio, vel super bonis parafrenalibus,quorum fructus sunt etiã vxoris, vel super lucratis per eam ex operibus fabrilibus,quæ spectant ad vxorem, & non ad maritum, & tunc non potest gaudere exceptione hostica ex persona mariti,quia illud priuilegium opponendi exceptionem hosticam, est priuilegium personale competẽs marito ratione exercitij militaris, quod non transgreditur eius personam. Hæc Afflict.* cui consensit *Milanens. d. decis.*9.*nu.*17.*vsque ad finem*,dicens huiusmodi doctrinam multum facere pro decisione præsentis dubij secundum quam videbatur decidendum in fauorem pupilli excludendo Lucretiam ab exceptione prædicta.

Sed tàm Magna Curia, quàm Sa-
5 crum Consilium considerauit totum fundamentum opinionis *Afflict.* in eo versari, quod maritus nullum interesse habet in bonis, quæ mulier habet extra dotem,cum quibus contraxit,quod patet ex illis verbis *num.* 13. *Et tunc ratione interesse mariti cõpetit ei exceptio ex persona mariti.* Hinc sequela est necessaria,quod vbicumque maritus habuerit interesse gaudebit mulier foro ipsius, & hunc esse casum nostrum. Nàm quoties agitur de reddendis computis administratæ tutelæ, certum est maritum, qui est dominus rerum dotalium, *l. doce an-*
6 *cillam,& ibi DD.C.de reiuendic.*habere formale interesse, eo quod pupillus pro ea tacita obligatione contracta in bonis matris ad sui fauorem, actionem habet contra dotem, adeò
7 vt ipsam retinere possit,ad tradita per *Soccin. in suo celebri cons.* 180. *vol.* 2. quem sequitur *Dec. cons.*430. & alter *Soccin.cons.*126.*Ioan.Vinc.de Anna singul.*214.*Paul.Montan.in tract.de curat.tit.de ration.redd. cap.*77.*nu.*61. *Guttier.de tutel. par.*1.*cap.*8.*nu.*49. *& seqq.* quamuis opinio hæc sit valdè controuersa, vt videre est penès *Ant. Fabr.in Cod.Fabrian.tit.de iur.dot.def.* 46. *& tit.de rei vxor.actio. def.* 4. 12. 14.15.*&* 16. *Rota decis.*407.*par.*4. *in nouiss.Gomez decis.*66.*par.*1. *Card.Caualer.decis.*453.*nu.*3.*Gramat.cons.*114 *nu.*9.*Viuius d.decis.*317.*par.*2.*Pascal. de virib. patr.potest.par.*3. *cap.*10. *nu.* 43.*Costa de facti scient.et ignor.cent.*2. *dist.*21.*num.*19.*Steph.Gratian.discept. forens. tom.*1. *cap.*129.*nu.*21. *cum seq. Amat.variar.resolut.lib.*1.*resol.*49.*nu.* 102. *cum seq. Marescott.lib.*2.*variar. cap.*121.*nu.*67.*Fontanell.de pact nupt. tom.*2.*claus.*7.*glos.*3.*par.*12.*nu.*42. *& seq. Ripoll.variar.resolut.cap.*10. *num.* 168. *& seq.* cum alijs relatis per *Viscont,*

scont. in suis conclus. iur. verbo filius an possit, & contra eam decisum testantur *Vinc. de Franch. decis.* 642. *num.* 3. *Dominus meus in decis. Sac. Cons. Neap.* 42. *Mastrill. dec.* 189. *Castillo Siculus decis.* 32. *tom.* 1. sed videndus est pro veritate *Roland. à Valle cons.* 17. *vol.* 4. *Stephan. Gratian. decis. Marchiæ* 179. *Ioan. Andr. de Georg. alleg.* 36. *num.* 9. Verumtamen *Soccin. in d. cons.* 126. *per totum*, latè comprobat illam tacitam hypothecam à iure introductam ad beneficium pupillorum contra
8 bona tutorum, vt in *l. pro officio* 20. *C. de administrat. tutel.* habere locum etiam in bonis auiæ, & matris tutricis, *Dec. cons.* 349. *num. final. Guttier. de tutel.* 2. *par. cap.* 16. *num.* 14. quin potiùs & ipsemet vir respectu suorum bonorum habet in hoc iudicio redditionis computorum formale interesse, quia scitum est etiam
9 bona secundi mariti esse tacitè obligata pupillo pro administratione tutelæ secundum *Decium d. cons.* 591. quem sequitur *Vrsill. ad Afflict. decis.* 75. *num.* 4. *Guttier. practicar. quæstion. quæst.* 26. *num.* 11. *Alexand. Trentacin. lib.* 2. *variarum, tit. de arbitr. r. solut.* 2. *num.* 20. cum alijs adductis per *Horatium Viscont. in suis conclusion. iuris verbo mater fol.* 174. *in princ. Escobar de ratiocin. cap.* 34. *num.* 12. vbi de communi, & rursus plenè *Guttierez de tutelis par.* 1. *cap.* 9. *num.* 29. & contra eius viri bona potest exequi in defectum bonorum vxoris, post *Marsil. singul.* 248. latè *Escobar loco citato num.* 13. & 14. Ideò remissa fuit causa ad Regiam Cameram Summariæ, me referente.



SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio acquiritur vel ratione delicti, vel domicilij, vel originis.*
2 *Iudex loci delicti cæteris præfertur ad cognoscendum de crimine.*
3 *... originis, seu domicilij tenetur remittere delinquentem ad requisitioné Iudicis delicti.*
4 *Remissio non est facienda ab vno Iudice ad alium diuersi dominij.*
5 *Iudex requisitus, qui nullam habet in reum iurisdictionem, nō tenetur eum remittere.*
6 *Remissio de vno Iudice ad alium est omnino facienda, vbi alias delictum remaneret impunitum.*
7 *Testes ad deponendum cogi non possunt ab eo Iudice, à cuius iurisdictione sunt exempti.*
8 Gramat. decis. 26. *commendatur.*
9 Peguer. decis. 2. & 66. *notabiles sunt.*
10 *Vagabundus verus, vel præsumptus potest, vbicunque captus sit, puniri.*
11 Decisio notabilis Prætorij Messanensis *refertur.*
12 *Delinquens, qui fraudulenter à loco delicti ad alium exemptum confugit, potest in loco capturæ puniri instante parte.*
13 Senatus Sabaudien. *quid censuerit circa remissionem delinquētis de vna Prouincia ad aliam recensetur.*
14 *Iudex Ciuitatis ad quam delinquens confugit, poterit eum punire, si sit cōfœderata.*
15 *Confugiens ad Prouinciā diuersi Principatus publico nomine tutus est, & de ratione.*
16 *Vagabundus dici non potest, qui vt tutum se faceret de vno Regno ad aliud confugit.*
17 *Remissio de vno Regno ad aliud de vrbanitate faciēda est, vbi inter Principes pactum est fœdus.*
18 *Insulā Melitæ esse partē Regni Siciliæ.*
19 *Melitenses ratione directi dominij sunt*

sunt vasalli Regis Siciliæ.
20 *Remissio non est facienda de vno Iudice ad alium diuersi dominij, nisi duobus concurrentibus.*
21 *Informationi transmissæ à Iudice delicti stare omninò debet Iudex requisitus.*
22 *Iudex nullam acquirit iurisdictionem ex eo tantum quod offensus sit eidem subditus.*

Remissionem delinquentis de vno Regno ad aliud confugientis esse faciendam, saltim de vrbanitate, vbi Principes sunt confederati, præuia tamen requisitoria, & summaria criminis informatione.

CAPVT XCV.

1 NON est qui in iure dubitet eum, qui crimen aliquod committit non nisi ab eo Iudice posse puniri, cui ius dicendi po-
2 testas competit ratione delicti, originis, vel tandem domicilij. De Primo agit *tex. in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic. & in authent. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. cum concordant. suis.* De Secundo *text. in l. incola ff. ad municipal.* Et de Tertio *text. in l. 1. de interdict. & relegat. & in cap. licet de foro compet.* ex quibus regulam statuunt *Bart. in l. cunctos populos nu. 47. C. de summa Trinit. & fide cathol.* cum alijs relatis per *Farinac. de inquisit. quæst. 7. num. 1.* latissimè *Tiber. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 3. 16. & 17. Peguer. decis. 87.* quamuis inter hos, Iudex loci delicti cæteris ad cognoscendum de crimine præferatur, *Vincent. de Franch. decis. 37. num. 1. & decis. 105. num. 1. & 11. Farinac. loco proximè citato num. 1. Decian. d. cap. 17. de for. delict. Thesaur. decis. 90. nu. 1. Peguer. loco citato nu. 5.* quia forus delicti cæteris est principalior, & dignior, *Franc. Marc. decis. 921. par. 2. Caball. resolut. crimin. 162. Hieronym. de Laur. decis. Auenion. 114.* latè *Ricc. resol. 88. par. 2. & decis. 132. per totam par. 3.* eleganter *Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. noua recopilat. num. 64.* quo fit vt Iudex loci originis, seu do-
3 micilij delinquētis ad requisitionem Iudicis delicti teneatur eum remittere, vt pro indubirato tenet *Iul. Clar. §. fin. quæst. 38. num. 19. vers. est autem,* qui testatur de communi *Auendaño resp. 4. num. 2. Azeued. ad d. l. primam nu. 8. & 24. Ricc. d. decis. 132. num. 4. & 5. par. 3. Couar. practicar. quæstion. cap. 11. num. 6. Gramat. decis. 26. nu. 7. & 8.* plenissimè *Farinac. de inquisit. d. quæst. 7. nu. 29.* vbi plures de communi testantes recenset. Nisi tamen Iudex requirens, & requisitus essent
4 sub diuerso dominio, & Principatu; nā hoc casu non esset facienda remissio, vt tenet *Bald. in l. 2. versic. sed numquid C. de seruis fugitiuis, & in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet,* vbi testatur hanc sententiam esse totius orbis Christiani vsu, & praxi receptam, *Odofred. in authent. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oportet, Iacob. de Beluis. Matth. de Afflict. Nicol. Boer.* & alij relati per *Couarruuiam practicarum quæstionū d. cap. 11. num. 10. Bossius de foro competenti*

 num.

num. 52. & seqq. *Farinac.* post alios *loco citato num.* 25.

Hæc limitatio ad regulam præfatam dubiam reddidit quæstionem in Magna Curia excitatam inter Procuratorem Serenifs. magni Magistri Militum Diui Ioannis Hierosolymitani, & D. Mariam Serfalē; namq; patrato in Insula Melitæ per Ioannē Baptistā Scalamonte crudeli homicidio in personam Fratris D. Didaci de Matera filij prædictæ de Serfale, & capto prædicto inquisito cū literis requisitorijs in hoc Regno, dicebatur pro parte pdicti Magni Magistri, esse omnino ad eum remittendū tanquā Iudicem delicti, ex regulis superius traditis, eo præsertim quia Iudices huius Regni nullam in reum prædictum iurisdictionem habebant, nec ratione originis, etenim is erat An-
5 conitanus, nec ratione domicilij, quo casu remissio omninò facienda est etiam si sit sub diuerso Principe, iuxta *text. in* §. *audient quoque, authent. de defensor. Ciuit.* vbi Iudex qui de graui crimine cognoscere non potest ad Præsidem remittit delinquentes, & expressius *in* §. *si quis verò comprehensorum, Authent. vt nulli Iudic.* ibi; *& ad Iudicem Prouinciæ transmittere in qua peccauit supplicijs legitimis subijciendū,* & ideò hanc esse veriorem sentētiā, & in praxi receptam dicit *Azeued. ad l.* 1. *nu.* 20. *&* 21. *tit.* 16. *lib.* 8. *noua recopilat. Facchin. controuerf. iur. lib.* 9. *cap.* 22. *Barbos. in l. hæres absens* §. *proinde num.* 86. *& seq. de iudic. Decian. in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 7.
6 *&* 8. foueturq; fortissimis rationibus, nam aliàs delictum remaneret impunitum, ad quod inconueniens euitandum omninò est facienda remissio, vt post *Anan.* dicit communiter teneri *Iulius Clar. d. quæst.* 38. *nu.* 19. *Azeued. vbi supra num.* 23. *Peguera decis.* 2. *nu.* 3. rursus in loco delicti commodius de crimine discutitur, nam
7 ibi habentur testes ad illud probandum, quos vtique Iudex requisitus ad deponendum cogere non posset tanquam exemptos a sua iurisdictione, *l.* 3. §. *fin. de testibus,* notat *Decian. d. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 7. *&* 8. *Azeued. ad d. l.* 1. *num.* 26. *& Peguer. loco citato num.* 1. *in fine, & decis.* 66. *nu.* 3. *&* 4. vbi alias adiungit rationes, licet ipse contrariam subsitineat sententiam, vt dicemus inferius.

Et hæc pars confirmatur egregiè
8 ex decisis in fortiori casu relato per *Gramat. decis.* 26. vbi conspicitur delinquentem huius Regni originariū, & in eo captum pro crimine commisso in Ciuitate Anconæ, quæ est sub dominio Ecclesiæ, fuisse ad Iudicem loci delicti remissum.

Verumtamen pro parte eorū, qui necem defuncti prosequebantur, dicebatur non esse locum remissioni petitæ per magnum Magistrum, etenim necessaria est iurisdictio aliqua vno ex tribus modis supra enunciatis, vt delinquens possit ad Iudicem alterius Prouinciæ remitti, prout ex *text. in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. tenuerunt *Anton. de Butr. Aretin. & Felin. in cap. final. de foro compet.* & non solum esse de iure communem, & veriorem sententiam tradit *Boss. eodem titulo de foro compet. num.* 56. sed *DD.* omnes vno ore testantur de generali totius orbis consuetudine esse receptā, prout post plures tàm antiquos, quàm modernos tenet *Iulius Clarus in praxi* §. *fin. quæst.* 38. *vers. sed certè, Bonacoss. commun. opin. lib.* 1. *versic. remissio rei in fine,* & sequitur *Farinac. dicta quæst.* 7. *num.* 28. latissimè hanc
9 partē fundat, & tuetur *Ludou. Peguer. deci.* 2. *&* 66. vbi amplius decisum refert, non solum fuisse improbatam remissionē factam in casu inibi proposito, sed etiam capturam delinquentis, idemq;

idemque tenuit Nicol. Boer.decis.29.
nu.5.& 8.Tiber. Decian.d. lib.4. cap.
19.nu. 10.pulchrè Caßan. ad Consuet.
Burg.rub.12.num.14. Ricc. decis. 49.
par. 1,qui omnes plures alios conge-
runt, ita vt videatur de hoc non esse
amplius controuertendum.

Et quamuis Ias.cons.21.n.1.vol.1.
relatus per Boer. loco proximè citato
num. 6.vers.sed prædictam, eam con-
suetudinem seruandam intelligat,
quando Iudex de remissione requi-
situs potest delinquentem punire,
quasi quod vbi nullam habet iurisdi-
ctionem, teneatur delinquentem re-
mittere,& tenent etiam Clar.d.quæst.
38.num.19. Azeued. ad d.l.1. tit. 16.
lib.8.recop. num.23. & 49. Peguera
d.decis.66.num.19.quicquid tamē sit
de huius conclusionis veritate, mi-
nor pars huius argumentationis, quod
scilicet deficiat Iudicibus huius Re-
gni, qui prædictum Ioannē Baptistā
carceribus manciparunt iurisdictio,
& potestas animaduertendi in eum,
hæc quidem falsa est ex duobus.

Primò,quoniam præter tres casus
supra enumeratos, in quibus iuris-
dictio fundatur, ea quoque exerceri
10 potest contra vagabundum verum
vel præsumptum, dico præsumptum,
quia fortè suspicio sit maxima eum
ad locos subditos Iudicibus,qui eum
punire possent, intra breue tempus
nō migraturum, vt egregiè exempli-
ficat Couar. dicto cap. 11. num. 10.
vers.attamen, subdens hoc casu pos-
se talem delinquentem puniri à Iu-
dice illius loci vbi moram fecerit,
aut per quem transiuit viator ex tex.
in l.1.ibi,vel vbi reperiuntur rei C. vbi
de crimin. ag. oport. ad quod allegat
Speculatorem, Antonium de Butro, &
Panormit. & hāc conclusionem sim-
pliciter in vagabundo tenent Clar.in
§.fin.quæst.39.vers.cæterum Boss. de
for.competen.num.70.Ioseph. Ludouic.
decis.Lucens.16.num.19.Peguer.dec.3.
nu.7.& 13. Gramat.decis.26.sub n.9.
Decian. d. lib.4. cap.13. num.5. Ricc.
variar.resolution.resol.84.par.2. Fari-
nac.de inquisit. quæst.7. num.13. vbi
de communi testatur Facchin. contro-
uers.iur.lib.9. cap.24. Cassan. ad Con-
suet.Burgund. d.rubric.12.num.12. &
per hos terminos decisum fuisse in
casu inibi relato testantur Marius
11 Muta super Pragm.Sicil. tom.1. tit.10.
de for.compet. num.36. D. Io. Franc.
del Castillo dec.158.to.2. & sic etiam
practicatum dicit Gothofred. à Bauo
Senator Sabaudiens.in tract. reatuum
cap.16.num.8.& seqq.

Secundò iurisdictio exerceri po-
test à Iudice alias iurisdictionē non
habente in eum, qui postquam in
alterius perniciem crimen patrauit
12 fraudulenter à loco delicti fugerit vt
tutum se faceret ad eum locū, à quo
remissio fieri non posset, eo quod
sub alterius dominio sit; nam inquit
Couar. loco proximè cit. Iniquum vi-
detur, quod hic nec sit remittendus
ad locum delicti, nec sit puniendus
à Iudice illius loci ad quem confu-
git, petente offenso publicam vindi-
ctam,eo namq; casu crimen remane-
ret impunitum, quod esset contra
rationem naturalem, ideoque in Se-
natu Sabaudiensi sic pluries iudica-
tum,vt exterus confugiens ad eam
13 Prouinciam pro crimine alibi patra-
to,debeat in eadem pęnam legitimā
subire refert idem Gothofred. à Bauo
loco proximè cit. num.12. omninò vi-
dendus.

Idq; maximòpere procedere,si Ci-
uitas ad quā delinquens confugit,sit
14 Prouinciæ in qua deliquit confęde-
rata,nam poterit in ea puniri per tex.
in l. non dubito in fine de captiu. quo-
modo post Cataldin.in tract.de Synd.
Bald.Card.Alex. Ias. & Hippol. de
Marsil. docet Decian.d.lib.4.cap.17.
nu.32.

nu. 32. & sequitur *Azeued. loc. sæpè cit. num.* 106.

Comperens ergò erit Iudex delinquentem capiens, si tamen pars offensa coram eo accusationem instituat, vt per *Couarr. d. cap.* 11. *nu.* 10. *circa medium*, & sic determinatum in Cancellaria Pinciana refert *Azeued. loco cit. num.* 38.

Ex quibus satis probatum esse dicebant Aduocati quærulantis prædictum Ioannem Baptistam nullatenus esse remittendum ad Serenissimum Magnum Magistrum militum: quinimò pro eo crimine quod patrauit in personam prædicti D. Didaci Vasalli originarij nostri Regis esse puniendum per Iudices Regios huius Regni, prout sic fieri validè instabant.

His tamen non obstantibus Supremum Collaterale Consilium, quod Proregis personam representat in hoc Regno, votante etiam in eo Magna Curia Vicariæ, bis causa sollemniter discussa die vltima Maij, & rursus .. Iunij 1634. cēsuit iuris rigore inspecto, validam esse consuetudinē illam generalem non remittendi delinquēres ad Prouincias diuersi Prin
15 cipatus confugientes: etenim negari non potest eos publico nomine tutos esse *l. post liminium* §. *postliminio de capt. & postlim. reuers.* idque propter separationem, & authoritatem iurisdictionum, prout in proprijs terminis differit *Fulgos. cons.* 149. *n.* 2. quem sequitur *Barbos. ad l. heres absēs* §. *proinde in art. de for. delict. nu.* 159. vnde quidquid *Couarr. loc. cit. & ceteri*, qui eum sequuntur supra relati, existiment, si huiusmodi confugientes tuti sunt vt remitti non possint ad Iudicem delicti, multò fortiùs securi erunt vt possint à Iudice capiēte puniri, & cōdemnari: ad hoc enim necessaria omninò est iurisdictio aliqua apud eum Iudicem, & tamen scitum est ipsum omni iurisdictione esse exutum. Vnde *Bald. in l.* 1. *nu.* 9. *C. de Sum. Trinit. & fid. Cath.* appositè inquit, delinquentem confugiētum ad Prouinciam diuerso dominio subditam, esse omninò securum, & tutum respectu Prouincialium, & ita vbique seruari post *Fulgos. d. cons.* 149. *num.* 2. *Thesaur. decis. Pedemont.* 90. *num.* 4. *Hipolit. cons.* 99. *num.* 20. tenet *Barbos. loco proximè cit. n.* 153. quo loci latè quæstionem examinādo, fallacem esse demonstrat *Couarruuiæ* opinionem, quam etiam reprobat *Farinac. d. quæst.* 7. *num.* 30. *vers. verum his non obstantibus*.

Et ad id quod dicebatur saltem
16 hunc inquisitum puniri posse ranquā vagabundum, dictum fuit talem dici non posse eum, qui propter delictum commissum in vno Regno ad aliud vt tutum se faceret, confugit, nam is præsumitur habere animū constituēdi ibi suum domicilium, & per consequens vagabundi requisita non habebit, vt bene ad rē nostram aduertit *Barbosa, vbi proximè num.* 19.

Nihilominus de vrbanitate Principis existimauit esse prædictum Ioānem Baptistam remittendum iuxta
17 tradita per *Thesaur. decis.* 90. *num.* 4. *Iul. Clar. quæst.* 96. quem sequitur *Farinac. loco citato sub num.* 32. *Decian. d. cap.* 19. *num.* 6. *Peguer. decis.* 66. *nu.* 19. *in fine, Couar. dicto cap.* 11. *nu.* 5. *vers. quarto erit*.

Ad hanc vrbanitatem exercendā ex duobus motus fuit supremus Senatus: Primum, nam inter Religionem Hyerosolimitanam, & Inuictissimum Regem nostrum strictissimum fœdus est pactum: quo casu non esse ab vno Principe ad alium denegandam remissionem tradunt *DD.* superius relati, quibus addendi sunt *Alex. cons.* 84. *num.* 12. *lib.* 3. *Ias. in l. vbi pactum*

ctum nu. 18. *C. de transact.* quem post alios sequitur *Hipol. de Mars. in prac. crimin. §. opportunè nu.* 36. *Didac. Perez ad l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordination.* & expressè docet *Rebuff. ad ll. Gallicas tom.* 2. *tit. de literis requisitor. glos.* 2. *num.* 8. *D. Marius Muta super pragm. Sicil. tom.* 1. *tit.* 10. *de for. compet. num.* 36. Quicquid in contrariũ existimet *Barbos. loco cit. num.* 136. cuius dicta possent habere locum vbi remissio peteretur de rigore iuris.

Secundum nam extat in hoc Regno Regia Pragmatica, quæ est 3. *sub tit. vbi de delict. quis conuen. deb.* qua statuitur, quod delinquẽtes tã in eo, quàm in Regno Siciliæ Vltra pharũ remittantur ab vno ad aliud ad inuicem, cuius mentionem facit *Mut. loc. proximè cit. num.* 37. eiusque dispositionem locum habere in præsenti casu dictũ fuit, eo quod Insula Melitę

18 est pars Regni Siciliæ, & licet fuerit in feudum concessa ab inuictissimo Imperatore Carolo Quinto Religioni prædictæ, habet tamen in ea Rex Siciliæ directum dominium, cuius respectu exigit quotannis certũ tributum; ideoq; Melitenses esse quodammodo ei subditos aduertit *Do-*

19 *minus meus Regens Tapia decis.* 8. *supremi Italiæ Senatus nu.* 23.

Habitum tamen fuit pro absoluto, quod ad remissiones huiusmodi faciendas, duo præcedere debent. Pri-

20 mum, quod Iudex delicti suis literis requirat vt delinquens remittatur vt tradunt ferè omnes *DD.* supra citati, & præsertim *Barbos. d. §. proinde num.* 69. *&* 88. *Decian. d. cap.* 19. *in princip. Farinac. d. quæst.* 7. *num.* 23. *Boss. de for. compet. num.* 48.

Secundum, quod vnà cum literis requisitorijs Iudex delicti trãsmittat Iudici requisito aliqualem informationem, ex qua is summariè, & extraiudicialiter ad sui tantum instructionem possit cognoscere crimen fuisse à delinquẽte, cuius remissio petitur,

21 inibi patratum, cui informationi Iudex requisitus stare omninò tenetur iuxta doctrinam *Alberici in authen. qua in Prouincia num.* 12. *C. vbi de crimin. ag. op.* quem sequitur *Guid. Pap. decis.* 202. *n.* 2. *Couar. pract. quæst. d. cap.* 11. *num.* 8. *Didac. Perez. ad l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 8. *ordin fol.* 340. *col.* 1. cum alijs quos refert *Barbos. loco cit. n.* 75. licet ipse sine fundamento *num.* 77. ab hac opinione discedat, quam etiã amplexus est *Farinac.* dicẽs communiter seruari *d. quæst.* 7. *num.* 35. *Godofred. à Bauo d. quæst.* 16. *nu.* 11. dicens Iudicẽ requirentẽ teneri trãsmittere copiam informationum, quod ego necessarium non existimo, *Peguer. d. decis.* 66. *num.* 17. *Decian. d. cap.* 19. *nu.* 17. *Azeued. ad d. l.* 1. *num.* 40. *&* 59. *Franc. Marc. decis. Delphin.* 400. *n.* 7. *p.* 1. *Gramat. decis.* 26. *in prin. Castillo d. decis.* 158. *nu.* 15.

Nec ad impediendam huiusmodi remissionem esse attendẽdum quod offensus fuerit originarius huius Regni, quoniam *Imol. in Clem. Pastoralis num.* 23. *vers. nota* 6. *de sent. & re iud.* quem sequitur post alios *Farinae. loco cit. nu.* 2. regulã supra *nu.* 21. firma-

22 tam ampliat etiam si delictum sit cõmissum in offensam alicuius subditi Iudicis procedere volentis: quinimò & si hac sola ratione Iudex puniret delinquẽtẽ, sẽtẽtia erit omninò nulla tanquam ab incompetẽti lata.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ resultant ex ventre instrumenti ipso iure repellunt agentem.*

2 .. *iuris non reseruantur ad merita causæ.*

3 *Rem differre ad tempus, est grauamen inferre.*

4 Pa-

4 *Pactum, quod venditor census teneatur vltra decem soluere collectas esse vsurarium.*
5 *Excessus facit totum contractum censualem corruere.*
6 *Arbitrio Iudicis remittitur an exceptio requirat altiorem indaginem, & num. 16.*
7 *Iudex solus in iudicijs est bonus vir.*
8 *Reseruatio exceptionis ad merita causa quare sit inducta.*
9 *Appellari non potest à decreto Iudicis reseruante exceptionem ad merita causæ.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem ad merita causæ reseruanda est.*
11 *.. requirens altiorem indag. quænã sit.*
12 *Incontinenti probatum quando aliquid dicatur.*
13 *Verbum* incontinenti, *aliquandò pro decennio accipitur, item pro mense; & pro triduo.*
14 *Incontinenti probari quando dicatur in Regno.*
15 *Exceptio continens dubiam iuris, vel facti altercationem, dicitur requirere altiorem indaginem.*
17 *Iudicis arbitrium debet secundum leges regulari.*
18 *Pactum, quod excedit legitimam metam non vitiat totum contractũ censualẽ, sed reducitur ad legitimam summam.*
19 *Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus.*
20 *Collecta est onus mixtum.*
21 *Pactum, quod venditor census teneatur soluere collectas, substinetur in Regno, de generali consuetudine.*

De exceptionibus quę possunt ad merita reseruari, & præsertim de exceptione vsurariæ prauitatis, & de pacto, quod venditor teneatur vltra redditum taxatum per Bullam, & Pragmaticam de censibus, soluere etiam collectas, quod non constituat contractum fęneratitium.

CAPVT XCVI.



1 Iximus aliàs, exceptionum, quę ex ventre publici instrumẽti resultant, eam esse naturam vt ipso iure, & officio Iudicis repellant agentem, ideoque non debere ad merita causæ principalis reseruari, ex *Surd. cons.* 186. *& Cephal. cons.* 387. *nu.* 1. & statutum disponẽs quod exceptiones requirẽtes altiorem indaginem possunt reseruari, nõ intelligi de exceptionibus claris de-
2 quibus in promptu liquere potest, nec de exceptionibus iuris, quæ nullam facti admixtionem continent, prout docuerunt *Menoch. Surd. Bimius*, & alij relati per *Mastrill. decis.* 8. *num.* 7. *& sequen.* & latiùs est videre in *c.* 76. vbi diffusè disseruimus, an exceptio vsurarię prauitatis impediat publici instrumenti executionẽ, de qua re agens *Foller. in commentar. ad pragm. de censib. vers. quæ quidem exequutio*

3 *exequutionu.*23. dixit, quod rem differre ad tempus est grauamen inferre *l.*2.*in fine C.de tempor. appellat.* & ideò posse ab eo appellari *Mastrill. d.decis.*8.*nu.*7.

Huiusmodi esse exceptionem oppositã in Regia Audientia Principatus Citrã per hæredes Petri de Alphano in iudicio executiuo contra eos intẽtato per Sebastianũ de Mãdia vigore publici instrumẽti cẽsualis dicebatur in M. C. V. Etenim cũ annuus census esset venditus liber, & frãcus ab omni onere, præstatione, & qualibet specie seruitutis, & pcipuè

4 à solutione collectarum, consequi videbatur contractum esse vsurarium, quia in eo quod venditor soluit pro collecta, seu gabella, trascendit metã Bullæ Summi Pontificis Nicolai V. & Regiæ Pragmaticæ primæ de censibus, idque habet emptor vltra decem, prout specificè docet *Siluest. in summ. verb. vsura col. 6. in fine cum seq. vers. nono* sequitur *Bart. de Capua ad cap. Reg. pro publici bono num.*29.& facit *textus in l. debet de ædil. edict.* ibi, *quid ergo si fortè vectigalis nomine datum est quod emptores fortè sequeretur, dicemus hoc quoq; restituendum*: *indemnis enim emptor debet discedere*, per quem textum talem contractum præsumi fæneratitium, & simulatum docuit *Cepolla de simulat contract. nu.*41.*versic.*6.*præsumptio Paris. consil.*54.*nu.*77.*& consil.*55.*nu.*56.*lib.*1. *Natta consil.*198. *num.*13.*lib.*1. *Rolan. consil.*40.*n.*33.*lib.*2. *Menoch. de præsum. lib.*3.*præsumpt.*122.*n.*58. *Surd.* post mul-

5 tos *dec.*34.*nu.*2.& talis excessus adeò vitiat contractum, vt faciat ipsum totaliter corruere, nec possit in parte vlla substineri, ita docet *Dom. de Soto de iustit. & iur. lib.*6.*quæst.*10. *art.*2. & post eum *Peguer. decis.*33. *num.*12. *in fine* subdens efficacem rationem, quia alia mercatores de facilè graues vsuras stipularentur, cum scirent ipsis non posse deficere illas, quas legitimè stipulari poterãt. Ex quibus videbatur perperam iudicasse Regiam Audientiam, reseruando prædictã exceptionem ad merita causæ & proinde ab eius decreto iustè fuisse appellatum.

At pro parte illorum de Mandia respondebatur. Primò appellantem à decreto reseruatæ exceptionis ad merita causæ nõ esse audiendũ, quia hoc ꝙ est exceptionẽ esse intricatã, & requirere altiorẽ indaginẽ remit-

6 titur arbitrio Iudicis, & eius dicto statur ita *Inn. in c. cũ in iure peritus de off. deleg. Bart. in l.*4.§.*condemnatum de re iud. Bal. in l. si ex falsis n.*11.*ad med. C. de trãsact. Menoc. de arb. lib.*2. *cẽt.*1.*cas.*20.*n.*3.*& de recup. poss. rem.*1.*n.*260. & dicemus inferius. Cùm ergo sit in

7 arbitrio Iudicis, non potest ab eius decreto appellari, cũ ipse solus in iudicijs sit bonus vir *l. Thais* §. *sororẽ de fideicom. lib. Couar. var. resolut. cap.*12.*n.*3. *Menoch. de arbitr. quæst.*70.*n.*7. *lib.*1. præsertim quia ex huiusmodi reseruatione nullum grauamẽ resultat parti, nàm probata postea exceptione gesta sunt nulla, *l. ille à quo* §. 1. vbi *DD. omnes ad Trebell. Mars. sing.*365.*nu.*2. huiusmodi enim reserua-

8 tio inducta est ne retardetur processus super negotio principali *DD. in l. nam, & postea*, per illum *tex. de iur. iur. Maran. in sua pract. p.*6.*mẽb.*8. *nu.*

9 14.*in antiquis*, & ita in specie nõ posse appellari à decreto Iudicis reseruante exceptiones ad merita causæ iudicasse Sac. Cons. testatur *Io. Vinc. de Anna sing.*605. eumque sequitur post alios *Steph. Gratian. to.*1. *discept. forens. cap.*170.*nu.*4.*& seq.*

Vlterius quoad decreti iustitiam dicebatur, exceptiones omnes requi-

10 rentes altiorem indaginem, & longiorem discussionem certum esse,

Ggg ad

ad merita causæ reseruari debere, nec impedire exequutionem, ita respondet *Consultus in l. ille à quo 13. §. si de testamento ad Trebell*, ibi, *interdū auditum dum fideicōmissarius, ysi prolixionem tractatum habeat*, & rursus *in l. 3. §. ibidem ad exhib.* vbi *DD. classici omnes* cōmuni cōsensu id fatentur. *And. de Iser. in cōst. vsurariorū vers. hoc qua liter; Aff. dec. 5 v. Gramat. dec. 69. in fin. & dec. 66. n. 45. Dom. Reg. & Auunculus meus in comment. ad Constit. Regni exceptiones dilatorias vers. in ipso Iudicij exordio D. Reg. Rouit. ad pragm. 5. de ordin. iudic. nu. 12. Riccius collect. 2248. Cap. dec. 10. Cagno. dec. Montisfer. 32. Puteus dec. 233. lib. 3. Marant. in prax. 6 par. principali memb. 8. nu. 13.* cum mille alijs.

Variarunt quidē ipsi in designādo quænā sit quæ dicatur requirere al-
11 tiorē indaginē. Nā *Bar. in extrauag. ad reprimendum verb. sūmariè* docuit eam esse, quæ non potest examinari intra tantum tempus quantum principalis processus expeditur, etiam si illa nō opponeretur, vt *in l. si is à quo in principio, vt in poss. legat.* hoc idem post multos censuit *Menoch. cōs. 673. n. 9. & D. Reg. Moles in suis dec. manuscrip. q. 19. ad cap. Reg. ex præsūptuosè nu. 38.* quod altior indago ea dicitur quādo id quod agitur seu excipitur explicari non potest intra tempus iudicij summarij, eāque sententiā secuti sunt innumeri *DD.* relati per *Argell. de acquir. poss. q. 2. art. 7. nu. 252.* vbi eam latè defendit.

Alij dixerūt exceptione eo casu requirere altiorē indaginē, & posse reseruari ad merita causæ, quoties id quod excipitur nō potest in cōtinēti probari; ita *Ceph. cōs. 4. n. 18. lib. 1. Dec. cons. 467. n. 5.* & alij quos sequitur *Ludou. dec. Rotæ Lucen. 24. n. 5. Intrig. dec. 17.*
12 *Triuis. dec. 2.* incōtinenti autem probari dixerūt quādo absq; oppositione ex instrumentis probari potest *Triuis. d. dec. 2. Carau. ad rit. 166. nu. 6.* vel qn̄ probatur ex pcessu, & actis, sine aliquo termino *Beniotād. dec. Bon. 77. nu. 14.* vel qn̄ probari potest in termino ad probandū cōcesso in causa principali; ita *Greg. Lop. in l. 7. tit. 4. art. 5. verb. possess. Molin. de primogi lib. 3. c. 13.* &
13 quāuis sciam quādoq; hoc verbū *incontinenti*, accipi pro decennio, *glos. in l. habeo C. quom. et quād. iudex*, vbi *Bal. n. 1.* interdū prō vno mense *l. diuortio.* vbi *Alex. n. 10. ff. sol. matr.* vt plurimū pro triduo *l. final. § illicò* vbi *Ias. C. de iudic. Barbos. de dictionib. dict. 133.* & in specie *Viuius decis. 107.* tamen in proposito accipitur pro illicò, hoc est nullo actu interiecto, qui alienus sit ab eo negotio quod agitur, *Cuiac. lib. 3. quæst. Pauli cap. 3.* & latius materiam prosequitur *Argell. de acquir. poss. quæst. 2. art. 2.*

In Regno autem illud quod dicitur incontinenti debere proba-
14 ri, interpretatum videtur per quinque dies per pragmaticam, quæ incipit *comparente* per quam dispositum est, quòd tales exceptiones intelligantur reseruatæ ad merita causæ, si in eo termino non probentur, ita tenet *Marant. dict. part. 6. principali memb. 8. nu. 15. in antiquis.*

Tertia sententia tenet, quod exceptio tunc requirit altiorem inda-
15 ginem, quando continet iuris, vel facti altercationem, ita docet *Vincent. Franch. decis. 289. numer. 6. Foller. ad pragmatic. de censibus vers. quæ quidem execusio, & Ricc. collect. 2248. Muscatell. in praxi par. 5. glos. reseruatis nu. 22.*

16 Postremò voluerunt alij hoc totum remitti arbitrio Iudicis, *Felin. in cap. cum contingat num. 14. vers. 2. fallit de offic. delegat. Marsil. singul. 365.* & post Romanū, *Crauett. Socc. Tiraquell. Rebuff.* & alios diximus supra, & *Menoch.*

Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cas. 20. quorum opinio vbique hodie recepta est, & passim practicatur in supremis Curijs, & ideò dicebatur nullum grauamen illatum fuisse per Regiam Prouincialem Audientiam, cui arbitrariũ erat, vel discutere, vel reseruare exceptionem.

Fateor quidem arbitrium Iudicis subditum esse legibus, & secundum
17 eas debere regulari, vt eleganter aduertit *Lucas de Penna in l. 2. nu. 11. C. de numerar. & actuar. lib. 12. Card. Paris. cons. 56. num. 5.* sed adhuc dicebatur rectè arbitratum, & iudicatum fuisse, quoniam licet in facto appareret id quod pars prætendit de excessu in quantitate census ex pacto adiecto, quod venditor teneatur soluere onera collectarum, & gabellarum; verum tamen non est in puncto iuris contractum huius-
18 modi esse vsurarium, quia verior sententia tenet reduci debere ad legitimam metam statutam per Bullam, & Pragmaticam, & in ea consistere debere sublato excessu tanquam legitimum, & verum.

Probatur primò per *tex. in l. pecuniæ fænebris 9. de vsur.* ibi *superfluo detracto, stipulatio vires habet.* Secundò, *in l. placuit 29. eod. tit.* ibi, *quod illicitè adiectum est pro nõ adiecto haberi, & licitas peti posse.* Tertiò, *in l. eos §. fi. C. eod. tit* ibi *nullã penitus de superfluo habeant actionẽ*, per quæ iura decisum fuisse per M. C. V. excessum, & pactionem vsurariam tantũmodò viriari, firmo in reliquo remanente contractu, testatur *Dominus Regens Rouitus in comment. ad pragmatic. 1. de censib. num. 14.* & nouissimè *decis. 33. num. 11.* confirmat suam opinionem authoritate *Petri Gregorij Tolosani in tract. de vsur. lib. 3. cap. vltim. libr. 10. per totum*, & idem firmauit *Couarr. lib. 3. variar. cap. 9. nu. 6. ad finem* dicẽs quod si redditus annuus minori pretio quàm par est constituatur, non committeretur vsuræ vitium, sed erit potius iniustitia in pretio, *Petrus de Gregor. de censibus quæst. 7. num. 4.* inibiquè *Mastrill. in addit. numer. 21. 22. & 23.* materiam latè examinat, & concordantes adducit, & rursus *in decis. 94. num. 13. & 19.* dicit ita decisum & refert *Blascum Lanceam* testantem sic semper fuisse suis temporibus iudicatum per Mag. Reg. Curiam, & rursus *decis. 245. num. 55.* dicens id procedere vbi excessus paruus est, idque neruosè defendit *Rodriquez de ann. redd. lib. 1. quæst. 7. num. 8. & sequentibus*, & nouissimè *Dom. Gait. tractat. de credito cap. 2. tit. 7. nu. 1580. & Farinac.* in pulchro casu *decis. nouiss. Rot. Roma. decis. 159.* adhibet notabilem distinctionem ideò videndus omninò, *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 543. num. 6.* & rursus in propria materia censuali *cap. 141. nu. 10. & cap. 14. num. 9.*

Et confirmatur quoniam vtile per inutile vitiari nõ debet *c. vtile de reg. iur. in 6. l. 1. §. sed si mihi de verb. obli.* pſertim in his q̃ cõmodã separationẽ recipiunt; nã quoties detracto vitio reliquus actus sustineri potest, nò est cur vitietur. Hæc sententia probatur meo iuditio expresè *in l. si non sortem §. si centum* ibi, *superfluũ olei esse repetẽdũ nõ totũ*, & rursus *repeti posse non totũ pretiũ, sed partis indebitæ pretium, de condict. indebit.* ideò eã tuetur *Andr. Gaill. pract. obseruat. obseruatione 5. num. 8.* qui ita solere iudicari in Imperiali Camera aĩt, *Farin. dec. crimin. 10. nu. 6. post cons. eiusdem, Ant. Gomez de contract. to. 2. cap. 10. tit. de indiuid.* vbi an & quatenus actus dicatur indiuiduus *Tiraquel. de retract. p. 1. §. 1. glo. 2 1. n. 17. additẽs ad Farin. loc. cit. verb. vtile*, vbi dicũt verissimã

esse hãc distinctionem, quod in diuiduis,& separabilibus vtile per inutile non vitiatur, *Gasp.Thes.lib.1.qq.for. quæst.69.per totam* hanc partem defendit, omnesque loquuntur in specie vsurarum,& nouissimè vidi decisionem Rotæ Romanæ coram *Cardin. Pamphilio*, quæ est 117. *inter impressas post tract. de censibus Ludouic. Cencij*, vbi decisum fuit pacta apposita contra formam Constitutionis Pij V. non vitiare contractum censualem, sed esse habenda pro non appositis, tanquam vitiosa, aliâque refert *Farinac. inter* 372. *deciones criminum, & testium ab ipso collectas, quæ est* 176. *coram Cardinal. Seraphino*, & rursus coram *R. P. Coccino decis.*671. *num.*2. *in nouiss. recoll. eiusdem Farin. par.*1. *tom.*2.

Ex quibus satis elucet non esse verum assumptum, quod contractus huiusmodi sit vsurarius; nàm verior est opinio, quod sit potius iniustitia in pretio,& ipso redacto ad legitimam metã in reliquo substinetur,& proinde iudicium executiuum rectè procedere pro quantitate legitima.

Dicebatur vlterius etiam in facto exceptionem prædictam esse dubiam, & intricatam. Primò, quo-
20 niam licet verum sit quod collecta sit onus mixtum, quod personis imponitur ratione bonorum, & rerum, quas possident, vt ex pluribus docet *Dominus meus in sua celebri repetitione ad rubric. de Constitut. Princ. capit.*40. *nu.*42. & ideò non est merè personale, neque reale secundùm *Thesaur. decisio.* 277. & rursus *decis.*174. *Capic. in inuestit. feud. ver. collectas ver. immunitas fol.* 119. *col.* 2. & tale onus ad successorem transit *Guid. Papa in decisio.* 384. *&* 387. *Ricc. collect.* 1950. attamẽ cum in Regno diuersimodè viuatur, & vnaqq; Prouincia, & Vniuersitas diuersas exigat impositiones à suis ciuibus, vel ratione capitum iuxta *text. in l. vlti. §. Diuus Vespasianus de censibus, & glos. in rubr. C. de annon. lib.* 10. vel respectu bonorum; non erat probatum in Terra Sancti Cypriani impositiones fieri per collectas, & per cõsequens assumptum partis, quod emptor ex hac causa soluerat plusquam decem non constabat. Secundò, quoniam etsi verè constitisset, adhuc contractus huiusmodi esset substinendus propter generalem,
21 & notoriam Consuetudinem huius Regni per quam receptum est valida esse huiusmodi pacta in cõtractibus censualibus, quoniam tunc ob dictam Consuetudinem cessat vsuræ suspicio, ita quidem declarauit *Ruin. cons.* 16. *num.* 11. *vers. præterea in casu nostro lib.*4. & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præs.*122. *num.*60. & decisum fuit in *supracitata Rota decis. nu.*9. *&* 10.

Cùm ergò ex supradictis satis appareat, non tantùm in promptu non probari exceptionem propositam per cõuentum, sed esse validè dubiã, & intricatam, tàm in facto, quàm in puncto iuris; ideò iustè iudicatum fuisse per Regiam Audientiam reseruando eam ad merita, & causam debere remitti ad eandem, prout me referente decisum fuit per Magnam Curiam, & confirmatum per S. C.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia crimen omni iure grauissimè coercetur.*

2 *Delinquens calore iræ, vel doloris mitiùs punitur.*

3 *Iracundia, quæ prouenit ex iusta causa excusat delinquentem.*

4 *Iracundia illa excusat, quæ alienationem mentis inducit.*

5 *Ira-*

5 *Iracundia, quæ prouenit ex ludo, dicitur ex iniusta causa prouenire.*
6 *Ludus alearum prohibitus est.*
7 *Ludens dicitur dare operam rei illicitæ.*
8 *Causa iustæ iracundiæ quæ dicatur.*
9 *Pœnæ impositæ contra blasphemantem infliguntur solito, & consueto blasphemari.*
10 *Consuetudo delinquendi inducitur ex bino actu.*
11 Afflict. in const. Regni blasphemantibus num. 10. *notatur.*
12 *Aequiparatorum idem est iudicium.*
13 Dominus Regens Rouitus in commentar. ad rubr. de blasphemantibus num. 10. *declaratur.*

Non quamlibet iracundiam, & dolorem excusare à pœna ordinaria delicti, eamque non posse infligi in crimine blasphemiæ, nisi contra solitum blasphemari.

CAPVT XCVII.

1 Blasphemiæ crimen adeò graue, & detestabile est, vt acerrimis pœnis omni iure illud coercitum videamus; sed tamen diuersimodè. Diuino enim, morte naturali, vt habetur *Leuit. cap.* 24. vbi Dominus ad Moysem, *Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus, dicens: homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis sit, siue peregrinus;* & iterum *qui blasphemauerit nomen Dei morte moriatur*, & 4. *Regum* 19. refertur propter blasphemiã Regis Assyriorum centũ octuaginta quinq; millia hominum ab Angelo Domini vna nocte à viuentium numero deletos fuisse; & diuersa alia exẽpla diuinæ vltionis referunt *Mascard. de probat. concl.* 194. *Boer. decis.* 301. & *Farinac. quæst.* 20. *nu.* 49. Iure canonico diuersimodè etiam statuitur contra clericos, ac laicos, vt in *cap.* 1. & 2. *de maledic.* Ciuili mors incurritur naturalis, per *text. in auth. vt non luxur. contra natur.* Municipali verò huius Regni irrogatur pœna mutilationis linguæ m[...]loquæ, siue perforationis vt communis vsus interpretatus fuit per *constitut. blasphemantes*, & ibi *Afflict.* quæ constitutio confirmatur per *pragmat.* 1. & 2. *sub tit. de blasphemantibus*, & additur pœna confiscationis bonorum per *pragmat.* 3. & 4. quam non seruari hodiè in Regno, ex *Foller.* aduertit *D. Regens Rouit. ad rubr. de blasphem. nu.* 12. tandem per *pragmaticã Ducis de Alcalà, quæ est quinta eiusdem tituli* imponitur contra blasphemantem pœna remigationis per quadriennium, quæ vnà cum linguæ perforatione irrogatur hodiè, vt testatur *D. meus Regens Tapia ad d. const. blasphemantes nu.* 3. *tit. de blasphem. lib.* 5. *Iur. Regni.*

2 Sed quãuis non sit dubitandũ in iure, quòd is qui ira, vel dolore motus delinquit, licet nõ in totũ pœnã euadat,

dat; mitiùs tamen punitur, vt probat *text. in l.2.* ibi, *eum quis per iram de pœnis, & in cap. si quis iratus, vbi glos. 12. quæst. 3. & in cap. ira 11. quæst. 3.* talis enim actus inconsulto calore iracundiæ factus vitio caret, *l. 1. §. quæri ad Turpill. DD.* & præcipuè *Panormit. in cap. 2. de maled. Menoch. de arbitr. casu 375. nu. 33. Cæsar de Barz. decis. 135. num.* . *Farinac.* post alios *d. quæst. 20. num. 47.* nihilominus in causa inquisitionis formatæ contra Augustinum Porrectã in Regio Tribunali Campaneæ, me existente generali Commissario aduersus grassatores, quòd pluriès dum in carceribus detineretur pro alijs delictis, in ludo blasphemasset nomen *Domini Iesu Christi, ac Beatissimæ eius Genitricis, ac aliorum Sanctorum*, dixi non
3 quamlibet iracundiam excusare, sed illam tantum, quæ prouenit ex iusta causa, & graui dolore, *argum. text. in l. si adulterium cum incestu §. Imperator ad l. Iuliam de adulter. & in l. Gracchus C. eodem, Felin. in cap. sicut post nu. 3. de iureiur.* vnde *Ant. de Butr. Imol. & Hostiens.* quos secutus refert *Farinac. d. quæst. 20. num. 48.* dicunt, quod ad excusandum inquisitũ de blasphemia, necesse est probare, quod ira ex
4 iusta causa prouenit, & quod talis fuerit, quæ alienationem mentis induxerit, quomodo ex *Hostiens.* notat etiam *Afflict. ad Constit. Regni bla-*
5 *sphemantibus num. 5.* at quæ insurgit ex ludo dicitur ex iniusta, leui, & irrationabili causa prouenire, constat enim alearum ludum prohibitũ esse,
6 & à iure reprobatum, vt in *l. alearum vsus C. de relig. & sumpt. funer.* & ludus crimen est, *Bar.* & post eum *Gramat. decis. 11. num. 6.* latè *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. casu 399.* præcipuè in Regno ille, qui vulgò dicitur *allo trenta, e quaranta*, per *pragmat. 9. de aleat.* ac per consequens in-
7 sciabitur nemo, quin talis ludens det operam rei illicitæ, & inde iustam iracundiæ causam euenire non posse, ita docet *Angelicus Doctor S. Thom. secunda secundæ q. 158. artic. 7.* & post innumeros more solito allegatos tenet *Farinac. q. 20. num. 49. & q. 81. nu. 38. Gramat. ad præfatam Regni Constitutionem nu. 14.* vbi etiam *D. meus Regens Tapia sub tit. de blasphem. lib. 5. Iur. Regni num. 5.* vbi doctè satis, & grauiter quæstionem explicat, idemque sentit *D. Reg. Scipio Rouit. ad rub. prædictam de blasphem. num. 12.* reprobata opinione *Cyn. Bal. & Salic. in l. 2. C. de iniur. & Dec. consil. 162. aliàs 163.* asserentiũ nõ esse verũ blasphematorẽ, qui per iracundiã in ludo blasphemauit. Quocirca *Fab. de Mõtel. in sua prax. arbitr. par. 4. pag. 260. num. 774.*
8 acutè satis, & grauiter ponit exempla causarum ex quibus iusta ira procedere potest, puta in aduentu nuntij de morte filij, vel alterius coniuncti, in eo, qui ex improuiso patitur aliquam lęsionem in bonis, vel in maiori parte eorũ, in eo, qui recepit aliquã atrocem iniuriã, & his similia, quæ ex eodẽ *Fab.* refert *Farin. d. q. 20. nu. 48.*

Nec ambigendum videtur, quia grauissima illa pœna mortis naturalis blasphemis imposita ex *autb. vt non*
9 *luxur. contra nat. in fin.* locũ sibi vindicet in consueto, & solito blasphemari, ita in simili expresse probat *text.* à nemine ad hoc ponderatus in *l. famosi, ad l. Iul. Maiest.* ibi, *& ante quid fecerit*, vbi *glos. verbo ante*, iuxta doctrinam *Carauit. ad rit. 73. num. 5.* dicentis causam blasphemiæ æquiparari crimini læsæ Maiestatis, per *Bart. in l. quæstionibus eod. tit. & Ludou. Gilhausen loco citato num. 10.* & quamuis
10 consuetudo delinquendi regulariter inducatur ex bino actu, vt per *glos. in cap. ita nos 25. quæst. 2. Bald. in l. 3. C. de Episc. aud. Gramat. decis. 48. num. 3.* attamen

attamen blasphemiæ crimen hoc sibi præcipuum, & speciale habet, quod ad hoc vt intret pœna ordinaria debet constare delinquentē vltra duas vices blasphemasse, quomodo post infinitos resoluit *Farinac. d. q. 20. nu. 43.* & tenet *Gramat. ad d. constit. blasphemantes num.* 12. & 18. *Gilhausen loc. cit. nu.* 15. & post alios docet *Dominus meus loc. cit. num.* 10.

At propositam doctrinam, & conclusionē fortiter impugnat celebris, & singularis *Afflicti* limitatio ad illā, is namq; *grauissimus Author in d. con-*
11 *stitut. Regni nu.* 10. præfatam de consuetudine blasphemandi regulam nō procedere ait vbi quis semel tantùm blasphemasset *Deum, vel Beatam Virginem*, quæ dignior est, & excellētior omnibus Sanctis, ad *text. in cap. noua quadam de pœnit. & remiss. & quia* (subdit *Afflict.*) *tex. in Regia Pragmatica* dicit: *Si quis ausus fuerit blasphemare Deum, vel Sanctam Mariam Virginem, aut Sanctos*, quod verbum ausus intelligitur pro semel, vt patet in *cap. statutum §. cum verò de rescript. in 6. & in clem.* 1. *de foro compet.*

Sed huiusmodi restrictio ad supradictam regulam plus pietatis, & religionis, quàm veritatis continere videtur; nàm prærerquam quod illa duo iura assumptū *Afflicti* de vi, & effectu dictionis *ausus* nullatenus probant, vt clarè liquet ex eorum inspectione, attamen cum *Pragmatica Regni* pariter disponat contra blasphemantem *Deum, & Beatam Viginem*, quam contra blasphemantē *Sanctos*, pari ratione esset dicendum, vt qui semel *Sanctos* blasphemauerit, punia-
12 tur eisdem pœnis, quia æquiparatorùm idem est iudicium, *argum. text. in l. 2. §. si mater*, facit ibi regulā *Bart. ad Tertull.* quod esset contra mentē *Legislatoris*, & *Afflicti* limitatio non patitur, non ergo substinenda.

Fortiùs stringere videtur authori-
13 tas *D. Regentis Rouiti in rubr. de blasphemantibus nu.* 10. vbi relata opinione *Alexandri Romani in commentar. ad pragmat.* 1. *eiusdem tituli*, qui consuetudinem blasphemandi requirit ad hoc vt reus possit puniri pœnis contentis in Pragmaticis, de ea dubitat; eo quod *DD.* quos allegat *Roman.* & alij additi per eū loquuntur in terminis iuris cōis, & pœnæ impositæ per *auth. vt nō luxur.* respectu vero pœnæ minoris impositæ per statutū contrariū sentiunt; sed est animaduertendū illā opinionē non constanter sequutā à *D. Regente Rouito*, & contra eam iudicatū fuisse in *Rota Bononiensi* apud *Barz. decis.* 135. quæ in terminis statuti imponentis pœnam pecuniariam blasphemanti *Deum, & Beatissimam Virginem* censuit, neque illam esse imponendam, sed mitiorem arbitrio Iudicis, ex quo probarum fuerat reū blasphemare nō cōsueuisse; iuxta quā resolutionem visum fuit pœnas contentas in *Pragmaticis Regni* non esse imponendas nisi contra solitum, & consuetum pluries blasphemare, vt in sequēti vides iudicatum etiam per Supremum Collaterale Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Testes inhabiles admittuntur in crimine blasphemiæ, & simoniæ.*
2 *Carceratus non est idoneus testis.*
3 *Testes inhabiles admittuntur vbi veritas aliter haberi non potest.*
4 *Blasphemia est crimen nefarium, & execrabile.*
5 *Defensio an competat inquisito de blasphemiæ crimine.*
6 Tex. in l. famosi, ad l. Iuliam Maiest. *expenditur.*
7 Paridis de Puteo *sententia excusatur.*
8 *Captus infragāti dicitur conuictus, & punitur statim sine aliqua sētentia.*

9 *Repulsa*

9 *Repulſa competit inquiſito de blaſphemia ex capite inimicitiæ capitalis tantum.*

10 Text.in cap.per tuas de ſimon. *ponderatur.*

11 *Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniurioſis,& altercatorijs, ſed de veritate num.12.*

13 *Infamia non inducitur niſi per ſententiam,vel confeſſionem rei.*

Teſtem carceratum eſſe idoneum ad probandum blaſphemiæ crimen intus carceres commiſſum, niſi & ipſe ſit pro maiori detentus, vel capitalis rei inimicus.

CAPVT XCVIII.



VIgatum eſt in iure,
1 quod in crimini-
bus exceptis,& pri
uilegiatis admittũ-
tur teſtes aliàs in-
habiles, & inſuffi-
cientes, ad *text. in*
l.conſenſu C.de repudijs,l.non omnes §.à
barbaris de re milit. cum alijs relatis
per *Ant.Gomez de probat. delict. c.12.*
num. 21. prout de infamibus teſtatur
Farin.q.56.nu. 50. & de inhabilibus
*q.62.limit.3.4.& 5.*ſic quoq; dixi, &
in blaſphemiæ crimine admitti infa-
mes,criminis participes, alìouè defe-
ctu notatos, prout in hæreſi ſtatuit
Summus Pontifex in c.in fidei 5. de hæ-
ret.in 6. & in ſimoniç crimine probat
text. elegans *in c. per tuas de ſimon.* &
in læſa Maieſtate *text. in l. famoſi cum*
l.ſeq. ad l. Iul. Maieſt. quomodo poſt
multos quos refert,docet *Farin. in*
*praxi q.53.nu.5.*ex qua veriſſima cõ-
2 cluſione infertur,nam licet regula ſit,
quod carceratus teſtimonium ferre
prohibetur, *c. ſi teſtes omnes §.lege Iu-*
lia,& ibi gloſ. verbo in vinculis 4.q.2.
l.3.§.lege Iulia,& ibi gloſ.verb.publica
de teſtib.& hoc vel propter notam in-
famiæ ſuæ,vel quia præſumitur quod
falſum diceret propter aliquẽ, qui ſe
liberaturum à vinculis promiſerit, *d.*
gloſ.in verb.publica, Farinac. de teſtib.
*q.56.de teſte carcerato n.*180.vnde idẽ
*Farinac. ibidem nu.*183. dicit, quod
ad hoc vt carceratus deponat de his
quç vidit in carcere,& ſit idoneus te-
ſtis cautela erit,quod prius liberetur,
& deinde deponat ſm̃ *Alb. de Malet.*
*trac.de teſtib.p.1.c.2.n.*49.nihilominus
hoc non procedere in criminibus ex-
3 ceptis, & priuilegiatis, in quibus ad-
mittuntur teſtes inhabiles, alioquin
nil ſpeciale induceretur odio tàm ne-
fandi ſceleris, & tàm turpis flagitij,
(quod eſt omnibus alijs delictis,& fa-
cinoribus deteſtabilius, ſapiẽs hære-
4 ſim, maius, & grauius homicidio,
furto,periurio,& omni alio peccato,
quod nefarium, & execrabile ſcelus
vocat *Synod. Panorm.* apud *Mutam in*
pragm.Regni Sicil.tit.29.nu.28.in fin.)
ſi non alia nota repellẽdus eſſet quis
quã à teſtimonio ferẽdo,quam quod
eſſet carceratus, & proinde in ſpecie
huius criminis admitti tales teſtes,
docuit doctus *Pragmaticus Muſcat.in*
prax.delict.tit.de blaſphem.n.22.et 25.

Sed num præfata concluſio ita in-
diſtinctè accipiẽda ſit,& adeò idonei
ſint teſtes alias inhabiles vt nulla cõ-
tra eos exceptio opponi poſſit, nec
5 competat reo defenſio, quò pertine-
bat maior huius cauſæ difficultas, vi-
deamus. Et quidem *Paris de Puteo in*
tract.ſyndic.verb.condẽnatione uerſ.an

poteſtas

potestas col. 4. *in princ.* docet speciale esse in crimine blasphemiæ, vt nullã habeat reus defensionẽ, etiã quoad
6 testium repulsam, *arg. text. in d. l. famosi ad l. Iul. Maiest.* & ita se practicasse, dum esset Commissarius per Regnum contra quemdam pastorem, quem in syluis audierat blasphemantem, cuius opinionem secuti viderur *Gramat. ad constit. blasphemãtes nu.* 13. *Nig. in cap. Regni Ab illo incboandum nu.* 49. *Ioan. Vinc. de Anna sing.* 67. sed prætetquam quod *tex.* præfatus *in d. l. famosi*, illud axioma nullatenus probat, quin potius totum contrarium innuere videtur in illis verbis, *nam & personam spectandã esse an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an sana mentis fuerit, nec lubricum lingua ad pœnã facilè trahendum*, quę nil aliud quã rei defensionẽ
7 importante, attamen *Tiber. Decian.* & post eũ *Muscat. loc. cit. n.* 19. sententiã *Paridis* defendere conatur, vt locum habeat in illius facti contingentia, in quo blasphemia illius Pastoris fuit sibi notoria, & omnibus audiċtibus, adeò quod certum erat, nullam competere reo defensionẽ & quod si petijsset dilarionem ad se defendendũ, id animo calumniandi, & non defendendi fecisset, & forsan motus fuit
8 *Paris* ex doctrina *Andreæ in consil. Regni humanitate col.* 2. vbi notabiliter dicit, quod eo ipso, quod quis est captus in fragranti est conuictus, & punitur statim fine aliqua sententia. Quicquid tamen sit, eam non seruari in supremis Curijs, testatur *Boer. decis.* 301. *num.* 12. & post eum *Muscat. loco citato nu.* 18. & tamquam rigoris plenam à pluribus reiectam testatur *Gilhausen in arbore iudicij crim. cap.* 2. *tit.* 1. *nu.* 17. & à nobis cum hoc temperamento accipienda est, vt defensio, & repulsa competat reo nõ sicut in cęteris delictis pro quauis causa, vtpotè quia testis criminosus est, vel quia infamia aliqua notatus; nàm cũ blasphemiæ crimen ferè omni flagitio maius sit, non est legitima repulsa, quæ respicit notam minoris delicti illorum, qui ad probandum maius deposuerũt, sed illa tantũ, quę ex malignitatis fomite ortum habuisse probetur, quomodo obloquitur, & argumentatur *Summus Pontifex in d. cap. per tuas*, dum aduertit inspiciendum, an crimina sint eadem, vel minora, an patia, vel maiora, & ibi clariùs, *cæteras autem exceptiones vt furti, & adulterij propter immanitatem hæresis simoniacæ, ad cuius comparationem cætera crimina pro nihilo reputantur, duximus repellendas.*

Sed ex capite tantum inimicitiæ
9 *Anna singul.* 67. *Rouit. ad rubr. de blasphem. num.* 2. non cuiuslibet, sed capitalis, vt in crimine simoniæ statuit *Summus Pontifex in d. cap. per tuas de*
10 *simon.* ibi, *& inimicitias capitales*, & tenet *Bart. in d. l. famosi, ad l. Iul. Maiest. Gramat.* omninò videndus *decis.* 34. *num.* 21. *& seq.* vbi in terminis dicit, quod inimicitia debet esse euidens, manifesta, & capitalis, ex *Bald. Ias. & alijs*, quos refert, & sequitur, & in *decis.* 86. *num.* 4. *& seq.* quomodo intelligendus idem *Author consil.* 15. *num.* 12. *Ioan. Anton. de Nigr. in d. cap. ab illo incboandum num.* 49. *Carauit. ad rit.* 73. *nu.* 5. *& nu.* 8. 9. *&* 10. *Muscat. loco sæpius citato num.* 26. qui ita practicari in Regno asserit reiecta opinione *Iulij Clari* asserentis imputatũ de blasphemia admitti ad probandũ contra testes, quicquid vult, vt in alijs criminibus.

Ad cuius conclusionis confirmationem auream, & singularem adducebam doctrinam *Francisci de Auiles in cap.* 25. *Pretor. verbo la Pragmatica nu.* 8. is enim relata opinione *Specul. in tit. de accusat.* dicentis, inimicos te-

Hhh stes

stes non admitti in crimine blasphemiæ, subdit deinde, *Sed tu intellige supradictam, quod debet esse talis inimicus, qui occidit patrem, aut matrem, vel alium consanguineum infra quartũ gradum, vel mouet ei quæstionem status, vel accusat eum de delicto, quod meruit mortis pœnam, vel pœnam amissionis bonorum, vel maioris partis eorum, vel eum diffidauit, quia tunc iste talis inimicus repellitur, sed si sunt testes, qui vocantur malquirentes ex alijs causis, isti non repelluntur*, quæ sunt ferè verba *text.* singularis *in l. 6. tit. 33. partita 7.*

Sed adhuc contra vrgere videtur quædam inimicitia in actis deducta pro defensione inquisiti inter ipsum, & testes orta ex verbis iniuriosis, &

11 altercatorijs habitis in carceribus, quo casu dicebat *Pauperũ Aduocatus* præsumẽdũ fore ortã fuisse inter eos capitalẽ inimicitiam, iuxta sententiã *Baldi in cap. veniens in fine*, per illum *textum de iureiurando*, quod notatu esse dignum cum quilibet diceret contrarium, dicit *Iason in l. Procuratoribus in fine, C. de procurator.* & pro absoluto tenet *Baiard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 24. nu. 31.*

Sed præterquam quod non sumus in terminis, in quibus loquuntur præfati *Authores*, puta quãdo alicui obijcitur aliquod graue delictum, vel defectus, quod verè non est commissum, prout obseruarunt *Bart. Bald. & communiter DD. in l. 3. de liber. & posthum. & in §. 2. instit. de iniur.* ampliùs dixi assumptum *Bald. & sequa-*

12 *cium* procedere in verbis iniuriosis habitis inter magnos viros, & graues personas, iuxta elegantem doctrinam *Iosephi Mascardi* in terminis sic tenentis *lib. 2. de probation. conclus. 899. num. 25.*

Ex quibus omnibus excepi, quod cum in præsenti nulla pro parte rei probaretũr cum testibus capitalis inimicitia, neque in ipsis infamia, quæ pro criminibus eisdem imputatis nõ

13 inducitur ex sola criminis probatione, nisi adsit sententia, vel confessio secundum celebrem *glos. in l. sed etsi possessori §. final. verbo probatum esset de iureiurando*, & cum alijs resoluit *Farinac. quæst. 56. num. 22. Gramat. decis. 34. num. 29.* testes inquisitos, & carceratos deponentes contra prædictum Augustinum plenè probare ad ipsum condemnandum, verùm solũ remaneat arbitrio Iudicis, quanta fides sit ei detrahenda ex illa leuissima inimicitia in actis probata, *Farinac. d. quæst. 53. num. 54.* quæ verè nullius est momenti.

Et proinde in hac causa censui cõtra ipsum Augustinum Porrectã tamquam conuictum de tali blasphemia esse practicandã pœnam Regiæ Pragmaticæ, idest perforationis linguæ, quod fuit publicè executum in Ciuitate Teani 15. Maij 1632. necnon remigationis, & postmodum me referente causã reclamationis in Collaterali Consilio ad instantiam carcerati, adiunctis Regijs Consiliarijs Didaco Bernardo Zufia, & Vincentio Corcione cum magna discussione confirmatum sub die primo Iulij eiusdem anni, & executioni demandatum. Censuit tamen idem supremum Consilium, quod vbi blasphemia saperet hæresim, Pragmatica supradicta locum non haberet, sed taliter inquisitum esse plectendum pœna mortis naturalis, iure communi imposita ex *d. Authent. vt non luxur. contra nat.*



SVM-

SVMMARIVM.

1 *C Iues Neapolitani siue agant, siue conueniuntur, non possunt trahi extra Tribunalia Neapoli residētia.*
2 *.. non possūt priuilegio fori renūciare.*
3 Dn̄s Federicus Longus olim Regiæ Cameræ Fisci Patronus *laudatur.*
4 *Priuilegijs Neapolitanorum gaudent etiam Vicani, & Casalenses.*
5 *.. limita in fauorabilibus.*
6 *Iurisdictio concessa Ciuitati, censetur etiam cōcessa suburbijs, & Casalibus.*
7 *Priuilegium concessum Ciuitati non extenditur ad Casalia in odiosis.*
8 *Ciuitate ad aratrum damnata, non censentur damnata Casalia.*
9 *Represalia concessæ contra ciues, non censentur concessæ contra vicanos.*
10 *Relegatus, siue confinatus in Ciuitate an possit recreationis causa in suburbijs, & hortis contiguis commorari, remissiuè.*
11 *Ars aliqua in Ciuitate exerceri prohibita, an in suburbijs exerceri possit, remissiuè.*
12 *Princeps potest Villas, & Casalia à Ciuitate separare.*
13 *.. potest iurisdictiones tàm singularum personarum, quàm Ciuitatum diuidere.*
14 *Vendita iurisdictione, quoad reliqua ciues retinent priuilegia.*
15 *Iurisdictio cohæret territorio.*
16 *Iudex originis non concurrente Iudice delicti cognoscit de crimine.*
17 *Princeps potest priuilegium subdito concessum reuocare.*
18 *Priuilegij causa cessante, cessat priuilegium.*
19 *Priuilegiū concessum mulieribus coniugatis cessat ipsis viduis effectis.*
20 *Mutatione personæ extinguitur priuilegium.*
21 *Priuilegium extinguitur, quoties incompatibile redditur cum concessione.*
22 *Clausula abdicatiua quid importet.*
23 *Iurisdictio omnis ex quacunque causa competens transit in concessionariū facta separatione, sed de veritate, num.33.*
24 *Clausula* vt Baro cognoscat etiam de quibus sola M. C. cognoscit, *quid importet, & nu.*33.
25 *Iurisdictione concessa nō transeunt ea, quæ speciali iure concedenti competunt.*
26 *Castro vendito non censentur venditi vasalli, qui iure speciali vendenti subsunt.*
27 *Concessione generali alicui facta, ea tantum veniunt, quæ sunt de natura rei.*
28 *Castro vendito transit tantummodò iurisdictio, quæ cohæret territorio, non autem persona vendentis.*
29 *.. neque id, quod vendens habet ex priuilegio.*
30 *Iurisdictio tunc censetur concessa in personas, quando nullum assignatur territorium.*
31 *Clausula* vt Baro cognoscat etiam de delictis extra territorium commissis, *quid importet, remissiuè.*
32 Paul.de Castr.cons.187.num.2. *declaratur.*
33 *Princeps dupliciter potest derogare priuilegio à se concesso, vel in totum derogando, vel diminuendo, & moderando.*
35 *Priuilegium in vna parte reuocatum, in cæteris firmum remanet.*
36 *Exemptio in vna parte adempta, in cæteris firma remanet.*
37 *Priuilegium vni concessum ad alteriū non extenditur.*
38 *Diuerso iure vt iudicetur vna, eademque res respectu diuersarum personarum non est inconueniens.*
39 *Vasallus potest quis esse duorum dominorum.*

Priuilegio fori concesso Ciuitati, & Ciuibus Neapolitanis, gaudere etiam ciues Casalium: Sed vendito, & separato Casale aliquo à iurisdictione ipsius Ciuitatis, censeri derogatum priuilegio respectu Baronis ementis tantum, non autem aliorum.

CAPVT XCIX.



EX Reginæ Ioannæ Secundæ priuilegio registrato in *ritu Mag.C.V.* qui est in ordine *Carauitæ* 301. postmodum cõfirmato per Serenissimum Regem Ferdinandum Primũ in anno 1462. & rursus in anno 1466. habet Ciuitas Neapolitana vt sui ciues siue agant, siue conueniantur iudicium suscipere non teneantur nisi in Regijs Tribunalibus in ea existentibus, cui priuilegio ciues ipsi nec tacitè, nec expressè renũtiare possunt, vt per *Vrsill. ad Afflict. decis.* 41. *nu.* 9. quem sequitur *D. Reg. Rouit. ad pragmat.* 5. *vbi de delict. quis conuen. deb.* vel quia priuilegium est concessum Ciuitati, *arg. text. in l. assumptio ad municipal.* & docet *Bar. in l. priuilegio nu.* 1. *C. de decur. lib.* 10. vel potiùs quia Rex sibi ipsi soli, suisq; Tribunalibus Neapolitanis hanc iurisdictionem reseruauit, vnde siue velint, siue nolint, non possunt alterius iurisdictionem prorogare, ad notata per *Bald. in cap. Imperialem §. fin. col. penult. de prohib. feud. alien. per Federic. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, verb. et vxorem nomine Adelasiam decis.* 2. *nu.* 54. *de testam.* & sequitur *Carau. d. rit.* 301. *nu.* 7. vbi fatetur hæc omnia accepisse ab insigne illo viro, & eximio Iureconsulto meo affine *Domino Federico Longo olim R.C. Sum. Fisci Patrono.*

(Left-margin numbers beside this column: 1 at "ues siue agant", 2 at "tibus, cui priuilegio", 3 at "se ab insigne".)

4 Gaudet huiusmodi priuilegio non tantùm homines nati in suburbijs, verùm etiam in casalibus Ciuitatis, ad regulam *tex. in l. qui ex vico ff. ad municipal. & in l. nulli versic. quod si in vico C. de Episcop. & cleric. & in l.* 3. *vers. quod si cui C. de natural. liber.* vbi *Bald. Couar. practicar. quæstion. cap.* 37. *num.* 7. cum alijs quos ad rem citat *Dominus meus Regens Tapia decis.* 4. *Sacr. Cons. num.* 4. latissimè, & eleganter præ cæteris *Francisc. Marc. decis. Delphinat.* 365. *par.* 1. *per tot. Napod. ad consuet. Neapol. in proœm. num.* 184. *& seqq. Aloys. de Leo in l. vt inter diuinam à num.* 12. *cum seqq. C. de sacros. Eccles.* eruditè *Nouar. lib.* 1. *quæstion. forens. quæst.* 130. *& in tract. de elect. for. sect.* 4. *quæst.* 63. vbi latè agit de priuilegio Neapolitanorũ, quod extendatur ad Casalia, & homines ipsorum, latè *Auiles in cap. Pretorum cap.* 6. *in glos. verbo tierra nu.* 6. quem refert, & sequitur *Gironda in tract. de priuileg. cap.* 2. *quæst.* 4. *num.* 54.

5 Id tamen non est indistinctè verũ, nisi tantummodo in fauorabilibus, vtpotè in priuilegijs, & beneficijs Principum: tunc enim concessa Ciuitati extenduntur ad Casalia ei subiacentia, *l.* 1. *de Constitut. Princip.* vbi *Ias. num.* 25. *l.* 1. *§. cum Vrbem, de officio*
6 *Præfecti Vrb.* sic & in iurisdictione concessa Ciuitati, vt censeatur etiam cõcessa suburbijs, & casalibus, *DD. in l.* 2.

l.2.de verb. signif. Abb. in cap. Rodul-
phus nu.4. de rescript. vbi Felin. nu. 6.
quos refert Gironda loco prox. cit. Bal.
in d.l.1.§.cum vrbem de off. præf. vrb.
Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 99.
nu.23.

Cùm tamen secùs sit in odiosis, vt
voluit Bald. in cap. 1. vers. sed hic dubi-
tatur de pac. Constant. vnde subdit,
8 quod damnata Ciuitate ad aratrum,
non cẽsentur damnata casalia, & rur-
sus in d.l.1.§.1. de off. Præfect. vrb. Ang.
9 in l.ciues C. de appellat. & represaliæ
concessæ contra Ciuitatem, vel Ci-
ues, non intelliguntur concessæ con-
tra Villas, & Casalia, idem Bald. in
Auth. & omninò C. ne vxor pro mari-
to, Feli. in c. Rodulphus n. 11. de rescrip.
& regulam confirmat Alex. de Imol.
Ludouic. Bolog. & alij quos sequitur
Gramat. cons. 48. num. 3. & 4. ad quo-
rum comprobationem plura adducit
Franc. Marc. d. decis. 365. & in specie
10 disputat, an ille, qui est relegatus, si-
ue confinatus in certa Ciuitate, pos-
sit recreationis causa in suburbijs, &
hortis contiguis commorari. Et insu-
11 ꝑ an in suburbijs exerceri possit ali-
qua ars, quæ in Ciuitate prohibetur,
Felin. loc. prox. cit. nu. 4. vers. limita.

Hac distinctione præmissa firmũ remanet, priuilegium eligẽdi forum concessum Ciuibus Neapolitanis, censeri etiam concessum hominibus casaliũ huius Ciuitatis, vt ꝓindè ritè ꝓcesserit inhibitio M.C.V. facta Officialibus Casalis Iuliani pertinẽtiarum Ciuitatis Auersæ, ne procederent in causa inquisitionis formatæ contra Iosephum Magliola Casalis Paniscoculi, pro homicidio illic patrato, etenim tunc temporis Casale Paniscoculi erat de pertinentijs huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, & per consequens non poterat pro eo crimine alibi conueniri, quàm in M.
12 C.V. sed quia Principi licitum est
Villas, & Casalia à Ciuitate cui sub-
sunt separare, vt per Soccin. iunior.
cons. 126. nu. 10. vol. 3. & cons. 1. nu. 76.
vol. 4. cum alijs relatis per Mastrill.
de Magistrat. lib. 3. c. 4. num. 270. Ca-
nalc. dec. 4. n. 50. par. 2. Paul. Staib. cõs.
17. nu. 15. Camill. de Medic. cons. 149.
n. 36. Cutell. dec. Sicil. orat. 21. n. 11. &
etiam Iurisdictiones nõ solùm singu-
larum personarum, verùm etiam Ci-
13 uitatum diuidere, ad notata per DD.
in l. 1. C. de Metrop. Berit. lib. 11. & in l.
omnes Populi de iust. & iur. post mul-
tos relatos per Mastrill. d. lib. 3. c. 2. n.
21. nisi ex hac separatione grauiter
læderetur dignitas, & status ipsius
Principis, Mastrill. d. cap. 4. num. 270.
& eleganter Surd. cõs. 325. n. 22. to. 3.
licet facta huiusmodi separatione iu-
14 risdictionis, quòad munera, cæteraq;
priuilegia Casalia prædicta, eiusque
Ciues gaudeant antiqua ciuilitate,
d. l. 1. C. de Metrop. Berit. lib. 11. Vinc.
de Franch. loquens specificè in Ca-
salibus huius fidelissimæ Ciuitatis de-
cis. 316. Camill. de Medic. d. cons. 149.
nu. 33. 34. & 35. Caual. loc. cit. nu. 54.
Horat. Montan. in repet. cap. Imperia-
lem §. præterea ducatus nu. 102. de pro-
hib. feud. alienat. per Federic. Fabius de
15 Anna cons. 59. vol. 1. eòquod iurisdi-
ctio cohæret territorio, vt per DD. in
l. fin. C. vbi, & apud quẽ, Paul. de Castr.
cons. 187. nu. 3. ideoq; facta separatio-
ne, necessariò intelligitur concessa
iurisdictio quia aliàs esset acephalũ,
& iurisdictio residet in Castro tãquã
nebula super palude, Paul. de Castr.
loco cit. Bart. Soccin. cons. 74. p. 1. vers.
primò quia Franc. Marc. d. dec. 565.
nu. 33. Card. Tusc. in concl. iur. verb.
castra cõc. 118. Camill. de Medic. d. cons.
149. n. 12. vbi declarat, & in dubio iu-
risdictio cẽsetur cohærere territorio,
vt per Fontanell. de pactis nupt. claus.
4. glos. 11. nu. 11. sequitur Giurba cons.
24. num. 18. versic. si verò, eleganter
Paul.

*Paul.Staiban.conf.*17.*nu.*5.*cum seqq.*

Pendente igitur inquisitione prædicta, venditum fuit Casale Panisco culi cũ mero, & mixto Imperio, quatuor literis arbitrarijs cęterisq; solitis clausulis, cum cognitione primarũ, & secundarum causarum, etiam pendentium in Regijs Tribunalibus, & de quibus sola Magna Curia cognoscit, Qui quidem Baro comparuit in eadem M.C. petijtq; remissionẽ prędicti inquisiti, etsi non haberet priuilegium cognoscendi de delictis extra territorium: nam sibi sufficere dicebat esse Iudicẽ originis, & domicilij
16 ipsius, ideòq; posse iurisdictionẽ in eum exercere, sublato iam de medio virtute inhibitionis factæ per M.Cur. Vicar. Iudice loci delicti iuxta decisionem Sacri Consilij relatam per *Vinc.de Franch.decis.*66. cui consentiunt *Thesaur.dec* 90.*nu*.5.*Baiard. ad Clar.quaest*.39.*n*.12.*&* 13. *Caball. resolut.crimin.cas*.162.*nu*.5.*& seqq*.

Sed videbatur potiùs causam esse remittendam ad Officiales Baronis Iuliani Iudicis loci delicti, etenim causa inhibitionis fuit priuilegiũ Ciuitatis Neapolitanæ, quo gaudebat inquisitus tũc temporis, cum posteà vendito Casale prędicto Paniscoculi illud cessauerit, nam vt initio præfati sumus facta iurisdictionis separatione, iam non sunt pro Ciuibus Neapolitanis habẽdi homines ipsius; sed fiunt simplices vasalli, prout sunt cęteri, qui Baronibus subiacent in Regno, & quidem non est ambigendum
17 quin Princeps possit pro suo libito priuilegium subdito concessum reuocare, *glos.vltim. in cap. decet de reg. iur. in* 6. *Bald. in l. qui se patris col.* 8. *C.vnde liberi*, latè post alios *Surd. cõs.* 419.*nu*.9.*vol*.3. quinimò de sui natu-
18 ra censetur reuocatũ priuilegii causa cessante, *l. Athleta* §.1. ibi *quoad in Præsidatu sunt*, *l. Geometra* ibi *donec curam gerant*, *& ibidem Vlp.de excusat. tutor.l.Titia Seio* §.*vsuras delegat*. 1.*l. filius à patre* §.1.*de liber.& posthum.l. ex facto in principio de vulgar. & pupillar.* cum nonnullis alijs iuribus, & authoritatibus ad eam regulã coaceruatis per *Tiraquell. in tract.cess.nte causa in princip.n.*210. *cum seqq.* Ideoq; *Lucas de Penna in l.* 2.*num*.4.*vers.ex præmissis C.de priuileg.scholar. lib.*12. eleganter docet, quod priuilegium cõcessum per Re-
19 gni constitutionem mulieribus cõiugatis vt possint in causa criminali per procuratorem comparere, cessat ipsis mulieribus viduis effectis, etiã si viduitas superuenerit post cæptam litem, nam cessante causa priuilegij res reducitur ad casum à quo incipere nõ porest, *l.qui in eũ ff.ad l.Aqui. cum concordant.* & proinde necessarium est, cessare priuilegium.

Et insuper mutatione personæ tàm ius dicẽtis, quàm vasalli, quæ est cau-
20 sa priuilegij, extinguitur priuilegiũ, *l. Paulum vbi Bar.de acquir.hæredit.l.licitatio* §.*vltimo de publican.& l.*1.*C.de imponen.lucrat.descript.lib*.10. vnde *Bald.in rub.C.de vsur.quaest*.4. docet quod si res Ecclesiæ perueniat ad priuatum cessat priuilegium, & rursus *in l.*2.*col*.5.*C.de seru.& aqu.* quod si castrum Ecclesiæ perueniat ad me ex concessione Summi Pontificis facta de plenitudine potestatis, nihilominus poterit contra me præscribi, eò quod mutata persona mutatur priuilegium, comprobat, & sequitur *Tiraq.loco proximè citato nu.* 217. latiùsque insignis *Lucas de Penna in l.*1.*nu*.7.*& seqq. C. de imponen. lucr. descript.lib*.10. *Gironda loco cit. nu*.64. *Surd.cons*.307.*n*.7.*lib*.3. *& cons*.444. *num*.2.*lib*.3.*Giurb.d.cons*.24.*nu*.20.

Et cõfirmatur, quoniam extinctio huiusmodi priuilegij, data separatione iurisdictionis venit in necessariam conse-

21 consequentiam, eòquod redditur vna cum altero incōpatibilis,& præiudicialis, quo casu primum priuilegium cessat omninò, quia aliàs concessio esset sine effectu, vt post *Bal.in l.nec auus in princ. C.de emancipat. liberor.* tenet *Corn.consf.*83.*nu.*16. *lib.*4. cum alijs eleganter traditis per doctissimum *Steph. Grat. discept. forens. tom.*3.*cap.*458.*num.*7.*&* 11.

His replicabat Baro Paniscoculi iurisdictionem sibi esse concessam in personas hominum Casalis illius cū
22 clausula abdicatiua, ex qua nedum concessa videtur iurisdictio priuatiuè ad Magnam Curiam iuxta tradita per *Felin. in cap. pastoralis de offic. ordinar. Rom.conf.*393.*& Dec.conf.*3. verùm vbicunque deliquerint vasalli prædicti,cognitio eorum spectat ad ipsum: tanta est namque vis clausulæ abdicatiuæ, vt causæ huiusmodi videantur quodāmodo similes causę clericali, in qua Iudex laicus nullatenus se intromittere potest,vt cōsiderat *Capicius decis.*122.*nu.*6.*Vinc. de Franch.dec.*183. *num.* 5. *&* 417. *num.*8.

Imò negabat Baro priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ competēs hominibus Casalis Paniscoculi, facta venditione ipsius,fuisse extinctum, quòad iurisdictionalia: nam contendebat priuilegium adhuc durare, & nihilominus sibi competere iurisdi-
23 ctionem in vasallos, tùm quia facta separatione Villæ alicuius Ciuitatis, intelligitur translata in concessionarium omnis iurisdictio ex quacunq; causa concedenti competens, iuxta singulariter tradita per *Paul.de Castr. in suo celebri conf.*187.*n.*3.*&* 4.*vol.*2. cùm etiam præsupponebat hanc cognitionem expressè contineri in ipsius priuilegij tenore propter clausulam in eo appositam quod possit cognoscere de omnibus, & quibuscūq;
24 criminibus,etiam de quibus sola M. Cur.cognoscit, tunc enim censerentur concessa etiam reseruata Principi, vt disputatum fuit per *Vinc. de Franch. decis.*274. & posteà pluries decisum in fauorem Baronum refert *D.meus Reg. Tapia in decis.*11. *Sacri Consilij nu.*4. *Mastrill. de Magistrat. lib.*1.*cap.* 16.*num.*25.

Verùm enimuerò fallacia esse hęc omnia dicebat Fisci patronus, & proinde cognitionē huiusmodi causæ ad Mag.Cur. omninò spectare, exclusis penitus tàm Barone Paniscoculi Iudice originis, quàm Barone Iuliani Iudice delicti. Nàm quòad
25 primum regulare est in concessione iurisdictionis, vt numquam censeantur concessa ea,quæ speciali iure cōcedenti competunt,ad *tex.in l.*1. *de offic.eius:* vnde *Alberic. in l.fin. C.de iurisd.omn.iud.* docet, quod in concessione facta per Regem cum omni iure, quod ipse habet non intelligitur concessum ius,quod habet in castro tāquam Rex, sequitur *Iacobin. in sua inuestitura vers. de castro num.* 6. *Martin.Laudens.in tract.de Principe notab.*115.*Calcan. Soccin. iun. & Boss. relati per Surdum in suo eleganti cons.* 127.*num.*62.*vol.*1.
26 Et in ea quæstione an castro vēdito censeantur quoq; venditi vasalli, respondit subtiliter *Bald. in l.si plures C.de condit. insert.* quod si dominus, vti Baro feudi,& ratione ipsius possidet eos, & tunc censentur venditi, secùs autē si non iure feudi; sed alio speciali eos possideat, sequitur *Affli. in cap.*1.*n.*1.*vers. & ratio de Capitan. qui cur.vēdid.* cuius meminit *D.meus ad l.fin.de Constit.Princip.par.*1.*cap.*2. *num.*62.

Secundò in generali concessione
27 rei ea tantum includuntur, quæ sunt de natura ipsius, eidemq; cohærentia, *l.si mercedem* §. *si cum fundum de action.*

. *action. empt.* à quo id desumpsit *Innocen. in cap. ex literis de iure patronat.* vnde *Alex. in l. 3. in princip. nu. 23. de acquirend. possess.* infert, quod vendito castro nō transferuntur in emptorem, nisi ea tantummodo, quæ propriè à castro depēdēt, sequitur *Surd. d. cons. 127. nu. 64.* ideòq; *Paris de Puteo* satis ad propositum *de reintegrat. feud. verb. an si dñi Baroniæ fol. 107. col. 4. n. 2.* ait, quod vēdita re cū iuribus suis, ea tantum videntur vēdita, quæ veniunt de natura ipsius, non ea, quæ per accidens adhærent: estq; ad hoc famigeratum *responsum Andreæ Alciat quod est 33. lib. 9.* vbi *n. 9.* hanc partem probat.

Tertiò *Bart. l. inter eos ff. de*
28 *acquir. rer. domin.* quæstionem excitat in puncto, an vendito castro, transeat etiam iurisdictio in emptorem, & distinguendo satisfacit, quod si iurisdictio cohæreat territorio trāsit in concessionarium; non autem si cohęreat personæ vendentis, idq; pluribus exornat *Cardinal. Paris. cons. 20. vol. 1.* & cōmuniter teneri inqt *Alcia. d. cons. 33. nu. 7. lib. 9. Surd. d. cons. 127. nu. 26. Giurb. d. cons. 24 nu. 10.*

Quartò vendito castro non transfertur in emptorem id, quod vendēs,
29 seu concedens habet ex priuilegio, ita egregiè fundat *Lucas de Penna in l. 2. nu. 3. C. de iure reipublicæ lib. 11.* sequitur *Dominus meus ad d. l. fin. p. 1. cap. 2. nu. 58.*

Quintò, nam si daremus, homines Casalis Panis coculi adhuc post venditionem retinere inibi priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ quoàd forum, sequeretur exinde absurdū euidentissimum posse eos quamcunque personam conuenire in Curia illa, & sic daretur aliud Tribunal in Casale prædicto coæquale M.C.V. quod esset ridiculum, & aliàs considerauit *Staiban. d. cons. 17. nu. 22.*

Ad id autem, q̄ dicebatur pro Barone ipsius, quod scilicet iurisdictio
30 sit cōcessa in p̄sonas vasallorū posse p̄cedere, vbi cōcederetur nullo circūscripto, & assignato territorio, secùs vbi iurisdictio circūscribitur territorio: tūc .n. si vasallus deliquerit extra illud, nullatenus fiet remissio causæ ad suum Baronem, prout specificè docet *Ioannes Thomas Minadous decis. 18.* quem sequitur *Vinc. de Franch. dec. 458. n. 3. Ant. Fab. in Cod. Fab. lib. 3. tit. 12. diff. 27. n. 4. & Alex. Palmer. in alleg.* pro Principe Hostiliani prælo traditis per *Ioānem Bapt. Thor. in Comp. dec. par. 2. verb. remissio delinquentis col. 2.* nisi tamen idē Baro haberet priuilegium cognoscendi etiam de delictis commissis extra
31 territorium: quæ clausula operatur effectum traditum per *D. Reg. Rouit. ad pragm 1. vbi de delict. quis conuen. deb. num. 26.*

32 Et ad tradita *per Paul. de Cast. d. cōs. 187. nu. 2.* responsum fuit. Primò procedere in casu suo, idest, vbi separatio Villæ à Ciuitate fit contēplatione certæ personæ. Secundò intelligi de his, quæ sunt cohærentia feudo, & secundum eius naturam, prout paulò ante notauimus, vtpotè merū, & mixtum Imperium, de quo ibi agitur.

Et tandem ad clausulam cognoscendi de delictis, de quibus sola M. C. cognoscit, dictum fuit, intelligendam esse concessionem de his, quæ
33 competunt Magnæ Curiæ ratione præheminentiæ, vt sunt delicta Officialium actiuè, & passiuè tàm Regiorum, quàm Baronalium ex *rit. 49. in ordinem Carauitæ*, vt palàm fit in specie proposita per *Vinc. de Franch. dicta decis. 274. & Dom. meum dicta decis. 11.* non autem de his, quæ cōpetunt Regi ex priuilegio. Et rursus dicebatur cognitionem in Ciuibus

Neapo-

Neapolitanis non esse ad solam M.
C. reseruatã, vt proinde haberet lo-
cum clausula prædicta, quæ de his
agit; sed ad omnia Tribunalia in hac
fidelissima Ciuitate residẽtia, prout
Sacrum Consilium, Regiam Came-
meram, Magnam Curiam Vicariæ,
Curiam Admiratiæ, Curiam Baiula-
tionis, Curiam Artis Serici, Lanæ, &
his similes. Hæc ad exclusionem Ba-
ronis Paniscoculi.

Quod verò attinet ad Baronẽ Iu-
liani, dicebatur ipsum debere exclu-
di, ex eoquod falsò supponit priuile-
gium fori Ciuibus, seu Vicanis Ca-
salis Paniscoculi ex vẽditione ipsius
esse omninò extinctum, & abrogatũ:
etenim abrogatio, & extinctio hęc
necessaria nõ est hoc casu. Princeps
namque dupliciter potest derogare
34 priuilegio à se cõcesso, vel illud om-
ninò abrogando, & in totum penitus
tollendo, ita quod nullum remaneat
priuilegij vestigium, vt in *cap. quia sæ-*
pè de electione in 6. & in cap. clericis
de electione eod. lib. & in cap. vlt. de sẽ-
tent. excommunic. ibidem. Vel illud
diminuendo, & moderando, vtpotè
cum priuilegium continens plura
capita, quòad quædam limitatur, &
restringitur, *glossa* est celebris in *cap.*
decet verb. mansurum de regul. iur. in
6. quam meritò commendat *Franc.*
Marc. dec. 528. n. 11. p. 2. sic quoq; in
præsenti, nam priuilegium cõcessum
Vicanis prædictis non in totum ab-
rogatur, sed in ea tantum parte, qua
Baro Paniscoculi vti potest iurisdi-
ctione sibi concessa, cum qua certè
illud esset incõpatibile, & sm̃ hæc in-
telligẽda sunt tradita per *Grat. d. cap.*
458. Cęteris autẽ partibus in quibus
Baro prædictus eam exercere nõ va-
let, vtpotè in delictis cõmissis à suis
vasallis extra territorium, nullatenus
est derogatũ, quia vt supra diximus,
vt derogaretur necessaria erat speci-
35 fica concessio, quam non habet. Er-
gò quòad delictum commissum ex-
tra territorium priuilegium firmum
remanet, ita egregiè colligitur *ex*
textu in c. 1. per totũ de priuilegijs in 6.
& rursus *in cap. vnic. §. fin. in fine de*
stat. regul. eod. lib. & in clementina du-
dum vers. per huiusmodi de sepult.
Alciat. Forner. & Brecheus in l. dero-
gatur de verb signif. Pater Franc. Suar.
lib. 8. de legib. cap. 39. n. 7. & nouissimè
Io. Cochier. de iurisdictione in exẽptos
lib. 2. quæst. 18. vbi ideo post *Ioãnem*
36 *de Selua* voluit exemptionẽ per pri-
uilegium in parte ademptam, in re-
liquis firmam remanere, ad quod est
elegans consiliũ *Paul. de Castr.* 307.
num. 2. vers. secundo ad idem, quem
sequitur *Caualcan. decis. 4. n. 8. par. 2.*
& idem *Castr. cons. 431. num. 7. lib. 1.*
docet, renunciantem vni capitulo
priuilegij posse vti alijs capitulis,
quod etiam probat *text. in l. 1. vers.*
partim, & l. 2. C. de his, qui spontè publ.
muner. subeunt lib. 10. vbi *DD.* & tra-
dit *Gaill. lib. 2. obseru. 60. nu. 11.* idque
elegãter exemplificat *Gratian. discep.*
forens. to. 1. c. 182. nu. 28. in priuilegio
electionis fori concesso pupillis, &
miserabilibus personis, vt licet eo nõ
gaudeant quoties agunt ex contra-
ctu defuncti, tamen non per hoc di-
citur abrogatum priuilegiũ *legis vni-*
ca C. quando Imper. sed tantum hac in
parte limitatum, & diminutum, quod
faciliùs est permittendum.

Sileant ergò hoc casu ambo Ba-
rones, etenim nõ est de quo cõque-
rantur. Baro namq; Paniscoculi vin-
ceretur de iure communi à Barone
Iuliani Iudice delicti, non ergo ei fit
iniuria si vincatur à Magna Curia
Vicariæ, quæ virtute priuilegij suc-
cedit in locum ipsius Iudicis delicti.
Baroni autem Iuliani nec rursus prę-
iudicatur, eòquod ipse nihil allegare
potest contra priuilegium prædictũ;

nam cõcessio facta Baroni Paniscoculi de ipso non loquitur, & quãtum ad eum spectat, M.C. liberas ædes habet, *text. in l. loci corpus §. competit, si seruit. vẽdic.* & priuilegiũ cõcesſũ Baroni Paniscoculi de his nõ loquitur,
37 nec ad eũ extenditur, *c. fanè vbi DD. de priuileg. Decius in l. in omnibus causis nu. 6. de regul. iur.* etiam si sit concessum ex contractu, & mediante pecunia *l. si vnus §. ante omnia de pact.*

Et non est inconueniens vt vna
38 eademque res respectu diuersarum personarum diuerso iure iudicetur, eleganter *Oldrad. conf.* 151. sequitur *August. Barbosa axiom. vsufrequent. axiom.* 74. *num.* 5. & vnum eumdem-
39 que hominem posse esse vasallum, & subditum iurisdictioni duorum dominorum, scitum *est l. assumptio §. iuris prudentibus ad municipal. cap. fin. de for. compet. cap. 1. §. vltim. vers. cum non sit inconueniens de priuileg. in 6. Clem. Apostolica §. rursus vbi gloss. in verb. homoq; ligius de re iudic. And. in cap. 1. nu. 2. verb. & hoc qualit. vas. iur. deb. fidel.*

Pendet adhuc huius controuersiæ decisio in Mag. C.V. ideoque nil super hinc inde adductis in præsenti firmare audeo.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes in Ciuitate Neapolis non remittuntur ad eorum Barones.*
2 *.. idem si delinquant in Casalibus ipsius.*
3 Text. in l. vnic. C. quom. & quand. Imp. & in Const. Reg. statuimus *nõ procedit in Ciuitate Neapolis, nec in Casalibus.*
4 *Tortura ex processu informatiuo non infertur cõtra Neapolitanos, nec etiã contra Casalenses.*
5 *Casalia ciuitati subiacentia territorium non habent.*
6 *Iuridictio, quæ territorio non est circumscripta dicitur concessa in personas.*
7 D. Reg. Tapia ad pragm. 1. vbi de crim. agi oport. nu. 20. *commendatur, sed quomodo procedat* nu. 22.
8 *Iurisdictio quando dicatur concessa in personas remissiuè.*
9 *Castro, seu Casale vendito censetur etiã venditum territorium illi cohærens.*
10 *Castrum recognoscens in feudum an censeatur etiam cognoscere territorium.*
11 *Castro concesso cum iurisdictione censetur etiam concessum territorium.*
12 *Territorium, & districtus à quibus denominentur.*
13 *Iurisdictio qualibet suum desiderat territorium.*
14 *Casalia hodie ex generali consuetudine habent territorium.*
15 *Territorium quomodo probetur.*
16 *Concesso castro quod territorium non habet iurisdictio terminatur muris, & habitationibus ipsius.*
17 Camill. de Medic. conf. 149. nu. 7. *commendatur.*
18 *Casale à Ciuitate separatum habetur tanquam locus existens extra territorium.*
19 *Priuilegium non est taliter interpretandum vt exinde lædatur Principis Maiestas,*
20 *.. & publica vtilitas.*
21 *Iudex originis nõ cognoscit de delictis commissis extra territorium concurrente Iudice delicti.*
23 *.. capiens furem cum refurtiua fit cõpetens ratione cõtrectationis.*
24 *.. originis cognoscit de delictis extra territorium commissis non concurrẽte Iudice delicti, nisi tamen Regia Curia præuenerit in captura.*

Vendito

Vendito Castro, seu Casale alicuius Ciuitatis quod territorium non habet, vtrum iurisdictio censeatur concessa in personas, itaut Baro possit cognoscere de vasallis quocumque deliquerint.

CAPVT C.



Adeo verum est id quod in præcedenti capite annotauimus, quod scilicet in fauorabilibus appellatione Ciuitatis veniant etiã Casalia, vt cũ fauore publicę vtilitatis
1 receptum sit quod delinquentes in hac Ciuitate Neapolis, licet exteri sint, sortiantur omnino forũ M.C.V. itaut non possint Barones petere eorum remissionem, nam videtur offensa Excellentissimi Proregis in ea residentis, vt notat *Vinc.de Frãch. dec.129.n.2.& dec.499. D. meus Reg. Tap.ad prag.1.n.20.vbi de crim.ag.op. lib.3.Iur.Reg. D.Io.Franc. del Castillo dec.Sicil.*248.*n.*2.*to.*3. idẽ quoq; dicendũ sit in delinquẽtibus in Casalibus
2 ipsius, ex traditis per *eũd.Vinc.de Franch.d.dec.*129.*D.Reg.Rou.dec.*11. *n.*14.*Io.Bap.Tho.in* 2.*to.Cõp.dec.Reg. verb remissio alicuius vasalli vers.hinc ad propositum fol.*563.& sic vidi semper iudicari in Mag.Cur.V. Eadem-
3 que ratione sicut in Ciuitate Neapolis ob assistentiam Proregis non datur electio fori, nec variatio, quia cessat perhorrescentia, *Restaur. Cast. in tract.de Imper.q.*110.*vers.*185.*Cõsiliar.de Bott.in annot.ad Cõst.Reg Statuimus verb.miserabiliũ psonarũ D. R. Rou.cons.*88.*n.*3.*vers. nec dicatur to.*1. *Paul.Staib.cõs.*74.*n.*13.sed melius quã cæteri omnes *D.meus Reg.Tap. decis.* 43.*S.C.Neap.n.*5.& sũ hãc opinionẽ (quidquid contra attẽtare ausus fuerit *Nou.in prax.elect.for.sect.*1.*q.*3.*n.* 30.*&* 32*)* fuit nouissimè iudicatũ per supremũ Collateralẽ Cons.quod decretũ hic inserere volui, ne amplius contingat de his disceptari.

In causa Francisci Monsolino, cum Lucretia Dattola.

Die 3. Iulij 1634. Neapoli.

Facta relatione S. E. in Reg. Collat. Cons.per Illustr. Reg. Carolum de Tapia Marchionem Belmontis Regium Collaterale Consiliarium, & Commissariũ de cõtentis in relatione in scriptis facta per spectabilẽ Præsidentẽ S. R. C. Ill.& Exc.D.Vicerex, Locũtenẽs, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, & mãdat quod M.C.V procedat in causa prædicta nõ obstãte variatione facta ad S.C.& cõmissione causa vigore dictę variationis, cessante perhorrescentia in hac Fidelissima Ciuitate ob præsentiam Principis, hoc suum &c.

Tapia R. Enriquez R. Rouitus R.

Similiter quoq; dicendũ est nõ dari electionem fori in Casalibus huius Fidelissimæ Ciuitatis, quæ habent se cũ illa per modũ vnius, prout esse de iure tradit *Alex.Palmer.in allegationibus pro Principe Hostiliani* prælo traditis per *Io.Bap.Th.in Cõp.to.2.verb. remissio delinquentis col.3.f.*583.quãuis cõtrariũ decisũ iũctis duabus Aulis S.C.referat *D.meus d. dec.*43.*n.*7.
4 Sed insuper sicut contra delinquentes Neapolitanos non potest Mag.Cur.vti sua præheminentia torquendi ex processu informatiuo, ita nec contra Vicanos, & Casalenses, *Camill.de Medic.cons.*149.*nu.* 34.

Hinc ortum habuit alia quæstio
inter eumdem Baronem Casalis Pa-
niscoculi, & Regium Fiscum; etenim
patrato per Hieronymum de Alterio
eiusdem vasallum homicidio in Ca-
sale Piscinolæ, quod similiter est in
territorio huius Fidelissimæ Ciuita-
tis: dicebat sibi esse remittendum,
eo quod certum sit Casale Panisco-
culi sibi venditum à Regia Curia
territorium non habere, quod re-
5 gulare est in Casalibus, Villis, & Ca-
stris Ciuitati subiacentibus, ad nota-
ta per *Bart. in l. qui ex Vico ad muni-
cipal. Innoc. in cap. cum ad sedem de
restit. spoliat.* quem omnes sequuntur
præsertim relati per *Auendan. de exe-
quend. mandat. par. 1. capit. 4. numer. 4.
Paul. Staiban. cons. 17. num. 5.* & pro-
priè in Casalibus huius Ciuitatis ad-
uertit *Vincent. de Franch. d. decis. 129.
in principio*, si ergò Casale Panisco-
culi proprium territorium non ha-
bet, consequens fit vt iurisdictio Ba-
6 roni concessa, censeatur in personas
vasallorum, & proindè quocunque
delinquant sunt ipsi remittendi, vt
post *Boer. decis. 227. num. 6. & Marin.
Frec. de subfeud. lib. 2. auth. 2. nu. 21.*
expressè docet *Foller. in Const. Regn.
errores eorum num. 16. de Episcop. &
Cleric. Minad. decis. 18. Capiblanc. ad
pragmat. 8. par. 1. num. 56. de Baronib.*
In specie in hominibus Casalium hu-
ius Fidelissimæ Ciuitatis sentire vi-
7 detur *D. meus ad d. pragm. 1. vbi an.
crimin. agi opor. nu. 20.* quam doctri-
nam decidere in terminis quæstionē
dicebat Baro; & ita se patrocinante
decisum per Mag. Cur. Vic. in anno
1611. refert *D. Io. Dominic. Tasson.
meritissimus Collega noster in ciuilibus
super Pragm. de antefato obseruat. 4.
vers. 3. num. 66.*

Sed licet ꝓpositio hæc prima facie
vera, solidaq; videatur, nō tñ in pſēti
securè ꝓcedere asserebatur ꝑ Fisco:
etenim minor pars, q. s. iurisdictio nul
lo sit circūscripta territorio, hāc esse
falsissimam dicebat Fisci Patronus.

Et quidem relicta ea disputatione
8 an, & quando iurisdictio censeatur in
personas concessa, pro cuius explica-
tione videndus est præ cæteris *Foller.
in comment. ad Constit. Regn. errores eo-
rum nu. 15. & 16. cum seqq.* cuius exa-
minatio nō est in præsenti necessaria,
eo q̄ id sīn pbare intēditur, q̄ s. iuris
dictio sit certo territorio limitata, vn-
de corruat assūptū cōtra Fiscū factū.

Dicebatur in primis concesso, aut
9 vēdito Castro, Vico, siue Casale, cen-
seri etiam vēditū, & cōcessū territo-
riū illi cohærēs, & cætera omnia, quę
Vniuersitatis nomine cōtinētur sm
Bal. in l. antecedēs in fine, vt lit. pend. quē
sequtur *Gam. de Med. cōs. 22. n. 34. Ca-
ual. dec. 4. n. 2. & 2. p. 2. Menoc. cōs. 401.
n. 58. & cōs. 437. n. 15. Gram. cōs. 701. n.
45. & seqq. Card. Tus. pract. cōcl. s. 1. lit.
C. cōcl. 116. n. 3. Aug. Barb. de appel. ver-
borū vtriusq; iur. verb. Castrū n. 3.* sub-
dēs *n. 5.* q. Castri appellatione veniet
territoriū cū iurisdictione coherente
ipsi castro, tāquam accessoriū, tradūt
*Suar. alleg. 7. n. 8. Pet. de Greg. de cōcess.
feu. 2. p. q. 2. n. 12. Io. Vin. de Ann. alleg.
52. n. 1. Valas. de iur. emph. q. vlt. nu. 3.
Capib. de auth. Baron. prag. 8. in 1. p. n.
30.* egregiè *D. meus R. Tap. in l. fi. c. 2.
in 1. p. n. 27. cū seqq. ff. ad Cōst. Princip.*

Et quāuis sint qui dubitēt an reco-
10 gnoscēs castrum in feudū, censeatur
etiā recognoscere territorium, vt per
*Bald. in c. 1. nu. 7. de cap. qui cur. vēdid.
Oldrad. cōs. 131. Menoc. et Tusc.* relatos
per *Barb. loc. cit. nu. 2.* hoc tñ est extra
11 cōtrouersiā qñ conceditur castrū cū
iurisdictione, nam cēsentur etiā con-
cessum territoriū, *Boer.* eleganter *dec.
227. circa fin. vers. sed nō sic, Camill. de*
21 *Med. cōs. 21. nu. 18.* q. a territoriū dici-
tur à terrēdo, & districtus à distringē-
do, *glos. in ve. rursus ver. potestate inst. de
actio.*

*actio.et in clem.ne Romani §.sanè vers. dicentes de elect. Abb.cõs.*20 *in princ.*& hęc duo pro eodē ponũtur,vt probat *Felin.in d.cap.Rodulphus nu.*19. *vers.*
13 *sed territorium de rescript.*& quælibet iurisdictio suum desiderat territoriũ, *Reg.de Ponte cons.*51.*nu.*35. eleganter *Paul.Staiban.cons.*17.*nu.*5.6.*&* 7.

Insuper aut Casale, seu Castrum quod est sub aliqua Ciuitate habet proprium territorium,prout ex generali consuetudine Casalia hodiè ha-
14 bent certos terminos, limites,& territorium,ad tradita per *Paris.cons.*16. *num.*24.*lib.*4.quem refert,& sequitur *Cancer. var.resol.tom,*3.*cap.*13.*de iur. castror. num.*23. *Augustin.Barbos.de appellat. verb. vtriusque iur. loco citato*
15 *num.*4. etenim territorium constituitur pluribus modis, inter quos consuetudo plurimum valet; item vulgi opinio, & iudicium circumcolentiũ agros, vt eleganter tradit *Bald. cons.* 345.*nu.*1.*vol.*5. Hinc videmus in assensu, & inuestitura prædicti Casalis expressis verbis fuisse concessam iurisdictionem in territorio,& districtu, ibi,*cum cognitione primarum,& secundarum causarum ciuilium, & criminalium, & mixtarum, & in personas, & homines dicti Casalis,territorium,& districtum tàm habitantes, quàm habitaturos in eo, quam originarios priuatiuè,&c.*vt proindè cessare debeat omnis disputatio,an iurisdictio sit circũscripta territorio.

Aut verò Casale prædictum territorium non habet, nec ideò dicere licebit verba illa, *in territorio, & districtu*,stare otiosè, & iurisdictionem fuisse concessam in personas, quandoquidèm consecutio hæc non rectè
16 procedit; nàm tali casu iurisdictio præcingitur, & terminatur quatenus muris, & habitatione Casalis continetur,& nullum ius acquiritur Baroni in territorio vniuersali Ciuitatis, cui Casale subiacet,vt proindè possit cognoscere de personis in eo delinquentibus, ita ex *Bald. in cap.*1. *post num.*7.*de capit.qui Cur.vend.*determi-
17 nat insignis *Camill. de Medic. consil.* 149.*num.* 7. non enim est nouum vt iurisdictio muris Ciuitatis,seù oppidi circumscribatur; nàm Carolum Primum concessisse iurisdictionem criminalem Ciuitatis Salerni Carolo filio suo intra circuitum tantum murorum,refert *Marin.Frecc.de subfeud. lib.*2.*author.*2.*nu.*21.nec ideò iurisdictio illa potuit dici fuisse in personas concessa. Vndè subdit *Camill.de Medic.loc.cit.num.*9. *ex eodem Baldo*, Castrum, seù Casale se habere cum territorio in proposita specie tanquam diuersa; nam quantumuis sit Casale intra vniuersale territorium situatũ, nihil tamen de territorio participabit, & habent se sicut saccus, & farina,nàm licet farina in sacco sit,non tamen venit sacci appellatione, & è contra; concludit igitur Baronē Casalis Serignani, cui vendita fuit iurisdictio criminalis in homines ipsius, nõ posse prętendere remissionē suorũ vasallorũ delinquentium in territorio Terræ S. Seuerini, intra cuius fines est situm Casale prædictũ, & confert ad idem,quod tradit *Paul.de Castr.*in propria materia *cons.*307.*nu.*1.*vol.*3.
18 quod facta separatione Casalis sistētis intra territoriũ quoad iurisdictionem, vel alia, illud æquiparatur loco existenti extra territorium,quod intantũ est verum, vt etsi exulati à Ciuitate Neapolis,censeantur etiã exulati ab eius territorio, & districtu, nõ tamen erit eis prohibitum manere in Casale Paniscoculi, vndè necessario consequitur Casale prędictum hodiè esse extra territoriũ huius Ciuitatis, prout in specie in exulatis à Ciuitate Tursij, quod possint manere in Casale Anglonis, quod est ab ipsa separatum,

tum, confiderat idem *Camill. de Medic. d. conf.* 21. *num.* 20.

Huc etiam pertinet id, quod scribit *Felin. in d. cap Rodulphus nu.* 16. *de rescript.* quod si Papa mãdet Episcopo vt puniat exemptos sui territorij, intelligitur de his, qui sũt in sua diœcesi, non in aliena, quamuis illa sit de territorio nominato, & rursus *nu.* 17. *in fin.* subdit, *& per hoc videtur, quod Archidiaconus licet in suo Archidiaconatu habeat ordinariam iurisdictionem, tamen quia territorium est Episcopi, non Archidiaconi, non posset mittere in possessionem ex suo decreto in territorio alieno.*

Si hæc vera sunt genericè, idest in quocumque Casale, seu Castro cuicumq; Ciuitati subiecto, multò fortius erit idẽ dicendum in Casalibus huius fidelissimæ Ciuitatis, in quibus præter easdem rationes superius adductas, alia & quidem superior viget, quę publicam vtilitatẽ respicit, nempè offensiõ facta personæ Excellẽtissimi Proregis, vt initio pręfati sumus, cum si daretur locus huiusmodi re-
19 missionibus, diminueretur maximoperè dignitas, & Maiestas Proregiã, quod nullatenus est permittendũ, vt eleganter considerarunt *Imperatores in l. fin. C. de Consulib. lib.* 12. ibi; *Ne si contrarium approbetur per quamcumque machinationẽ Imperialis Maiestas minui videatur.* & regulare est, vt priuilegium alicui concessum nunquam interpretari debeat, vt personã concedentis lædat, *Dominus meus ad l. fin. de Constit. Princip. par.* 2. *num.* 59.
20 nec extendatur ad ea, per quæ publica læderetur vtilitas, *l. fin. C. de offic. magistr. milit. l. humilioribus C. de susceps. & arcar. lib.* 10. exornat *Girond. tract. de priuileg. nu* 334.

Insuper posset Baro Panifcocull prætendere remissionem delinquentium etiam intus Ciuitatem Neapolis, quia non est maior ratio in delinquentibus in Casalibus, ac in Ciuitate, cum hæc duo habeãt se per modum vnius, vt initio præfati sumus, & declarat *Abb. conf.* 52. *dub.* 2. *Rebuff. Alciat.* & alij relati per *Nouar. d. cap.* 63. *nu.* 19. quod esset non minus absurdum, quàm ridiculum.

Et tandem fieret, vt cognosceret etiam de delictis commissis extra ter-
21 ritorium contra Iudicem loci delicti sine speciali concessione, quod esset aliud inconueniens, vt declarat *Foller. in praxi crim. verbo audiantur excusatores num.* 127. *in fin. D. Reg. Rouit. ad pragm.* 1. *vbi de delict. quis conuen. deb. nu.* 22. *in fine.*

Ex his consequitur non esse applicabiles ad hypothesim nostrã authoritates *Boer. Marin. Freccia, Foller. & aliorum supra nu.* 6. *relatorum*, quæ licet veram contineãt iurisprudentiam, dicebat tamen Fiscus ex superius traditis negandũ esse omnino iurisdictionem non esse circumscriptam territorio, quod requirũt ipsi, vt censeatur concessa in personas vasallorum.

Et ad id quod tradit *Dominus meus*
22 *Reg. Tapia ad d. prag.* 1. *vbi de delict. num.* 20. quod re vera magis stringere videtur, dicendum est *Dominum meũ* ibi dubitatiuè locutum fuisse, prout loquitur *Vinc. de Franch. d. decis.* 129. in qua *num.* 6. hæc verba protulit, *super quibus quando casus acciderit, erit maturius considerandum tàm pro Baronibus, quàm pro Regio Fisco, quia consultò hanc decisionem posui, ne dicatur per prædicta decreta fuisse decisum punctum, si pro delicto commisso in Casalibus Neapolis detur, vel non detur remissio ad Barones*; hæc ipse. Ex quibus colligitur ea, quæ tradit *D. meus ibid.* esse potius referenda ad rationẽ dubitandi, quàm ad articuli decisionẽ, iuxta theoricam *Bart. in l. non solum*

S. *si*

§. *si liberationis num.7.de liberat.legat.* cum alijs per *Carauit.ad rit.21.nu.2.*

Quinimò verius esse vt *Dominus meus* intelligat ibi de Casalibus huius Ciuitatis, quorum iurisdictio est hodie cōcessa in officium, prout in Casale Turris Octauæ, vt videtur se ipsū declarare in *d.decis.43. num.6.* in qua vtitur eadem ratione, quod scilicet iurisdictio sit cōcessa in personas, ex quo non habet territorium, seù districtum, quia iurisdictio est concessa in officium.

Tandem dicebat Fiscus nihil sibi officere ea, quæ conclusiuè tradit *D.Ioannes Dominic.Tasson.loc.præcit.* nec casus, quos decisos refert: nàm quoad Primum potius mirandum esse, quomodo vir alioquin doctus, & eruditus hanc conclusionem genericè, & absolutè statuat, vt scilicet possint Barones petere remissionem vasallorum delinquentium in Ciuitate, & territorio Neapolis nulla adhibita distinctione, an iurisdictio sit eis concessa in personas, an verò cohæreat territorio. Præterquam quod assertio hæc contradicit ex diametro his, quæ ipsemet tradit *eodem numero, versic. nota tamen*. Sed pro sua conclusione allegat decisionem Sacri Consilij in anno 1598. pro Monasterio Sanctæ Mariæ Casalucis, ad quod fuit remissus Antonius de Iorio inquisitus de furto commisso intus hanc Ciuitatem Neapolis. Terruit equidem me decisio huiusmodi Sacri Consilij, prout alias terruisse famigeratum illum Iurisconsultum *Philippum Decium* ipsemet fatetur in suo *consil.* 379. & volui videre processum, & inueni non fuisse inibi de hoc articulo disceptatum: nàm licet furtum fuerit commissum in hac Ciuitate; fur tamen cum re furtiua se contulerat in Casale Casalucis, ideoque non ratione priuilegij, sed contrectationis rei furtiuæ, quod est nouum delictum, processit remissio, prout vidimus remissum furem pro furto commisso intus hāc Ciuitatem ad Curiam Puteolis relato ratione contrectationis in casu relato per *Capyc. decis.104. Boer. decis.118.* & rursus *de-*

23 *cis.* 47. & captura delinquentis fuit facta per Officiales prędicti Monasterij, quo casu iurisdictio omnino spectat ad Iudicem capientem, ex eleganter traditis per *Ioannem Vincentium de Anna singul.* 438. *& Francisc. Marc.decis.Delphinat.176.par.2.* quæ est notabilis decisio. Non ergò fuit opus disputare de viribus priuilegij, cum Officiales prędicti Casalis essent Iudices, prout quilibet quilibet alius solius contrectationis ratione, vnde nescio an de iure processerit decisio Mag. Cur. Vicariæ facta eodem *D. Tassone* patrocinante in anno 1611. ad exemplum illius de Casaluce vt ipse fatetur, vt proinde iustè periculosum semper existimauerim exemplis, & non legibus iudicare.

Sed replicabat Baro, si hæc vera essent nullam sibi remanere iurisdictionem, quam valeat exercere virtute suæ cōcessionis. Responsum fuit etiam dato, quod Casale prædictum non habeat territorium, adhuc posse illam exercere pro delictis commissis intra muros Casalis prædicti etiam per exteros, quorum cognitio ei denegaretur omnino, si concessa iurisdictio esset tantum in personas vasallorum, vt ipse contendit. Et rursus vti Iudex originis poterit ipse cognoscere de delictis commissis extra territorium Neapolitanum non concurrente Iudice loci delicti, iuxta tradi-

24 ta per *Vincent. de Franch. decis. 66.* nisi tamen Regia Curia præuenisset in capiendo delinquentem, quo casu non daretur remissio ad Baronē originis nisi in priuilegio haberet clausulam

ſulam cognoſcendi de delictis extra territorium commiſſis, iuxta tradita per *Foller.in conſtit.Capitaneorum nu. 49. in praxi crimin. verbo audiantur excuſatores*, quem ſequitur *D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. vbi de delict. quis conuen. deb. num.*49. iuxta quam doctrinam feci meo tempore pluries iudicare in Mag. Cur.Vicariæ.

Hæc ſunt in ſumma, quæ pro vtraque parte allegabantur in quæſtione, vt vides noua, & difficili, quę hic ſubnectere volui, vt faciliùs veritas perſcrutetur, & deciſionem ponam, ſi articulus antequam Typis hæc tradantur deciſus fuerit.

FINIS.



INDEX

INDEX RERVM,

ET SENTENTIARVM

NOTABILIVM,

QVÆ HAC CONTROVERSIARVM CENTVRIA CONTINENTVR.

Adscri-

cap.

Baro-

Castrum

Clau-

Con-

Debitum

D

&

primos

.. petens

Filij

.. termi-

.. potest

Iniuriam

potest

Vide

Camilli

Ius

Vide

M

.. hodie

Nepotes

Nobilis

Notarius

Nullum

Nuptiæ

O

Obligatio

Offensi

Officialis, & officium

Prae-

Procurator

Refectio

Regula

Relegatus

Remedium

Remissio

Renunciatio

Scientia

Statutum

Succes-

ELEN-

ELENCHVS

Decretalium Constitutionum, & Legum in hac Controuersiarum iuris Centuria, vel iuxta Doctorum sensum, & intellectum, vel vltra alios ingeniosè explicatarum.

Ex Iure Cæsareo.

Ritus


Subsequuntur nunc aliquæ Doctorum traditiones, vel simpliciter receptæ, vel prorsus confutatæ, seù cum modificatione admissæ.

Bouadill.

pro

FINIS.





REGESTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp. a

Omnes ſunt duerniones, præter b Qqq qui eſt ternio.



